



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Segneri E Societate Jesu, Qvadräginta  
Sermones**

**Segneri, Paolo**

**Antverpiae, 1695**

R. P. Segneri Qvadragesimale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52734)

1

R. P. SEGNERI  
 QVADRAGESIMALE.  
 SERMO PRIMUS  
 DIE MERCURII CINERUM.

*Memento homo, quia pulvis es, & in pulve-  
 rem reverteris.*



UNESTISSIMUM vobis nuntium fero, Auditores, & ingenue fateor, me non absque summa animi repugnancia hoc in loco dicendi munus admisisse: grave enim mihi videbatur, in ipso statim Sermonum meorum limine, & cum primum vestram mihi presentiam indulgetis, ingrato Vos tristici nuntio terrere. Si enim vel sola mente concipiam, quod vobis nuntiandum est, sentio mihi capillos horrere, clausumque in venis sanguinem veluti glacie constringi. Verum enim vero, tacere quid prodest? dissimulare quid juvat? dicam quod res est: Omnibus & singulis, quotquot hic sumus, Juvenes, Senes, Domini, Servi, Nobiles, Plebeij, omnibus tandem moriendum est. *Statutum est omnibus semel mori.* Sed quid video? nemo vestrum est, qui ad sententiam tam formidandam moveatur; nemo colorem, nemo vultum immutat; quin adverto potius, si non labra, saltem corda vobis in ri-

sum solvi, quoddam narium, usque adeo decantatam, pro novitate vanum exponam: quis enim est, dicetis, qui ignoret, omnibus esse moriendum? *quis est homo, qui vivet, & non videbit mortem?* Hoc omnia pulpita in nos detonant, hoc tumbæ & sepulchreta loquuntur, hoc muta nobis cadavera inclamant, hoc scimus omnes; scimus enim verò. Itane? morituros vos esse nōstis? adduci certè vix possum, ut hoc credam. Edicite enim, nunquid vos estis, qui hesternâ primùm die per civitatis compita festivi cursitastis? hic Amantis personam indutus, ille phrenetici, hic Parasiti schemate larvatus? nōne vos estis, qui inter symposia in ludicos saltus & choreas pedes agitastis? nōne vos estis, qui, laxatis ingenuorum morum repagulis, stulta gentilitatis licentiam imitati, Baccho & crapulæ litastis? nōne vos estis, qui theatrales inter ludos læti plausistis, & e Scenarum suggestu tantâ verborum & actionis licentiâ perorastis? respondete, nōne vos estis, qui hanc ipsam, quæ diem

*Psal. 8.  
19.*

*Hebr. 9.  
27.*

*R. P. Segneri Quadragesimale.*

A. Cinc-

SERMO PRIMUS.

Cinerum præcessit, noctem fregistis in ludicris, chorcis, tripudiis, clamoribus & stultiloquiis? dissipastis in cantibus; in sonitu fidium & citharæ? in profanis amoribus (& faxint Superi, neetiam in deliciis, quæ honestatem jugulant) consumpistis? Et vobis, inquam, perspectum esse credam, aliquando vobis esse moriendum? O cæcitatem! O amentiam! O delirium! O morum perversitatem! videbar equidem vobis admoturus stimulum efficacissimum ad excitandum in vobis penitentis animi sensum ac planctum, si tristem simul ac certam moriendi necessitatem vobis annuntiarem, & ideo huc me contuli, quasi à DEO missus Orator, per nebulas & pluvias, per ventos & paludes, per nives & glaciem eluctatus, hacque spe solâ inter devia & inhvia me solatus sum: fieri nequit, quin unam saltem animam lucrer DEO, si mortis memoriam ingessero. Sed heu memiserum, & elusas nimium spes meas! dum video, vos, spreto tam potenti stimulo, obsirmâsse animum in malo, nec ullâ amplius verecundiâ tangi, sed brutarum instar pecudum vivere, quæ ventri mancipatæ, omnisque disciplinæ impatientes, tunc maxime indulgent genio, perque rura ac prata luxuriantur, cum sævior tempestas imminet, aut Cælum procellam minatur. Quid ergo mihi in hoc rerum articulo faciendum est? cædamne re infectâ, & aliò migrem, vosque velut conclamatos in profundo peccati deseram? Sed avertat hanc à me ig-

naviam propitium Numen! tantum enim abest, ut animo concidam, quin ex hoc ipso spem veluti certam concipiam, vos DEO lucrandi. Dicite ergo, numquid conceditis, è fragili luto vos formatos? nonne id agnoscitis, intelligitis, & sponte vestrà confitemini: nec ad id opus est, ad tædium usque & lassitudinem ingeminare vobis: *memento homo, memento, quia pulvis es.* Hoc autem ipsum est, quod evincere statuebam: mearum nunc partium erit, ostendere, quàm temerarii sint & præsumptuosi, qui veritatem istam firmiter credunt, & tamen vel ad momentum, aut ictum oculi, vitam lethalis noxæ consciam, vivere audent. Sed quid dixi temeritatem, aut præsumptionem? præfractam debebam dicere audaciam, aut potiùs cæcitatem, omni rationis sensu destitutam, id quod in præsentiarum promitto demonstrandum.

Vos mentes Angelicæ, Custodes eorum, qui me auscultant; Vos Sancti DEI, sub hujus undequaque regie Basilicæ Aris conditi, Vos ego non hæc dumtaxat horâ, sed quoties suggestum conscendero, supplex invoeco, ut, quod de lingua mea promittere mihi non possum, pondus, momentum & efficaciam verbis meis concilietis. Tu vero cum primis Magna virgo, Verbi Divini vera Genitrix, quod ardentissimo desiderio conceptum, sæcundo è sinu in totius mundi salutem peperisti, Verbumque absconditum, nostrisque antea sensibus inaccessum, tractandum manibus, & oculis usurpandum subjecisti,

cisti. Tu mihi Virgo illabere, ut Verbum illud Divinum omni cum reverentia tractem, nec profanis verborum formulis contaminem, nec jocosa faceti sermonis ignominia adulteratum corumpam, nec exoticarum interpretationum fucō & falsitate pervertam, aut intorqueam, sed tam purum ac limpudum in auditorum corda transfundam, quale ex Virgineis viscerum Tuorum adytis primò egressum est. Nulla certè spe alià suffultus compareo, quàm vivacissimā favoris Tui fiduciā: Tu mentem illustra, Tu linguam dirige, Tu membrorum & gestuum compositionem rege, Tu pondus eloquentiæ adde, ut in DEI laudem & gloriam, & populorum salutem cedat, mihi verò in meritorum potiùs incrementum, quàm in perditionis aeternæ materiam convertatur.

II. Humanus animus, Natura magisterio ita solet esse comparatus, ut cum se in gravi aliquo discrimine constitutum videt, trepidè de remedio circumspiciat, non verò velut sui securus acquiescat: videre id est in navigio Jonæ, qui licet inter tonitruorum fremitus, & furorem turbinum, velut sui ac præsentis periculi oblitus, profundo sopori indulgeret, reliqui tamen omnes, aut clamabant, aut gemebant, aut consultabant, aut laborabant, ut imminente naufragio se subducerent: *Homo enim*, ut ait D. Thomas, *magis inclinatus est ad timorem, quo mala fugit, quàm ad audaciam, quâ mala invadit.* Doctrinam hanc verissimam esse experimur, cum de periculis temporalibus agitur, quæ minus

terribilia, minusque atrocia sunt; fallit tamen, cum agitur de periculo aeterno, quòd, cum irreparabile damnum inferat, est omni alio terribilius: in hoc, inquam, solo discrimine quis crederet? mortales ut plurimum sibi magis fidunt, nec illud magnoperè timeant, sed spernunt, non fugiunt, sed spontè se ingerunt. Et quid tandem, O peccatores amarissimi! quid vobis de statu vestro videtur? perspectum vobis est, quod eodem temporis puncto, quo vel mente, vel linguâ, vel opere consummâstis scelus, jam intortum sit contra vos fulmen horribile damnationis aeternæ, neque opus sit magno molimine, vel laborioso processu, ut executioni ocyùs mandetur; ardent enim jam flammæ illæ in extinguibiles, in quibus aeternitate totâ jacebitis: *ignis succensus est in furore meo, vox DEI est, super vos ardebit*: parata jam sunt tormenta; prompti adsunt tortores; quid ergo executionem moratur? nil aliud sanè, quàm ut rumpatur filum illud, quod vos supra apertum inferni hiatus suspensos tenet, *super puteum abyssi.* Et vos in hoc rerum articulo timoris omnis expertes, cænam cum gustu sumere, amicè colloqui, festivis salibus ac jocis indulgere, & ad profundum vos somnum componere potestis? an non hæc est temeritas intoleranda? respondete, obsecro! filum vitæ vos etiamnum sustinet, non difsiteor, idque forsitan robustum adhuc & ætatem ferens; sed quid si caducum, detritum & consumptum sit? cur ergo, amabo, in æquali utrinque incertitudine, illam potiùs partem

Abulens.  
in Matt.  
c. 18. q.  
27.

Jerem.  
15. 14.

Apo.  
9.

eligitis, quæ vos in spem animat, tanto conjunctam periculo? cur non alteram, quæ timorem vobis injicit tam salutarem?

III. Sed quid ergo æqualem dixi incertitudinem? cravi. Quid enim, obsecro, est, quod vel momentum vitæ adpromittere possit? an lapis Bezoar, à solis ortu petitus? an liquati uniones? an aurum potabile? an succi & Julepia gemmata? remedia sanè, quæ sola invenit ambitio, ut nec mori quidem absque luxu liceat: quam innumera è contrario, quam varia & quam efficacia sunt instrumenta, quibus mors vestra accelerari, & vita omni momento abrumpi possit? blandiebantur sibi veteres, & credebant intra Ternarii numerum Parcas confringi, sed fabulæ hujus falsitatem detexit Seneca, qui illas innumerabiles esse docebat: *Eripere vitam nemo non homini potest.* Aspiciate, quotquot terrarum orbis continet creaturas, omnes Parca sunt, stricto ferro armatae, omnes aptæ & habiles ad occidendum: quanquam nec opus est, Libitinam peregrinè adventantem præstolari, in nobis ipsis sicarios & homicidas nutrimus; uti ferrum rubiginem sibi suam, lignum crucem; & pannus tineam generat, quæ consummantur, sic homo sensim sine sensu suam sibi mortem accelerat, nec id animadvertit miser: ut accidisse legimus famoso illi prioris sæculi Belli Duci, Caldoro nomine, qui cum rara felicitate ex mille mortis periculis ad septuagesimum quintum ætatis annum evasisset, campo lætus sui que securus inambulans gloriaba-

tur, pari se etiamnum corporis robore valere, paræque animi vires experiri, qualem se viginti quinque annorum juvenem meminisset: subitâ autem apoplexiâ tactus, gloriari simul & vivere desit, relicto posteris salubri documento, quàm cæcus sit homo & ignarus eorum, quæ intus & in seipso geruntur. Si hæc ita sunt, quæ tandem ratione, Auditores, in tanta, tamque formidanda vitæ incertitudine, vel ad certum oculi vitam cum lethali noxâ conscientiam vivere audeatis? hæccine cura animæ vestræ? hoc pretium, & æstimatio ultimi finis vestri? hæccine sollicitudo felicitatis vestræ? scire ac nosse, vos stare in margine præcipitij, & in mediis periculis versari, nec tamen moveri, aut expergisci? Mirantur meritò plurimi, quomodo Elias Propheta, furentis, ac potentissimæ Reginæ persecutione jactatus, in aperta campi planitie somno indulgere potuerit, *Proiecit se, & obdormivit.* Hoc ego minimè admiror: numquid enim palam erat, fuisse sanctum? poterat ergo tutò dormire. Obstupesco potiùs, dormire potuisse Saulem, dormire Holofernem, dormire Sisaram, quantumvis tentorii umbrâ contentos: quid enim his spei superesse potest, si per insidias incauti obruantur & pereant? & tamen, faxint superi! ut ne eorum casus diebus singulis inter Christi affeclas renoventur: Infinitus est eorum numerus, qui noxâ lethali polluti somno se credunt, nec attendunt ad gravissima vitæ pericula, quæ occupare illos subitò possunt, ne scilicet aut sanguinis exstantis

In Theb.  
A. 1.

3. Reg.  
19. 5.

tis

tis profluvio, aut cordis deliquio, aut catarrho suffocati, aut venenati animalculi moru exhalent animas, & moriantur; & isti dormire, ac clausâ nictaro palpebrâ securè possint, vel ad momentum? O stoliditas infinita! O stulticia immensa.

Memoria proditum est, certas inveniri belluas in regione Africæ, Oryges dictas, tauris silvestribus haud multum absumiles, tam stolidæ sui suarumque virium fiducia, ut, cum in venatorum retiâ & plagas incidisse se vident, dormire præsumant, neque vel equorum hinnitu, vel infesto canum latratu turbari, aut excitari se sinant, ut maturè se laqueis expediant, & fugâ sibi consulant. An non hæc est stulta ac bruta temeritas? sed tanta omninò, imò major videtur mihi esse audacia peccatorum; & quid dico, videtur? certum id omninò est atque indubitatum: audite, quæso, Isaiæ oraculum: *Dormierunt in capite omnium viarum, sicut Oryx illaqueatus, pleni indignatione Domini.* Poterâne Propheta meliùs & efficacius id exprimere? Illi, illi, qui pleni sunt indignatione Domini, illi scelerum consuetudine inveterati, illi, qui injustè ablata, seu fortunæ, seu famæ & honoris bona non restitunt; illi, qui clandestina in sinu fovent odia, qui que vel ex hoc ipso probè nôrunt, se laqueis inferni constrictos, illi, illi quid agunt? quid moliantur? an expectati surgunt? an circumspiciunt sollicitè? an laborant? an fugam meditantur? Illi, inquam, quis credat? dormiunt Orygum instar; *Dormierunt sicut Oryx*

*illaqueatus.* O rem horrendam! *dormierunt sicut Oryx illaqueatus.* Fieriine potest, eò temeritatis sanæ mentis hominem prolabi? Et quo sponfore scitis, ô miseri! an non forsitan in vestram perniciem indicta jam sit venatio; an non omnes jam creaturæ in vestrum interitum conjurent; an non solutis jam repagulis, ac capistris infiliant in vos equi infernales, an non jam ruptis loris Tartarei molossi, & vertagi in vos incurrant; & vos interea dormitis? dormitis, inquam, timoris & suspicionis expertes, *in capite omnium viarum;* dormitis non raro, Samsonis instar, in sinu scortorum, & meretricum gremio confo-piti: *dormitis in lectis eburneis & lascivitis.*

IV. Hic autem perpendendum insuper est, Auditores, quòd, si nemo hominum vel unum vitæ momentum sibi possit promittere, (tantus est DEI zelus & rigor, quo plenum sibi & absolute jus temporis, præ omni in ceteras creaturas dominio vendicat) multò minùs promittere id sibi possit, qui peccato obnoxius vivit. Quis enim ignorat, mortem à peccato in mundum introductam? *per peccatum mors:* & hinc peccatum eam sibi potestatem etiamnum constanter retinet, ut mortem acceleret, maturet, & immaturum homini fatum consciscat. Textus sunt sacræ paginæ innumeri, qui hanc veritatem confirmant: *Ne impiè agas vulsum,* intonat Ecclesiastes, *ne moriaris in tempore non tuo.* Noli te in prædam dare vitiiis; noli vivere tantâ morum libertate, vitæque licentiâ, nec juxta communem par-

miam, de omni herba fasciculum collige, ne moriaris in tempore non tuo *Impium, antequam dies eius impleantur, peribit. Iniqui sublatis sunt ante tempus suum,* verba sunt Iobi. *Qui odit correptionem, minuetur vita,* affirmat Ecclesiasticus. Idem Salomon in Proverbiis ingeminat, & protestatur: *Anni impiorum breviabuntur, cadentque instar labruscæ, citius putridæ quàm maturæ; instar lolij, celerius arefacti quàm adulti. Mentem advertite ad id, quod scelesto Imperatori Anastasio accidit: Indulgebat ille somno, solitis furiarum suarum facibus agitato, quæ in quiete magis importunæ miserum torquebant, nunc umbra horrida, nunc ferali larvâ & phantasmate objecto; cum ecce comparet Persona aspectu terribili, calamum dextrâ, librum lævâ præferens: En, inquit, ob perverfitatem fidei tuæ quatuordecim tibi vitæ annos deleo!* Expergefactus ad hanc vocem Princeps attonitus & tremebundus, dubitabat primum, timere debeat hanc visionem ut oraculam, an risu prosequi, ut somnium: cum paucis inde diebus cælum sudum & serenum in nubes cogi, fulgurare, fremere, fulminare, adstabat Anastasius fatali horrore percitus, nec abs re misero prælagiebat animus, in se hæc fulmina cudi: igitur, malè sibi conscij Caini instar, cursu præpete per palatium vagari, fugamque ex uno in aliud conelave capessere; sed nequicquam: excussum enim subito fulmen, rectâ Anastasium ferit, qui in secreto quodam cubili, velut cuniculus in sua scrobe latitabat, & examinatum pro-

stravit, illustri mortalibus documento, nullam esse laurum, nec regiam, nec Imperialem, quæ caput impium à vibrati fulminis ictu defendere possit, aut liberare. Ecce! anni impiorum breviabuntur. Nolite fidere, Auditores, nolite fidere; quantumvis enim mortem videatis insidentem equo strigoso, pallido & macilento, uti quondam Joanni in deserto Patmos comparuit, armata tamen ingreditur calcariibus, quæ si sonipedi imprimet, ad velocissimum cursum concitabitur. Quæ hæc sint calcaria, nōstis, ut opinor, *Stimulus autem mortis peccatum est*, inclamat Paulus, *stimulus autem mortis peccatum est.* Scio, esse non paucos, qui credant, accelerandæ mortis calcari esse vitæ rigorem, & exercitium poenitentia, atque idè si quem contubernaliū, aut amicorum suorum vident, iniquitatis pabula sibi subtrahere, fugere delicias, & in curam animi studiosius incumbere, illic commiseratione tacti, exclamant: O te alba mentis hominem? ut quid hac inconsultâ vivendi ratione vires atteris, sanitati noces, & mortem acceleras? sed veniam mihi date, Auditores, si acerbius vos increpem, dicamque meliori jure: O vos longè omnium simplicissimos! quibus stimulus mortis tam parùm perspectus est! non sunt jejunia, quæ mortem accelerant, quin potius oppositum promittit Ecclesiasticus. *Qui abstinentes est adjiciet vitam:* Eccles. non sunt corporis castigationes, non silentij rigor, non psalmorum cantus, non lætuli durities; si enim hoc dicamus, surget è tumba redivivus Romual-

Iob. 15.  
32.  
Iob. 22.  
16.

Eccles.  
19. 5.  
Prov. 10.

Bavon. in  
Annal.  
Tom. 6.  
anni 518.

1. Cor. 5.  
19.

Eccles.  
37. 34.

mualdus, qui austeris pœnitentiæ operibus in centum annorum spatia vitam extendit, & mendacij vos arguet: idem facerent Hieronymi, Antonij, Arsenij; idem innumeri, & in carnem suam severissimi animadversores Anachoretæ; qui tamen vitam in longiorem protraxerunt ætatem, quàm quivis Lucullorum effeminatissimus. Ah! advertite animos! *stimulus autem mortis peccatum est*, sunt blasphemix, quas plurimi effræni linguæ audaciâ continuò eyomunt; sunt furta, sunt doli & fraudes, sunt oppressiones pauperum, sunt Exomologeseos, & sacra Synaxis sacrilegi abusus: pungentissimus denique mortis accelerandæ stimulus est summa nostra erga DEUM ingratitude, qui nobis vitæ usum precario concessit; est autem omnium gentium moribus ac legibus consentaneum, ut vasallus, qui debitum Dico Domino obsequium negat, de possessione Feudi deiciatur, & locationis utilitate privetur.

De feud.  
l. 3. c. 1.

V. Et ò utinam mihi per temporis angustias liceret! quàm libenter omnium ætatum inductione monstrarem vobis, impios ut plurimum de vitæ statione deturbari, morte non solum acceleratâ, ut audivistis, sed etiam penitus improvisa. Verùm ut intrâ septa Divinarum Scripturarum sistamus, evolvite, si lubet, totam earum historiam, & videbitis, neminem eorum qui virtutis ac probitatis famâ celebres sunt, neminem, inquam, fato fortuito periisse, exceptis forsan patientissimi Jobi filiis, quos collapsa domus rudera subito oppresserunt, cytharâ

in luctum, & palatio in tumbam repente commutatis? hoc ipsum tamen infortunium tunc eos oppressisse adverto, dum opiparo convivio lati affidebant, ac providus pater non vanè timebat, ne fortè offensum seelere aliquo Numen irritarent, probè gnarus, numquam juventutem magis, quàm inter symposia commaculari. Quod si verò in illos mentem reflexistis, quos consumata justitia conspicuos fecit, si Abrahamum, si Aaronem, si Isaacum, Iacobum, Josephum, Josuam, Samuelem: Moysem, Mathiam, Tobiam, vel iis similes producimus, patebit perspicuè, omnes & singulos intra lectuli sui cortinas, quietâ morte perfunctos. E contrario, si uno saltem oculi ictu impios obiter considerabitis, ò quàm miserè illos periisse deprehendetis? hunc aquarum vorticibus haustum, illum flammis in cineres redactum, alios à bestiis discerptos, aut mille aliis atque insolitis modis extinctos, obitu eò magis miserabili, quò fuit minùs prævisus, *Quomodo facti sunt in desolationem*, exclamat attonitus Propheta Regius, *subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam!* Morte subitanâ raptus interiit superbus Pharao, cum numerosissimo exercitu gurgite Erythraeo absorptus, morte improvisâ sublatis sunt helluones illi, qui ollas carniùm, & Aegypti cacabos anhelabant; pari fato cessere temerarij illi calumniatores, qui fictis criminatibus terram populo Israëlítico à DEO promissam proscindebant; pari morte improvisò malitiam suam luerunt plurimi

Psal.  
72. 19.



rimi alij, quorum longum catalogum sacra pagina texit, quique omnes subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam.

Neque tamen ea, quæ dixi ita accipi volo, Auditores, quasi soli impii horrendo illo mortis genere, quod subitaneum appellamus, moriantur: palmarius foret hic error, cum DEUS impiorum suppliciis ipsos etiam non raro Sanctos subjiciat: vel ut virtutem eorum periclitetur, vel ut eos à levium peccatorum scoria purget, vel ne quis credere possit, justorum mercedem intra angustos hujus vitæ terminos absolvi. Id tamen asseverare ausim, si quam evidentia sacrarum litterarum testimonia fidem merentur, longè frequentius morte repentinâ perire impios, quàm justos: percipite verba Salomonis horrore plena, *Viro, qui corripientem durâ cervicè contemnit, repentinus ei superveniet interitus.* Neque defunt rationes à naturæ lumine petite, quæ hanc veritatem confirmant; sæpenumerò enim, qui vitiiis dediti sunt, mortem sibi præmaturam vitæ intemperantiâ, aut voracitatis ingluvie accersunt; sæpè corpus effrenatâ libidine debilitant, ac meliores spiritus pestumant; sæpè indomiti oris libertate ac maledicentiâ inimicos sibi generant, in lusu rixas suscitant, rivalium in se odia concitant, sæpè nimiam fallacium promissionum facilitate, sæpè tacitis latentis invidiæ stimulis, aut rodentibus ambitionis curis, aut alio eorum vitiorum genere valetudinem lædunt; ab his omnibus periculis immunes ac liberi sunt justii, quibus teste

Apostolo: *Omnia cooperantur in bonum*, dum ipse poenitentia usus, & quod in affectus animi tenent dominium, ac passionum subjugatio, illos non raro omni efficacius pharmaco servat à morte. Ut hoc familiari vobis exemplo declarem, persuasum vobis sit, DEUM non aliter agere cum hominibus, quàm agi solet cum arboribus cædis; hæ enim cum vel in fabricam serinij cujusdam, aut contabulandum musæum, aut sculpendam statuam destinantur, studiosè attenditur, an maturæ sint, an solidæ, an tempus cadendo sic opportunum, quod lunâ crescente fieri usuvenit; hac totâ curâ supersedetur, si ligna non alium in usum cadantur, quàm ut ardeant, tum enim verò nulla temporis habetur ratio, omnis hora convenit ad securim applicandam. Et verò peccatores obstinati, quæ ligna sunt? numquid ad incendia destinata? quis hoc ignorat? *excidentur, & in ignem mittentur: caduntur ergo omni horâ absque temporis delictu, ad quid enim tantæ cautela? ad quid tanta circumspèctio? non est respectus morti eorum, nec est qui eam observet!*

VI. Cùm ergo idiolum vobis accidere possit, o peccatores unice dilecti! ut sine tam miserando periculis, vosque mors subito occupet, aut profundo immersos somno, aut lusu distractos, aut quavis alia animi relaxatione distentos, an non denuò fateri necesse est, summam esse temeritatem, ac extremam demeritiam, vel ad momentum vivere reum noxæ lethalis? Et quod, quæso, securitatis pignus habetis,

Prov.  
29.1.

Luc.  
3.9.

Psal.  
72.4.

DIE MERCURII CINERUM.

ris? quis suo vos chirographo certos reddidit? quis suam vobis fidem subarrhavit, mitius vobiscum agendum, quam actum est cum tantis aliis? qui *discunt in bonis dies suos*, augendo scelus scelere, & peccatorum suorum pondere depressi, *in puncto ad inferna descendunt*? An fortè DEUS privilegio speciali fatalem vobis horam revelavit? an saltem spondit, misurum se mortem, non furis instar lancis incedentem pedibus, sed cursoris instar aut veredarij, qui inflato eminus cornu monet, ut adventanti aperiatur? aut quid tandem est, quod vos reddit audaces? *Cur quasi de certo extollitur*, dico vobis attonitus cum S. Gregorio, *cujus vita sub poena incertitudinis tenetur*? Viri Ninivitarum, intellecto urbis suae intra quadraginta dies excidio, illicò plenam terroribus penitentiam egerunt, vestiti cilicio, & cinere conspersi capita, non expectato Regis imperio vel edicto, in cujus notitiam, ut aularum mos est, feralis nuntij fama omnium ultimò penetravit, sive animum sibi nemo sumeret, tam tristia denuntiandi, si ve accessus ad Regem Prophetae non pateret, seu metu exanimati cives, ac de sua solùm salute solliciti, Regis periculo parùm moverentur: unde ergo tanta penitentiae celeritas, Auditores? nõnne probè noverant, quadraginta adhuc dierum spatium & moras sibi concedi? *Ahuc quadraginta dies*. Cur ergo non solenne peccatoribus *cras, cras* sibi mutud occinuerunt? cur non dixerunt: praestolemur paululum, & genio tantisper indulgamus: placando Deo

R. P. Segneri *Quadragesimale.*

multis horis opus non est, momentum temporis sufficit; unicus contriti cordis actus, cum quadragesima diei aurora illucescet, salutem nostram in tuto collocabit. Ita dicere poterant & epulas hilariter continuare, si mentè forsitan tunc assidebant, vel ludum absolvere, cui tunc fortè vacabant. Sed fingite, hoc fecisse, quale vestrum esset super hoc facto judicium? an non vobis temerarij viderentur, praesumptuosi, protervi, indigni veniã, quam modò in promptitudinis suae praemium obtinuerunt?

Sed stultius longè agitis, O Peccatores! Ninivitarum saltem quadraginta dierum moram sibi poterant spondere, velut terminum decretorium ad penitentiam concessum, & ubi major erat securitas, minor fuisset temeritas, etsi diutius aliquanto in peccatis harere, & penitentiam differre statuissent. Sed vos nec de tantillo vitæ spatio securi estis: *nescitis quando tem-  
pus sit*, ait Christus; forsitan excidium corporis vestri jam imminet: forsitan hachebdomade, hachorã, hoc momento? mors enim semper ense & arcu armata incedit: *gladium suum vibravit,  
arcum suum intendit*: gladio ferit senes decrepitos, arcu persequitur juvenes, qui superbi fugam meditantur, & in ea confidunt: quis ergo excusationis locus vobis superest, si brevissimam licet temporis moram inutiliter elabi permittatis? quid enim dicetis? quid respondebitis, quam excusatione periculosissima vestra temeritatis praetendetis? Nempe accidit vobis, quod falconi, quem venator nunquam tanta facilitate suo insidentem pugno con-

B tineret

Conc.  
Tria. Ses.  
14.

Tob. 21.  
13.

Matth.  
13. 13.

Pf. 7. 13.

tineret, nisi oculos eidem obnuberet; hac, inquam, arte demon vobiscum utitur; clausit nimirum vobis oculos, Auditores, clausit vobis oculos, atque ita à vobis impetrat, quod lubet.

VII. Unicam effugij rimam patere vobis video, si ducatis, nescire vos quidem, brevissime an longa futura sit vitæ vestræ tela, sperare tamen vos longam adhuc annorum ac vitæ seriem, nec deesse plurimorum peccatorum exempla, qui per hæc omnia recensita pericula ad extremum usque senium eluctati, ac tandem felici ac tranquillâ mortè defuncti sunt: parem ergo fortem & vos expectare potius velle, quàm ut aliorum interitum anxie formidatis. Sed parcius ista, obsecro! si enim sic loquimini, oblitos vos proditis illius, quod præ manibus habemus. Nunquid de anima nobis negotium est de anima, inquam, vestra? & quidem de anima unica? de anima immortali? de anima, cujus jactura est irreparabilis? & de hac anima vos tam temerè & tam projectè ratiocinamini? ah *memento, memento*, ingemino vobis cum S. Chrysostomo, *memento, quod de anima loqueris!* hanc enim tam parvi facitis, ut incerto eventui committendam putetis? sed feliciter, dicetis, res cedere potest. Demùm id fieri posse; sed quid, si secus fiat? respondete, obsecro, auditores, quid, si secus fiat? Quod in caducis & terrenis negotiis dubiæ quandoque alex vos exponatis, non obfisto; veniam etiam fortassis meremini, quod bona fortuna, honorem, atque ipsam corporis sanitatè

temerè prostituatis; hæc enim omnia bona sunt instar mercium, quæ postquam ex metu naufragij præcipiti nimirum consilio in mare projectæ sunt, extrahi & recuperari post jacturam possunt. Sed alia longè est animæ conditio, & aliud pretium, quia animæ jactura æterna est, & remedium non admittit: quis ergo non videt, summè temerarium esse, qui in animæ negotio non est cautissimus?

VIII. Et verò, & mentis inopiam! quid humanæ spei aut lucri est, cui non major adhibeatur cautela, quàm illi, quod æternum est. Hadrianus Imperator Oraculo doctus inaudit, exitiale esse Dominatoribus Romæ, Euphratem trajicere; & ecce spontè suâ Persis Armeniam restituit, Assyriam ac Mesopotamiam universam à Trajano prius subjugatas cessit, & ne forte Regni negotia cum cogerent, per ominosâs & infaustas Euphratis undas transfretare, ad ejus litora terminum Romano fixit Imperio. Sed quid ex antiquorum factis veritatis hujus testimonia laboriosè conquirò? cum passim suppetant obvia, domestica & quotidiana: vos ipsos appello! in componendis domus & familia negotiis, levissimi non rarè momenti, quantâ circumspectione & cautelâ proceditis? si morbus aliquis vos lecto affigit, nequaquam Medicos accersere negligitis, esto, fieri possit, ut absque eorum operâ convalescat. Si in militiam eundum, & cum hoste confliendum, testamenti tabulas sollicitè conscribitis, esto, quod salvi forsitan & incolumes redituri sitis. Si mutuum amico datis, num soli illius fidei, ab-

*Intro-  
pius 1.8.*

que

que alia cautione confiditis? nonne Tobiam imitamini, qui à Gabelo, quantumvis integro, fideli, ingenuo, syngrapham nihilominus poposcit? *argenti pondus dedit sub chirographa.* Si semina terræ credenda sunt, diem aptissimam eligitis, si lis coram iudice contestanda, expertissimum causarum patronum exquiritis, si mercatura vacandum, probatissimos commercij socios indagatis. Verbo, non est ullum negotium, in quo vos dubiæ sorti vicissitudini exponatis, cum certa ac tuta suppetunt media, cur ergo negotium ponderis & momenti maximi, quale est negotium æternitatis, cur illud eventui committitis? cumque nunc animi noxas seriâ penitidine delere possitis, cur dubias moras trahitis, atque incertam futuri temporis horam expectatis? Ah Christiani, mihi credite, hæc temeritas captum meum excedit, cogorque attonitus exclamare cum S. Chrysostomo? *Incertis ergo eventibus Teipsum committis? incertis ergo eventibus teipsum committis? nec litem, nec depositum, nec spem minimam lucelli incerto casui relinquitis, & relinquere animam audetis? Obstupescite Cæli, & admiratione defixi stare Cœlites ad tam protervæ temeritatis facinus, & audaciæ monstrum, quo horribilius Orbis non alit: Quis audierit talia horribilia, qua fecit nimis Virgo Israël?*

Ierem.  
18.13.

XI. Hæc ipsa tamen temeritas veniam mereretur, si ullum saltem notabile emolumentum secum traheret: in omni humano negotio vim suam semper obtinuit receptissima Appia-

ni sententia, *summa dementia est, ob res leves discrimen ingens subire;* hoc enim haud aliud foret, quam hamo aureo piscari, cuius jacturam vilis præda minimè compensat: colonus multò sementis modios telluri credit; nummularius ingens argenti pondus sorti aut cambio exponit; qui lites tractant in foro, grandem non raro summam in honoraria expendunt, idque rectè omnino & sapienter, quia magnitudo lucri sperati pretium jacturæ multum excedit; nec ullus unquam navarchus fuit tam demens, qui extremas peteret Indias, luctaretur cum Austris & decertaret cum Aquilonibus, ut loco velleris aurei nil nisi navim sabulo & arenâ oneratam referret. Vos autem Christiani, quid agitis? quo lucro, quo fructu tam grandibus periculis vos exponitis? appendite, quæso, in statera voluptatem, quam ex flagitiis hauritis, & miseriam, quæ certò vos manet, si in iisdem moriemini; quis æquus rerum arbiter præponderare illam censebit? sed est, o vos mors improvisa non occupet; succedat vobis ad votum voluptas una venerea, aut injustè accumulatum argentum, aut obtentus honor, aut vindicta satiatâ; si autem aliquando moriemini, si moriemini, inquam, nunquid illic descendendum ad Orcum, & risus brevis infinitorum sæculorum ludæ lugendus est? Nunquid ergo brevissimam voluptatuz usuram æternæ miserix impendio emendam censeatis?

Ah vos iniquos rerum æstimatores, omnisque rationis expertes! *Menda-*

ces filij hominum in stateris. Itane corrupto vestro iudicio bona caduca, fugitiva, frivola ac vana, malis aeternum duraturis antecellant? quis unquam etiam in domo falsarii bilancem tam mendacem ac dolosam invenit? Et hanc, credo, subesse causam, cur sacer textus non dicat, *mendaces statera in filiis hominum, sed mendaces filij hominum in stateris*, vos enim estis, qui rectæ rationis æquilibrium corrumpitis, & gravissimarum rationum momenta violenter deprimitis; *Ipsi fuerunt rebelles lumini*, teste Jobo.

Iob. 24.  
13.

Ier. 37. 8.

X. Itaque per JESU Christi amorem & viscera vos obtestor. *Nolite decipere animas vestras*, expergiscimini aliquando, & sapite; excitare sopitum vel extinctum rationis vestra lumen, & fructum, quem ex periculoso vestro statu colligitis, serio considerate. Si lucrum periculo majus esse prehenderitis, ridete ac exhibilate, quæ dixisti autem absque ulla comparatione inferius agnosceris, per animam vestram vos obtestor, respicite; ne aliquando cum afflictissimo Jeremia serò lamentari cogamini, *Venatione ceperunt me, quasi avem, inimici mei gratis.*

Thren.  
30. 52.

Loquitur hic Propheteta in persona peccatoris, & erubescit, similem se fuisse aviculæ, ab aucupe miserè deceptæ; & quo tandem illicio? *Gratis, gratis omnino, unius milij grano inescatæ: venatione ceperunt me, quasi avem, inimici mei gratis.* Ah Christiani! num vos quoque de horum numero esse desideratis? quid enim sunt terrena bona omnia, malo aeterno, in quod vos peccando induitis, etiam

minimo comparata? nil nisi granum milii, imò ne hoc quidem; & vos ob spem lucri tantilli insidiatores vestros ultro sequimini, ut ab iis illaqueati & constricti pereatis aeternum? *O praesumptio nequissima! unde creata es?* *Eccl. 37*  
3.  
vox me deficit, ad detestandam audaciam, tam insolitam, tam projectam; unde stupore defixus conquiesco, neque aliud superesse video, quam ut eandem attonitus obstupescam.

## PARS ALTERA.

XI. SI, ut hæcenus ostendimus homini, qui pulveris instar omni flatu venti dissipari potest, summæ temeritati vertitur, vel ad momentum vivere reum peccati mortalis, quid vos in vestri defensionem, hodiernâ luce profaretis? qui in his animi sordibus non ad momentum, diem, hebdomadam, menses, sed annos integros hæretis? *diebus innumeris*, ut Jeremias loquitur. An hoc ad prudentiæ regulam, an ad rectæ rationis leges? edicite, quæ vel verisimilis spes aut ratio ab aeternæ damnationis metu vos absolvit? *Nemo se tuò diu periculis offerret tam crebris potest*, ait Seneca: & causam subnectit: *quem sapè transi casus, seon. 2.* aliquando invenit. Semel effugere decipulam, nec illâ stringi; semel vitæ illabi virgulis, nec inharere; semel gustare toxicum, nec perire, non usque adeò magni operis est; accidit id nonnunquam, aut benignâ cœli protectione, aut rarò fortuna favore, cum autem non perire, qui venena instar aquæ haurit; illum non inha-  
rere

Ierem. 2.

Her. fur.  
lib. 2.  
scen. 2.

rere; qui in viscum velut in flores temere involat; illum non cadere, qui in precipitiis choreas agit, & saltitat, velut solidam basi subnixus, candido rarius est corvo, & monstro proximum. Si ergo infrunita audacia est, vel semel ac per momentum, damnationis periculo se exponere, quid de illo sentendum, qui tamdiu huic discrimini sponte inhaeret, ut longè plures dies evidentis periculi, quam probabilis alicuius securitatis numerare possit?

Curiosa quaestio Christianos inter agitur, pluresne salvi fiant, an damnentur? Ego tantae litis arbiter non sum, & si, id decidere, meorum partium foret in mitem potius sententiam propenderem, diceremque majorem esse inter Catholicos Electorum numerum, quam reproborum: in quam opinionem video plurimos, tam modernos quam veteres Theologos conspirare; neminem autem omnium scio, qui asserat, majorem partem eorum, qui peccandi consuetudine laborant, salvari: oppositum enim tenent Gregorij, Augustini, Ambrosij, Hieronymi, celeberrimi inter Ecclesiae Doctores Quatuorviri; certè Hieronymus in hunc modum aperte loquitur: *Vix de centum millibus hominum, quorum mala fuit semper vita, meretur à DEO habere Indulgentiam unius.* Nec quisquam hoc admiretur; talis enim ut plurimum moritur homo, qualis vixit: succisa arbor in quam partem labitur? nonne in illam, in qua inclinat, sive ad dextram, sive ad laevam? qui vitam ducunt scelestam, semper ad sinistram propendent; succisi

ergo mortis falce, nunquid ad dextram cum iustis cadent? certè necesse foret, ut in eo articulo gratia tam vehementer allaberetur & afflaret, quae furiosissimi instar turbinis, impetu prodigioso in partem oppositam eos intorqueret. Sed quis unquam tam felix fuit, ut talis illi gratia concederetur? *vix de centum millibus unus.* An non ergo insana temeritatis vos reos constituitis, dum periculosissimum illum statum sponte eligitis, ubi verosimilius est, vos damnatis quam beatis aggregandos? quin etiam plures in eo salvi fierent, pauciores damnarentur, an non iustissime timendum vobis esset, ne ex horum potius quem illo tempore numero futuri litis? quanto igitur horrore vos concuti oportet, cum indubitato constat, pauciores salvari, perire plurimos?

XII. Arnulphus Flandriae Comes acutissimis calculi doloribus laborabat, cumque medici non minus, quam chyrurgi, adhibitis frustra mitioribus remediis ad sectionem animum adiecissent, ille tam acerbae cure periculum alieno in corpore fieri petiit: inventi tunc erant viginti, qui eodem morbo laborarunt, qui que lithotomiam eorundem chirurgorum manu sustinuerant, tam felici successu, ut non nisi unicus inde mortuus sit. Reversi igitur alacres, ad sectionem forti animo tolerandam Comitem animabant, sed ille, audito vel unius infortupio, in quo artis magisterium defecerat, pallore suffusus, atque animo concidens ingeminavit: *Ecquis è vobis securum me reddet, meque à sorte miseri hujus incurrendam*

Gregor. l.  
25. in Iob  
cap. 2.  
August.  
de verb.  
& fals.  
poenit. c.  
17.  
Ambros.  
ad hort.  
ad paenit.  
Hier. re-  
lat. ad  
Euseb. in  
Epist. ad  
Damas.

dâ absolvet? sicque unius magis interitu timidus quam novemdecim salute securus, tam periculosa vitam alicui commisiturum se negavit. Jam frangite, Auditores, ex hoc infirmorum numero, non unum tantum mortuum & novemdecim sanatos, sed e contrario novemdecim mortuos, & sanatum unicum: quid prudentissimum Principem in eo articulo responsurum fuisse arbitramini? nunquid & Archiatros & Chyrurgos, velut audaces & temerarios, à se cum stomacho repulisset? num unius fortunato successu allectus, tam periculosum sectionis remedium admisisset? Ah Christiani! hæc, quæ in corporis cura temeritas videri merito possit, hæc ipsissima est, quam vos in animæ vestra negotio committitis: Ecce enim sollicitè clamat ac monet D. Hieronymus, ex eorum numero, qui habitudinem scelerum contraxerunt, non dicam è viginti, aut triginta, sed nec è centum millibus unicum salvari, *Sic de centum millibus unus*: & tamen, quis credat? vos ob unius felicem sortem animosos; non autem ob nonaginta novem millium, nongentorum, nonaginta novem infortunium timidus ac cautos fieri video. Duodecim erant Josepho fratres, ad alimenta ex Ægypto asportanda profecti, & cum vel unicum vinculis constringendum esse perciperent, ad unum omnes præ mastitia tabescebant. Duodecim erant discipuli, ultimæ à Christo cœnæ admoti, & tamen cum unicum perfidum, & proditorem fore audirent, omnes expalluerunt. Vobis autem perspicissimum est, plurimos eorum, qui vitam

vestra similem ducunt, æternum damnandos, & tamen non trepidatis, metumque omnem securi excutitis. Hem verissimum, quod de peccatoribus pronuntiavit Jobus: *Dedit ei DEUS locum penitentia, & ille abierit eo in superbiam!* O fastum! O superbiam! sperare, se fore fortunatissimum illum unicum, qui in tanta plurimorum strage sit futurus superstes, novo privilegio tutus, qui que in Paradisi quondam patria non sine prodigio possit digito monstrari, & dicier: *hic est: tamquam qui evaserit: verba sunt Ecclesiastici, tamquam qui evaserit in die belli.* Unde quæso evasit? ex *stici 40, 7* conflictu prælij, & intereptione universali. Indulgete mihi obsecro, ut ad Christi pedes abjectus sensum animi mei effundam & liberè aperiam.

XIII. Jesu mi! unde tanta audacia accrevit animis hominum? quis tanto illos stupore fecit obrigescere? quis reddidit improvidos aded, & inconsultos? forsan tantum voluptatis hauriunt ex Tui offensâ, ut nihili faciant omne damnum, modò tibi displiceant? O quis me docebit modum, saniora illis consilia inspirandi, tam noxium errorem eximendi, tuæque voluntati eos integrè subjiciendi? *Vine, ut illos obtester in omni patientia* *2. Tim. 4.2.* obtestabor. Vis illos admoneam? admonebo. Illos terream? terrebo. In illos severus invehar, & increpem illos *ad Tit. 1. durè & increpabo.* Ecce ad nutum *13.* adsto: impera, & factum puta; *Omnia quæ precipies mihi, ego loquar,* Omnia, Omnia. Acclamationes non cupio, applausus non desidero, sed Tibi uni placere. Forfan hic erit postremus vi-

ta mea, & quadraginta dierum labor. Ecce cinere aspersus caput, ac tota vobis contentione inelamo vobis. Pœnitentiam, popule mi; Pœnitentiam! Ah tandem mollitiem obscenam abjicite, odia inveterata radicibus tollite, scelus & flagitium animo dolenti deplorate. Heu obedire renuitis? Cineres, cineres appello, quibus vertices

vestri adhuc albescunt; nunquid æqualiter eos video dispersos supra flamentem pariter, & canam cesariem? His ergo causam relinquo decidendam; ipsi judicent, ipsi decernant, an ulla major possit esse temeritas, quam se mortalem fateri, & vitam vivere, vel ad momentum ream culpæ lethalis.

## SERMO SECVNDVS.

DIE JOVIS POST CINERES.

*Audiens autem IESVS miratus est, & sequentibus se dixit, non inveni tantam fidem in Israel.*

Matt. 8.

**I**uisquis hodiernam Christi admirationem non obstupescit, stupidum sanè se manifestat, & hebetem, ut qui claris argumentis prodit, se mente non assequi, quid sit sapientiam infinitam aliquid admirari. Et quis tandem, animadvertito Auditores! quis actus ille magnus virtutis erat, ex quo tantos sibi conciliavit applausus Centurio? an ille forsitan ad Christi conspectum, velut magni exercituum Domini subditus obsequiosus, subjectam sibi militiam stitit? an inclinata in humum vexilla, & inversas demisit lanceas? an tympanorum festivo fonitu, & tubis harmonicis eisdem acclamavit? an erexit aras? dedicavit simulachra? victimas immola-

vit? an lauros fronti suæ ereptas ad ejusdem pedes projecit? an spolia illi & trophæa venerabundus prostravit? ea velut meritissimo victoriarum Domino in votum consecraturus? quid ergo tandem fecit? Ecce hoc unicum Tantum confidit Christi potentia, ut crederet, etiam longis distantem spatiis servo sanitatem redditurum, si vel unius verbuli pignus in ejus salutem deponeret: *Tantum dico verbo, & sanabitur puer meus.* Et hac de causa prorumpat Christus in excessus admirationis tam insolitos? tantis Centurionem encomiis mactet? tanto honore condecoret, ut & jurejurando interposito (quid majus dici potest?) ejus merita extollat? *Amen dico vobis, confirmetque Autoritate suâ sacrosanctâ, ac Jurisjurandi Religione, non invenisse se intra omnes, quàm latè*

patet



parebant, terminos Israël fidem æ-  
qualem: *Non inveni tantam fidem in  
Israël.* Ita reverà res se habet, In-  
fidelitas nimirum ac diffidentia mor-  
taliū facit, ut prodigio similis videat-  
tur, qui DEO, ejusque potentie in re-  
bus etiam non arduis plenè confidat.  
*Puto, non creditur DEO,* exclamat in  
simili magnus Præful Salvianus, &  
*quid dico, puto? utinam ambigüe puta-  
rem, & non evidenter agnoscerem.* Ma-  
nifestum est, homines DEO non con-  
fidere, manifestum est. *Non creditur  
Deo, non creditur;* aut quòd Potentia  
illius non satis aestimetur, aut quòd de  
ejus benevolentia dubitetur. Certè  
rarissimi omninò sunt, qui non majori  
fiducià innitantur hominibus, quàm  
DEO ipsi. Veniam ergo mihi dabis,  
O DEUS, & Domine mi! si cogar,  
in præsentiarum, & ex hoc loco in-  
jurià te afficere, & quidem palmari ac  
publica; cogor enim, populo huic,  
qui mihi aures præbet, persuadere, ne  
horreat, nehorreat, inquam, Tibi  
confidere. Ita enim verò, ita est, chara  
Civitas! fierine possit, ut omnem  
spem tuam in amico homine reponas,  
hunc sequaris, huic supplex accidas,  
huicque salutem & interitum tuum con-  
credas, amico autem Divino minimè  
confidas? Quis mihi det, hodiernà die  
ab errore tam gravi liberare animos?  
næ ego efficerem, ut sacræ Basilicæ  
magis frequentarentur, quàm Aulæ,  
magis trita forent Cœlitum Sanctua-  
ria, quàm Principum atria! partibus  
certè ~~meis~~ haud deero, & bonà vestrà  
venià ovineam, DEUM solum esse, nec  
alterum inveniri amicū, cujus fidei  
integre ac tutò inniti possimus; DEUS

solus sincerus est, verax & unicus, cui  
parem alibi frustra quaesiveris; ut ad eò  
grande prodigium videri meritò de-  
beat, neminem Christo teste reperiri,  
qui Centurionis exemplo DEO per-  
fectè confidat, aut reperiri quemquam,  
qui illi non confidat. Attentos mihi  
animos præbere, dum hoc demonstrare  
aggredior.

II. Negari non potest, amicos hu-  
jus sæculi profusos & prodigos esse  
verbis ac lingua, parcissimos tamen  
manu & factis; quàm magnificis ver-  
borum formulis suam tibi servitūtem  
& obsequia consecrant, sua offerunt  
bona, tua extorquent imperia, suam  
tibi indignationem minantur, si eo-  
rum servitio non utaris. Quisquis au-  
tem promissis tam grandibus fidem ad-  
hibet, deceptum illicò se deprehendit,  
videtque Labanum in formosæ, quàm  
promiserat, Rachelis locum Liam sibi  
supposuisse, Saulisque perfidiam experi-  
tur, qui pro primogenita Merob natu  
minimam Michol substituit. Nihil hodi-  
erna ætate solemnius mundo est,  
quàm promittere multum, præstare  
parum, nubesque æstivas imitari, quæ  
post diurnam siccitatem turgidæ, &  
aquarem copià prægnantes apparent,  
ac propterea maximam in spem eri-  
gunt colonos, mox tamen pauculis è  
se cribratis guttulis solvuntur. Alius  
longè est DEI genius, ille, ille verè di-  
cere potest: *qua procedunt de labijs* Ps. 88. 85  
*meis non faciam irrita:* quin perspe-  
ctum vobis hodie faciam, cum homi-  
num facta, promissa nullatenus adæ-  
quent, DEUM è contrario multò plus  
præstare, quàm promittat. Promisit  
quondam DEUS Ezechia, formi-  
dandum

4. Reg.  
19.33.

dandum illum Sennacheribi exercitum nec pedem quidem fixurum Hierosolymis, quin nec unius sagittæ jactu, nec structis aggeribus, nec excavatis fossis, nec tentato assultu eam infestaturum; in hunc enim ferè modum loquebatur: *Non ingreditur urbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus.* His ergo præmissis ut staret, nunquid satis erat, confternatos Assyrios, subitaneo casu per iter occurrente agere retrorsum? nonne satis erat, aut turbare Principem, aut inter Duces excitare discordiam, aut rebellionem inter gregarios? satis id liberalissimo DEO non fuit: audite igitur, quid fecerit: Angelum nocte intempestâ, stricto armatum ferro immisit in castra, qui lanienâ sanguineâ, & strage immani grassatus, centum octoginta quinque millium cadavera, in pabulum vulturibus destinata reliquit. Adhuc plus ultra progressus est DEUS: ut fidem Salomoni datam exsolveret, satis ei non erat, solâ, quam ipse desideraverat, sapientiâ eundem exornare, sed divitiarum insuper immensam abundantiam adjecit. Ut Josaphati fiduciam exaceret; non solùm aquarum copiam exercitui illius opportunè subministravit, sed insuper victoriam in complementum adjecit. Scrutamini Scripturas, & patèram videbitis, DEUM non æquare solùm, sed etiam factis promissa superare: unde Chryostomus benè in rem præsentem dixit: *promissâ implet cum liberalitate.*

II. Hæc, hæc fidelitas est, Auditores, ab ea, quam amici vestri jactitant, nimirum quantum abhorrens; sed unde  
*R. P. Segneri Quadragesimæ ale.*

tantam oriri diversitatē arbitramini? dicam: quia nimirum illi, qui se amicos fingunt, non sunt amici, ut sua dent vobis, sed ut vos vestris exspolient: finite mentem meam apertius declarem. Amicosne illos existimatis, qui sua in commoda obsequiosi, blandi alloquio, vultu & gestu ad omnem demissionem composito, latera vestra importunè stipant, ac limina vestra quotidie terunt? hos, inquam, amicos vestros existimatis? O vos simplices, si creditis! idem ambiunt, quam trapezitis ad collocandam optato connubio filiam locastis in usuram; munus exoptant, quod à vestra sciunt manu conferendum; favorem aucupantur; quem à vestra sibi spondent benevolentia; amici vestri sunt, ut apiculae florum, è quorum foliis nectâr cogunt & mella; amici vestri sunt ut vitæ ulmorum, quibus inflexæ arrepuant altiùs. DEUS solus amicus ille est, qui sua vobis dare desiderat, quidquid est, & habet, in vestra cupit emolumenta convertere, vultque, ut mutua inter vos bonorum communicatio intercedat, juxta legem illam vulgatam, *Amicorum omnia communia.* Et ecce, communicationem inauditam! de suo in nos effudit divitias & gloriam, de nostro in se recepit egestatem & ignominiam; in nos transtulit, quidquid Divinitas habet magnificentum, à nobis assumpsit, quidquid humanitas habet abjectum; nos suis ditavit meritis, propter nos se ipsum exinanivit; suam nobis felicitatem communicavit, in se miseras nostras suscepit, nos reddidit immortales, ipse morti nostræ subjacere voluit; nos in consortium regni sui

C

sui

fui elevavit, sibi verò miseræ nostræ  
 exilium elegit. *Venit ipse suscipere in-*  
*firmitates nostras*, ait Petr. Chrysologus, & *suas conferre virtutes, humana*  
*querere, prestare Divina, accipere inju-*  
*rias, reddere dignitates.* Parémne alibi  
 amicū invenietis, qui simili pacto  
 mutuam vobiscum amicitiam inerat, ut  
 à vobis nil aliud prætetendat, quàm ve-  
 stram miseriam, vos verò suæ reddat par-  
 ticipes gloriæ, & gaudiorum confortes?

IV. Et quinam tandem illi sunt, ut  
 ad propositam mihi metam gradum  
 promoveam, quorum amicū se  
 DEUS profitetur: nemo nisi pauperes,  
 afflicti, oppressi, despecti: *ad quem re-*  
*spiciam?* ingeminat DEUS per Isaiam,  
*nisi ad pauperculum?* Experti id sunt  
 Israëlita, quos DEUS nunquam te-  
 nerius dilexit, nec majora amoris ar-  
 gumenta dedit, quàm cum ab Ægypti-  
 tiis oppressi, putridarum instar rana-  
 rum, in limo & luto marcerent. Sed  
 quid solum Israëllem commemoro?  
 Etiam aspiciat an unquam in ejus fa-  
 vorem prodigia magis admiranda ope-  
 ratus est DEUS, quàm cum Magna-  
 tum invidia & odio gravissimam per-  
 secutionem pateretur? nunquid depluis  
 è caelo flammis dilecti Prophetæ inju-  
 rias est ultus? Eliseum contemplami-  
 ni? nunquid DEUS defensionem illius  
 apertius suscepit, quàm cum puero-  
 rum cachinnis & contumeliis præscin-  
 deretur? nunquid tunc vindices è silvis  
 belluas excivit? Respicite Lazarum,  
 Marthæ & Magdalena germanum;  
 & quando tandem Christo cepit  
 esse in amoribus, nisi dum horro-  
 risset ipsis fororibus? *Ecce, quomodo*

*amabat eum?* exclamabant Hebræi  
 admiratione defixi, ob affectum sin-  
 gularem, quem DEUS misello ad  
 tumba crepidinem exhibebat. Sed  
 ô malignos & iniquos judices! He-  
 bræis exprobat D. Thomas, cur dicitis,  
*amabat*: dicere debuissetis, *amat*, cla-  
 ris enim indicis ostendit Deus, se ami-  
 cum esse Lazari, etiam scetentis: *Crevit*  
*miseria, non decrevit Amicitia.* Aliã  
 longè viã amici mundi incedunt: Vix  
 è fortunæ gremio excussos vos aspiciunt,  
 cum signa dant receptui, & retrocedunt,  
 imò effusus habenis turpissimè  
 fugiunt; quicquid vobis caelo sereno thés  
 & incensum adolebant, tempestate nu-  
 bilã nec agnoscunt vos amplius. Faxit  
 DEUS, ne tristis experientia vos doceat,  
 nimis quàm vera esse, quæ loquor;  
 perpetuam vobis bonorum abundantiã  
 apprecor, & stabilem fortunæ for-  
 tem exopto, verum si quando tecta do-  
 mûs vestræ ruinam minabuntur, primò  
 statim fragore turmatim avolantes vi-  
 debitis hirundines, domi olim vestræ  
 nidulantes. O miseram Jobi condi-  
 tionem! quid ille non fecit, ut oppor-  
 tunè in fortunæ adversa vicissitudine  
 subsidium à fideli aliquo amico extor-  
 queret: protexit viduas, defendit pupil-  
 los, vestivit nudos, pavit famelicos: ubi  
 fortuna suã excidit, eò miserie redactus  
 est, ut nec lares haberet, quibus à Cæli  
 injuriis se tueretur, nec stratum aut  
 tegetem paleis suffultam, quã operire-  
 tur; sed canis instar rabidi in fimeum  
 projectus est: *Fratres mei praterierunt*  
*me sicut torrens, qui rapim transit in*  
*convallibus* Sed nunquid dicetis mihi,  
 tres adhuc amicos tunc Jobus expertus  
 est?

*Opusc. de  
 dilig. Deo  
 & prox.*

Jo. XI. 36

Rom. 50.

est, qui in ejus solatium accurrerunt, primoque illius aspectu in effusissimos gemitus, clamores & luctum proruperunt, pulvere capillos & caput conspersi? Verissimum id quidem est; sed vel hoc ipso exemplo propositum meum clarè confirmatur: an non enim cum omni hac, quantumvis ad speciem sincerissima compassione, Jobum in ea, quâ jacentem invenerant, nuditatis calamitate reliquerunt? an vel teruncium in opem, vel centonem in tegumentum porrexerunt? audite Jobum ipsum lamentantem! *Nunc ve-*

*Job 6. 21. niſtis, & modo videntes plagam meam timetis?* timetis inquit, eceur hoc? quid enim timeant ij, quid amicum in tanta calamitate jacentem intuentur? forsitan timebant, ne, simili miserâ involuti, æquale fortunæ dispendium paterentur? Non ea timoris materia fuit, ut ingeniosè in hunc textum commentatur Lyranus, sed timebant, ne Jobus, præſenti neceſſitate preſſus, paratæ pecuniæ ſubſidium ab eis flagitaret; *Timebant*, inquit, *ne aliquid pro*

*sublevatione sua repeteret ab eis.* Risum hoc vobis fortassis movet Auditores? Sed nemo hanc interpretationem despiciat, velut ingeniosam magis, quam veram; Iobus ipse linguæ suæ oraculo eandem confirmat, cum enim primò dixisset, *Nunc venistis, & modo videntes plagam meam temetis?*

*actutum* subjunxit, *Nunquid dixi: afferite mibi; aut de substantia vestra donate mibi?* id quod clarissimè evincit, primam timoris causam fuisse, ne fortè manus crumenæ ad-movenda esset, & loculi aperiendi,

Jam hunc ergo in modum sermocinari mihi liceat: si Job ab amicis, quibus natura teneriorem animum, ac faciliorem indolem dedisse videtur, quæque tanto condolentiæ strepitu ad-venerant, aliud tandem subsidium non accepit, quàm inanum verborum: quid obsecro, Auditores, ab iis sperare licebit, qui naturæ vitio magis immites sunt & inhumani? nunquid omni pietatis sensu destituti, vos in ærumnis vestris contabescere sinent? sinent, ah, sinent! nec amica vos salutatione, nec ictu condolentis oculi, nec ullo alio solatio dignabuntur; omnem vobis opem crudeles negabunt, imò factis ac verbis in calamitatis vestræ incrementa conspirabunt, ijs similes, qui aestatis tempore sub amœna arboris umbra tripudiant, cœnæ, choreis, lusibus & confabulationi latum indulgent, cum verò hyemis inclementiâ exaruit arbor, securim levant, favoq;ue ictu caput ei & col-lum, truncum & ramos succidunt ac deartuant.

V. Sed demus, mitiores magisque humanos amicos vobis obtigisse; & quando tandem etiam ab his eximium aliquod beneficium accipietis, quod non cum liberalitatis suæ ostentatione obrudant, cum fastu dispensent, & cum spe majoris lucri vendant vobis potiùs, atque ad usuram concedant, quàm donent. Sed quid ego dixi beneficia eximia? nec minima quidem obsequia, & vilissimos favores ab hujusce farinæ hominibus extorseris, nisi priùs te in ruborem dederint, & erubescere coegerint,

rint, palam debitorem te profiteri, atque æternam obligationem testari debes. Neminem invenire est, qui liberalis esse cupiat & inobservatus; qui beneficium conferre velit, fluminum more, quæ ubi terram liberaliter irrigarunt, ocyus fugiunt, & subterraneis sese meatibus abscondunt.

*Ecc. 10. Exigua dabit, (de talibus amicis ait Ecclesiasticus) Exigua dabit, & impropere multum. Dispar omnino est divina in nos benevolentia ratio: multa nescientibus donat, eleganter de eo*

*Epist. 1. disserit S. Eucharius, nec minor DEI in aperto, quam in aperto benignitas est. Numerus certe iniri nequit eorum favorum, quos DEUS continuo, atque ita occulte, in nos confert, ut nec observemus, quod accipimus: quod si palam nobis benefaciat, tam id modeste ac tranquille exequitur, ut magna felicitatis loco habere videatur, sua nobis posse largiri. Attenta ego mente sacram paginam evolvi sæpius, & studiosè in id incubui, ut vel unam gratiam à Christo collatam deprehenderem, quam non illicò virtuti ac meritis accipientis comiter tribueret. Chananæ mulieri salutem filia decernit, & statim subjungit, se id in fidei præmium fecisse. Sanguinis fluxum hæmorrhoidis sistit, & actutum subnectit: vade, Fides tua te salvam fecit, Cæco visum restituit; & fidei meritum extollit. Lepram curat; & mundatam pellem fidei puritati attribuit. Magdalena culpas condonat; & fidei meritis hoc se detulisse affirmat: Fides tua te salvam fecit. Hoc erat demissionis sigillum, quo suppli-*

ces miserorum libellos signare solitus est. Rogabatur Christus, ut vitam reddere dignaretur filiola Archisynagogi recens defunctæ; annuit petitioni, & ad illum promptè se contulit: Superi! quantà potentia suæ dissimulatione? non dicam, eiecisse illicò è domo turbam congregatam, & tibicines plangentes, obduxisse valvas, clausisse portas, petiisse secretum, & necessarium tanto operi silentium imperasse; sed insuper jam vicinus cadaveri, ut inter dolentium gemitus æstimationem gratiæ imminueret, verè divinam æquivocationem apposuit, non perfunctam fato puellam, sed somno sopitam: non est

*Mart. 9. 14. mortua puella, sed dormit. An non qui tantam in se potentiam scivisset, contrarium vobis facturum fuisse videretur? nunquid mortuam prius signis evidentibus demonstrasset? Ecce dixisset, experimini & observate, si ullum vitæ indicium in puella superstitentate arteriam, si etiamnum micet; cor, si palpitet; oculorum pupillas explore; si nictent etiamnum; an subtilis adhuc è labris anhelitus spiret, explore, en gelu glaciata, en squalidam, regentem, & lethali livore obductam! Nunquid hac ratione beneficii magnitudinem exaggerasset, & pro rei gravitate pondus authenticum gratiæ adjecisset? sed nihil horum Christus, nil aliud fecisse præ se tulit, quàm somnum è palpebris consopitæ filiola excussisse, ad confundendum eorum iudicium, qui fastu ingenti & decumano, minutissima beneficia extollunt, dum ille*

*Matt. 5.*

*Matt. 9.*

*Marc. 10.*

*Luc. 17.*

*Luc. 18.*

*4.*

*Luc. 14.*

*Mart. 9.*

*Luc. 7.*

ille tantâ verborum moderatione beneficium tam grandia depreffit. Dicam amplius ; adducite mihi vel unicum, à Christo portentose & supra naturæ vires restitutum, quem vel in discipulum, vel amicorum, aut sequacium numerum adlegerit : nunquid sanitati reddidit hydrope tumentem in domo Pharisei, & vix sanato abitum imperavit? an non curavit paralyti dissolutum in Nazareti confiniis, & domum illicò ablegavit? Juvenem sub porta Naim : virtute divina redivivum, sequi se noluit, sed maternam in domum redire jussit, nec aliter emergum tractavit, quem inquilino spiritu in Gerasenæ Regionis finibus liberavit; importunis ille precibus insistit, ut Christum sibi terrâ marique sequi liceret; verùm Is non admisit eum, sed ait, vade in domum tuam ad tuos. Solem nimirum imitari voluit Servator, qui tantam licet lucem transfundat in stellas, illas tamen renuit habere sequaces, vel in grati animi signum assistentes, sed potius vult, ut quam primùm fugiant, dum ipse comparet. Quid ad hæc dicitis, Auditores? quarite, si lubet, in toto, quam latè patet, terrarum orbe similem amicum : è Cælo petendus est, inter homines autem inveniri non potest ; isti enim vix gratiam paullo majorem conferunt, cum sibi velut jure debitum exigunt, ut eos servorum instar sequamini, carpenta eorum comitemini, atque in adium atriis inserviantis : quin volunt, ut, omni velut libertate exuti, eorum insignia, & arma gentilitia ubique erigatis, statuas iis

dedicetis, inscriptionibus & lemmatis eosdem condecoratis, ac veluti si Deorum instar vobis vitam & spiritum dedissent, vos opera manuum suarum, suas creaturas, & esse & appellari velint.

VI. Verùm concedamus, in mundo hoc inveniri amicos tam magnificos, & à caduco utilitatis propriæ commodo tam alienos, ut gravis velint benefacere, nec agnitionis, aut obsequij, aut demissionis onera expectant : asseverare tamen pergo, nondum vos fideles amicos in mundo invenisse. Si causam exquiritis, illam attentis animis percipite ; quia nimirum accidere potest, ut nullâ vel levissimâ vestrà culpâ, omnis amicitia oblii, amare vos cessent. Geminos aula Ministros, sibi que prius percharos, vinculis & diuturno carceri mancipatos tenebat Rex Pharao, Præfectum pistorum, & Præfectum pincernarum ; ansam carceris & vinculorum præbuit, juxta sacrae paginae exegetin, quòd in Dominum peccaverint : *Accidit, ut peccarent Domino suo.* Quis mihi jam piaculum illud grande declarabit, in quod se induerunt? forsitan toxico Regem è medio tollere decreverunt? forsitan fraude ac dolo Principem circumvenerunt? forsitan conspirationis telam traditoriâ orditi sunt: aut enormi audaciâ concitârunt regni status? si fides Hebræorum traditioni danda est, nihil horum designârunt : quid ergo tandem commiserunt? culpa fuit fortuita, & casus improvisus : *Accidit, ut peccarent.* Culpa unius, & alterius erat, quòd rex in scypho muscam, in pane

Gen. 41.

Apud Lyranum in hunc locum.

1. Reg. 18

pane glaream aut lapillum invenerit. Et tantillum sufficiat, ad vitam homini eripiendam? Tantillum? imò tantillum. Amicitia inter homines dissolvenda sufficit vel unica actio, leviter & sine ullo fundamento suspecta: unica satis est calumnia injustè imputata, ut Iosepho accidit, qui omni gratiâ Putipharis exutus est, ob calumniam ab impudenti Hera falsò illatam: sola id evincet æmulatio, & invidia de vobis concepta, ut Davidi contigit, quem profecta liberaliùs ab Hebræis mulieribus encomia omni Saulis benevolentia spoliârunt. Hanc vobis eripere potest ingenita humanis animis inconstantia, quâ ut plurimum mortales laborant; hanc unica contentio & rixa, etiâ in lusu orta extinguit; hanc auferre potest innocens ac jocosum verbulum; hanc denique quavis in foro contentio, & levissima de proprio lucro orta controversia dissolvere valet: quæ enim amicitia fortiori nexu coaluit, quàm illa, quæ Lothum inter & Abrahamum, Abimelechum inter & Isaacum intercessit? nihilominus tamen jurgium unicum, pascuorum causâ pastores inter unius & alterius de usu putei exortum, eò rem deduxit, ut Lothum ab Abrahamo, Isaacum ac Abimelecho avulserit, ut vel hoc solo exemplo abundè pateat, quàm facili negotio amicos separet commodi proprii Zelotypia. Auscultate, quæso, facinus notatu dignum: Refert Judicum liber, quendam Nobilem, Micham nomine, in suburbano suo Templum decens ac elegans extruxisse; huic sacerdotem præposuit

hebræum, quem filij loco habuit, quasi unum de filiis, ait pagina sacra; huic habitationem congruam, vestitum duplicem, salarium largum, victumque diurnum assignavit; ut quæ pecunias haberet in promptu, sacer codex adjungit, quòd *impleverat illi manum*: quâ beneficentiâ ita sibi devinxit animum sacerdotis, ut amore reciproco, uti par erat, Micham prosequeretur. Accidit autem, ut milites de tribu Dan, templum illud expoliaturi, irruerent: opposuit se sacerdos, ac neglectis strictorum ensium minis, frontem porrexit, temeritatem increpuit, violentos repressit, & solus suppellectilem sacram ab infami expilatione defendit. *Quid facitis? quid facitis?* ingeminabat; an non hæc fuit animositas singularis, factumque generosum? sed percipite obsecro: vix resistentem sibi sacerdotem experti sunt milites, vah! absiste captis, exclamârunt; nonne vides te Clericum imbellem, & sacrificulum contemnendum? nostro te genio accommoda, silentium observa, & pinguiori ministerio te præficiemus. *Tace, & impone digitum super os tuum, veni, nobiscum, ut habeamus te Patrem, & sacerdotem, quid tibi melius est, ut sis sacerdos in domo unius viri, aut in una tribu, & familia Israel? quis crederet? vix auribus percipit miser dignitatis promissæ incrementum, characterem muneris oblatis sublimiorem, obmutuit non solum (hoc unum milites postulabant) tacuitque, sed primus manum propriam admovit ad expilandum, nudavit aram, spoliavit parietes,*

1. Reg. 18

Gen. 1.  
23. &  
26.Judic. 18  
19.

rietes, expilavit abacum, thuribula fustulit & acerras, rapuit Idola, & fugam cum armatis passu concito cepit. O amice, amice! sicine me prodis, deseris, ac tergum obvertis? inlamar Michas, & fugitivum revocet; sed perfidus sacerdos, fugam jam procul abreptus, non audit, nec curat vocantem. Vestram perquiro mentem, auditores, potuitne Michas plus adhibere diligentiae ad servandum sibi amicum fidelem? summis cum honoribus coluit, fiduciam in illo omnem collocavit, manus inunxit liberalissimè: & impleverat illi manum. Omnino: sed antiquus & communis est mos amicorum mundi, obvertere se parti plus offerenti muscarum instar, mensae magis opiparæ, insidiantium, & columbarum more illuc advolantium, ubi electiori grano pascuntur. Sed forsitan inpraesentiarum mos iste exolevit? DEUM bonum! hoc mihi, quaeso, non obtrudite, auditores, ne ansam arripiam, in tempora & mores nostros acrius invchendi.

VII. Verum ut ad propositum revertamur, quid tandem spei in amicis mundi collocabimus, qui etiam absq; culpa nostra non raro nos deserunt? sed quid absque culpa dixi? ipsa saepe beneficia amicos offendunt, nimius frequenter amor & benevolentia eos irritant. Audite Senecam, eo, inquit, perductus est furor, ut periculosissima res sit, beneficia in aliquem magna conferre. Si enim, qui beneficium recepit, facultatem remunerationis reciproca non habet, oculo obliquo, quo aspicere creditores solent, benefa-

ctorem contuetur, fugit contemptum, fastidia concipit, & in inimicum convertitur ingratisimum, non aliam ob causam, quam quia pudet, esse amicum, & simul ingratum. Hocne amicitiae genus, Auditores, mereatur stabile, firmum & fidele appellari?

VIII. Nunc ad DEUM redeamus, & comparationi captae finem imponamus: An forte aliquid eorum, quae dixi, etiam de DEO nobis timendum est? an forte amare nos desinit, nullius etiam culpae reos? an dedignatur nos, velut amicitiam suam indignos? an periculum est, ne nos fugiat, etiam obsequentes & addictos? Haec omnia alienissima sunt à divina in nos benevolentia: illud autem admiratione dignissimum est, quod homini liberum sit, renuntiare DEI amicitiae, absque omni ejus culpa: DEUS autem libertatem non habeat, absque nostra culpa ex amicorum numero nos excludendi: *Non deserit, nisi deseratur.* Nullus in ipso locus est inconstantiae, nullus livori, calumniae, contentioni, suspitioni aut fugae; sed nobis ipsis duntaxat cavendi sumus. Exclamavit quondam Apostolus, nullam in mundo potestatem esse, quae illum ab amore JESU avellere possit, non Angelos, non Principatus, non Virtutes, non quidquid demum vel altum, vel profundum, forte vel debile, praesens vel futurum est: *Certus sum, quia neque angeli, neque principatus, neque virtutes, nec instantia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, poterit nos separare a charitate*

De Benefic.

ad Rom. 6. 38.



Serm. de  
dupl. Ba-  
ptismo.

ritate *DEI*. Sed num advertistis, ait S. Bernardus, quod inter hæc omnia seipsum non annumeravit: multa enumeravit Apostolus, minimè tamen adjecit: *nec ipsi nos, cur isthoc? quia soli DEUM deferere possumus propria voluntate; Prater hanc, O verba speciosa! prater hanc nihil est, quod timeamus*, nihil, nihil. Nos soli inferre nobis possumus illud damnum, quod *DEUS* ipse, totâ suâ, eâque infinitâ, Omnipotentia instructus inferre nobis non potest.

Hoc cum ita sit, Auditores, an non magna felicitas est, non posse nos de quoquam altero, quam de nobis ipsis queri, si amico tam sincero privemur? O solatium! o pacem! o securitatem! si hominem amore prosequor, cavenda sunt mille, ne illum avertant: si *DEUM* amo, mihi soli cavendus sum: promittant alij dona *DEO* magna proventus locupletes, redditus regios, nullum est periculum, ne ob hoc me ulli postponat, si modò ego quantumvis despectus & miser, alios amore præveniam. O quantum ille diversus est à Sacerdote Michæ, qui illi adhæsit, à quo plura speravit! *DEUS* autem munera non curat, sed se amantem complectitur. Illustre rei hujus specimen dedit, cum de Apostolorum suorum numero aliquem ad supremum dignitatis gradum promoturus, non eligit, illum, qui abjecto propter Christum amplioris patrimonio, tanto se gradu dignum fecisset, hac enim ratione dignitatis apex Matthæo obtigisset; sed illum præfert, quem fervor affectus & amoris præceteris excimium fecit. Pari modo egit, cum

geminas inter sorores ad quas diverte-  
rat, laudum vellet encomia partiri,  
neque enim primas Illa retulit, quæ  
ad Christi obsequium majores fecit  
expensas, sic enim encomia debe-  
bantur Marthæ: sed Illam prætulit,  
quæ tencriori erga ipsum affectu a-  
moris languebat? Fastuosi etiam  
illi & profusi divites, qui magnam  
auri vim gazophylacio intulerunt, to-  
tâ hæc munificentia nequaquam ob-  
tinuere, ut inopi & pauperula vi-  
duæ, non dicam præferri, sed vel  
comparari mererentur, quæ non ob-  
tulit, nisi *duo minuta*. *DEUS* enim,  
quod sanè Divinum est, donis non  
capitur, nec amicos æstimat ex eo,  
quod dant, sed ex eo, quod sunt, *Hila-  
rem enim datorem diligit DEUS*: non  
dicit, *largum, munificum, splendidum*,  
sed *hilarem*: non enim respicit ma-  
num, sed cor, non dautis munus,  
sed affectum.

Nec quisquam sibi persuadeat, for-  
san inde id provenire, quod *DEUS*  
hominum instar indignetur, si se vi-  
deat multa debere? Contrarium om-  
nino affirmat Chrysostomus, non per-  
inde, ait, *delectatur suis debitoribus*  
*creditor, ut DEUS suis creditoribus,*  
quantum enim nos delectat illius af-  
fectus, à quo multum exspectamus,  
tantum delectatur *DEUS*, videre eos,  
quibus debet: audire tamen amanis-  
simum discrimen: si quis, forte cala-  
mitosâ pressus secretas aliquando re-  
cepit Eleëmofynas ab inferiori, mox  
ubi mutatâ fortunâ divitem se, hono-  
ratum, sublimem ac felicem videt, e-  
rubesceat illius oculos subire, cujus o-  
lim fores mendicus pulsavit, nec quid-  
quam

Luc. 10.

Marci  
12. 43.Hom. 7.  
in Epist.  
ad Rom.

quam illam magis irrat, quàm si quis eorum per ostentationem, aut improperium dicat: Hem mihi istum tanto luxu diffusum! illum ego probè meminì, domum meam sapiùs obeuntem, & nummum flagitantem. O quàm longè alius est DEI genius? ille ad sonitum tubæ de illà supremâ convocabit totum genus humanum: & quâ de causa? ut in omnium notitiam veniat, vel minutissimus tertius à nobis obtentus, nec tantâ coruscus gloriâ erubescet, suos quondam benefactores palàm agnoscere, & publicè testari, se, cum terram olim pauperimus obiret, ab hoc centonem ad vestitum, ab illo panem aut pomum ad victum, scyphum frigidæ in potum accepisse; cum venerit in majestate sua, quid faciet? cum venerit in majestate sua, dicit: *Esurivi, & dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi bibere.*

Matth.  
25.31.

O igitur amicum unicè fidelem! & sinceritatem singularem! & candorem summum! & fidelitatem, omni comparatione majorem! nōne videor vobis, Christiani in id jure meritissimo incubuisse, ut vilescere vobis facerem omnem alium amicum, præter illum, cui hodiernâ die sapientissimus Centurio plenè confidit? vos ipsi dicite, si veritatem candidè fateri libet, nunquid multoties & vos in illa Salomonis verba prorupistis? *Vtrum*

Prov. 20.  
6.

*fidelem quis inveniet? dicam compendio.* Totus quàm latè patet orbis, amicum non habet, cui fidi possit, experientia ipsa vos docet, plures eorum traditores esse, impostores plurimos,  
R. P. Segneri *Quadragesimalis.*

qui instar accipitrum, prædæ desiderio, tunc è manibus nostris dilabuntur, cum id minimè suspicamur. Verùm memori tantisper mente retinere, quæ dicta sunt, dum ego paululum respiro, ac dissolvendum vobis dubium proponere aggredior. Animos intereà præparate.

PARS ALTERA.

XI. **E**cce dubium, quod vobis enucleandum proponere statui: Si solus DEUS veri amici nomen meretur, atque à reliquis omnibus, aut multum, aut certè parum aliquid perfidiæ timendum est, unde ergo fieri potest, ut in amici gratiam DEUS offendatur? Nihil adhuc reponitis, Auditores? loquimini? fortassis mentem meam non satis vobis explicui? repetam: Undenam fieri potest, ut vel ad complacendum amico, vel ad respondendum malè invitanti, vel ad probanda ejus consilia, vel ad blandiendum ejus cupiditatibus, DEUM quis offendar, eidem displiceat, eumque contemnat? ut fidelem se exhibeat amico infideli, & perfidus sit DEO fidelissimo? An indignum fortè ingeniis vestris hoc dubium videtur? quid respondetis? eja, solve illud, & responso, vel ad speciem vero, satisfacite. Ah corda Christianorum ingratiſſima! palàm enim verò est, neminem vel hiscere aucter; nullus enim est, qui delicti tam enormis non reum se fateatur: vanitas nimirum, levitas, & dissoluta vivendi ratio ad tales nos excessus deducit. Quod si ita est, an non pudore  
D saltem

faltem propterea suffundi, & ingenuo rubore verecundiam testari oporteret? Magnis ubique laudibus extollitur Pericles, qui ab amico quodam sollicitatus, ut perjurium in sui gratiam faceret, respondisse fertur, se amicum quidem ejus esse, sed non nisi ad Aras: *Amicus usque ad aras:* & tamen ob hoc responsum Periclem non laude, sed vituperio dignum judicat Plutarchus, quod scilicet nimium amico prostituisse: *usque ad aras? usque ad aras? Ab maleferiatum,* inquit, *nimis propè accesserat;* quantum enim mali permisisse credendus est amico, qui ei libertatem fecit, petendi sacrilegium? Percipite ergo, quod dico: Terminus amicitiae non ara ipsa, quod nimium foret, statuenda est, sed propyleum Templi, ut scilicet familiaribus vestris non sit animus vos tentandi, utque omnes probe norint, majoris vos facere Deum, quam ipsos: secus enim nobilissimo vestro amico, qualis est DEUS, palmarem summamque injuriam irrogatis.

XII. Quam enim fronte ante ejus conspectum vestris in arumnis comparere audetis, quem tam delicato gravissima injuriae sensu irritastis? Ite, reponent vobis, sinite, opulentur vobis amici vestri; ad illos recurrite, quos mihi praefere magisque aestimare praesumpstis! illi, illi vos mortis nunc faucibus eripiant; illi sanitatem restituant; illi in Paradisum vos deducant; illi ex inferni barathro, vos extrahant; *ubi sunt Dei vestri, in quibus habebatis fiduciam?* eja, alacriter!

Deuter.  
33.37.

*surgant, & opulentur vobis, surgant, & liberent vos.* Vos autem Christiani, quid respondebitis? sperastisne, illos forsan amicos vobis apud Deum patrocinaturos, in quorum gratiam illum offendistis? Quin potius primi erunt, qui contra vos insurgent, vos confundent, & accusabunt. Narrat sacra pagina, Absaloni, ab exercitu Joabi victo, ac triumphato, turpique fugâ ac laxatis habenis per silvam densissimam effuso, triste infortunium accidisse; implicita enim arboris ramis, flante vento dispersa casaries, conterritum sonipedem ad velociorem cursum concitavit, hero interim miserandum in modum ex arbore pendulo, cui nec capillos rescindere, nec sese extricare amplius licebat: cum ecce miles inimicus hoc spectaculo territus; cursu prapete & concitato Joabum de lugubri casu edocuit, qui audito hoc nuntio, occur ergo, inquit, ensis pendentis pectori non immerisisti? decem certe siclorum premium a me tulisses, Absit a me, respondit miles, tanta temeritas! cisi millenos insuper spondidisses, Absaloni ego nec tactu minimo violassem, quem regis Imperia incolumem servari voluerunt: quod si ego temerarius magis, quam mandati Regij reverens, & praecipuus magis quam cautus fuissim, non solum Regiam indignationem incurrissem, sed tu ipse, vel solatij, vel adulationis causâ more Aulicis antiquissimo, inter primos fortè Regis in me furorem concitastis: *sed etsi fecissem contra animam meam audacter, nequaquam hoc regem*

Terem.  
2.28.  
3.Reg.  
18.31.

gem

*gem latere potuisset, & tu staves ex adverso.* O quam benè, quam sapienter ad sese extricandum gregarius iste locutus est! Tu ipse, qui ad hoc me facinus audendum animas, tu ipse tuam sententiã velut veniã indignum damnares, meque temerarium, impudentem, sacrilegum, scelestum proclamares, furcã & laqueo adjudicares, & staves ex adverso.

XIII. Hoc ipsum est, Auditores, quod tacitè saltè cogitandum vobis est, si contubernalis vester aut blanditiis vos invitat, aut in sceleris societatem trahere conatur: nolite confidere, nolite credere, sed certò vobis persuadeto, vos ante Divinum tribunal nullum accusatorem magis implacabilem, nec adversarium magis infestum, quàm hunc ipsum experturos. Invitat ille te hodie amici instar ad spectandam comediã obscenam & honestati contrariam; *mox stabit ex adverso*, dicetque, te propriã & immoderatã libidine ductum ad similia spectacula exarxisse. Allicit te ad designandum secum scelus infandum; *stabit ex adverso*, dicetque, te juvenili abreptum desiderio occasionem spontè dedisse, & obscenis amoribus implicuisse. Animat te ille, ut contractum iniquum ac prohibitum inecas: *mox stabit ex adverso*, dicetque te avaritiã insatiabili ansam sceleri præbuisse. Ad summam, quantum poterit, primus omnium culpam ubique in te solùm exonerabit. Et ab iis, quos sceleratos, perfidos & proditores agnoscis, ad Dei offensam te trahi patieris: O cecitatem, amentiam, stoliditatem,

quibus quæso, meritis, quo titulo, quã ratione pessimi hi amici tantum apud te possint, ut in eorum gratiam DEO tergum obvertas, ad quem solum, in extremo aliquando vitæ ac salutis discrimine constitutus, recurrere debes.

XIV. Videtisne Auditores; Christum è cruce pendentem, faucium, & vulneratum? Vagamini, quò libet; hic tandem sistere necesse erit: veniet hora, cum malis oppressi, derelicti à medicis, nil aliud de vita hac mortali reliquum habebimus, quàm penitentis animi dolorem, quod eandè pessimè impenderimus. Et quis tunc amicorum in vestrum solatium accurret? illorum fortè aliquis, qui locum in testamento sperat: de reliquo ingens circa vos erit solitudo; squalor cubilis ingrato pharmacorum odore infecti factor carnis putrida, gravisque anhelitus pientissimas etiam personas à lectulo vestro arcebit: parvula tantum Christi pendentis effigies in manibus vestris hærebit, qui tantis in sordibus non horrebit, vel tangi à vobis, vel disfluviari. Sed quis nobis tunc animi sensus erit, si mens malè conscia de tanto in eam usque horam DEI contemptu nos accuset? quæ angustia, qui dolores, qui fremitus nos occupabunt, cum videbimus, nos undequaque desertos, nec aliã nobis spem aut solatium superesse, quàm in Deo? & tamen vel inviti cogemur dicere: Ego te DEUS despexi, tibiq; displicere non horruï, ut ingratis mortalibus placerem! Tunc enim verò saltè inducias unius anni, unius anni exorabimus

mus, ut palàm facere omnibus possimus, nulli nobis ampliùs curà esse amicos mortales. O quot concipiemus laude digna proposita, quot pia vota: sed heu attingimus horam fatalem, jam supremus lentè meat anhelitus, moriendum est. Perpendite, quæso, quàm fronte, quàm animi verecundià ac rubore, quo doloris sensu Numen offensum intuituri simus: & faxit Deus, ne subito furore correpti, atque ab humani generis inimico in desperationis baratrum præcipitati, damnemur. Et quomodo pericula tam horrenda licebit evadere? Ecce in promptu remedium! firmissimo hodie & inviolabili decreto statuamus, Deum

intimi deinceps, & dilectissimi amici loco habere: amemus parentes, sed infrà DEUM; diligamus Sodales, sed minùs DEO; observemus Superiores ac Dominos, sed magis DEUM, nec erubescamus, contra quosunque, qui DEO contraria suadent, libero ore ac fronte protestari: *DEUS meus, in Te confido, non erubescam.* Quis enim agrè ferat, si postponatur illi, qui nos creavit, redemit, atque aeternum beatos efficit? & sit licet, quem hoc animi nostri propositum offendat, hac ipsa ex causa, velut affectu nostro indignus, ex amicorum numero excludi meretur.

## SERMO TERTIVS.

### DIE VENERIS POST CINERES.

*Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros.*

Matth. 5.

I.  Int infinita grates sancto & supremo Ecclesie Præsuli Gregorio, qui peracutè advertit, Christum Piscatores ad Apostolatum vocasse, cum retia & sagenas in undas projicerent, non verò cum easdem attraherent, *mittentes retia*, ut discat Orator Evangelicus muneris sui ac debiti esse, non reipsà lucrari animas, sed omnem conatum eò dirigere, ut finem tam excessum

consequatur: laxanda sunt Verbi Divini retia in Auditorum animos, esto quòd arduus labor fatiget, aut frons sudore diffluat; an verò peccatores astutorum, piscium instar, aut insidias evitent, aut è plagularum sinuosis anfractibus sese expediant; id enim verò minimè illum angat, necesse est, sed Auditorum arbitrio permitendum: infelix Orator successu sinistro turbari non debet, sed eà se spe ac cogitatione solari, quòd unusquisque mercedem labori, non verò fructui com-

1. Cor. 3. 18. commensuratum accipiet: *Unusquisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem*, inquit Apostolus, non secundum suum fructum.

Iona 1.

Certè hoc fuit, Auditores, quo ad suggestum hunc conscendendum induci me passus sum, fugam aliàs exemplo Ionæ capessiturus, à facie Domini, eo solùm discrimine, quod ille fugerit metu compulsus, ne homines converterentur, ego verò timore adactus, ne oblinati in malitia perdurarent. Sed quid inutiles moras traho? urget enim me DEI mandatum, ut Ejus loco ac nomine denuntiem atque imperem vobis, pacem cum inimicis servare, condonare offensas, & injurias remittere: *diligite inimicos vestros*. Tantùmne de vobis mihi hodie ausim promittere, ut me id obtenturum credam? clamare quidem potero lasso anhelitu ad ravim & sudorem usque, sed quo effectu aut fructu tractandus enim est affectus animi tam ferox, qui nec rationes aestimet, nec sequatur consilia, nec preces moretur, ferocientis instar aspidis, quæ aures ad vocem incantatoris obturat, ne lethalem aculeum figere prohibeatur: meritò ergo dubio locus relinquatur, an absque exultationis & honoris mei jacturâ hinc discessurus sim. Ex parte altera adduci non possum, ut credam, homines tantæ sagacitatis & sapientiæ, qualem in vobis suspicio, eò furoris impetu abripi se passuros, ut dedignentur audire Oratorem, qui alium sibi finem præfixum non habet, quàm vestrum interesse & salutem. Quæ cum ita sunt,

quid tandem à me expectatis? venire me forsan creditis hac horâ, & in pulpito comparere, ut in favorem inimicorum vestrorum perorem? absit id procul à me, nec enim vos vel agnosco, vel magnifacio, neque vos hæcenus malè de me meriti estis, ut eorum, qui in vos injuriosi fuerunt, aut protectorem agam, aut Advocatû: infelices illi, & malè feriat non nisi laqueo digni sunt, qui illis gulam suffocet, dum personas tot titulis claras, quales vos veneror, tam protervè laceffere ausi sunt: unde si merita & temeritatem eorum attenderem, primus omnium ego forem, qui vestrum in illos odium irritarem, ipsisque graviora omnia imprecarer, quàm à vobismet metuere possent, aut expectare. Verùm, quod unice me angit, est ardentissimum studiû salutis vestræ, hæc est, quæ me ad dicendum impellit; hæc est, quæ stimulos mihi admoveat, ut maximâ viriam ac vocis contentione hodie verba facere proponam; video enim, ah video inexplicabilem malorum cumulum, & gravissima damna, quæ vobis imminet, si indomito affectui fræna laxatis, cæcæque & inconsulto impetu, vestram in adversarios indignationem effunditis. Id ergo solùm honoris à vobis expecto ac rogo, ut, si vera dixerò, benevolè me audiat: tum verò, quod lubitum fuerit, decernite.

II. Non me latet, Auditores, affectus animi, quos passiones appellant, intellectus aciem adeò obfuscare, ut, velut in Cimmeriis tenebris, aut nocte intempesta, bonum à malo discernere

cernere non possit; *conturbatus est in ira oculus meus*, dicebat David; *caligavit ab indignatione oculus meus*, Jobus clamabat, pressius ad hoc alludit Apostolus, dum dixit: *Sol non occidat super iracundiam vestram*: id est, *Sol non occidat*, ut interpretatur D. Thom. *non obtenebretur dictamen rationis*.

Certe si vel unicus ac tenuis tam ameni folis radius in mente vestra reliquus foret, clarè videretis, vos longè plus mali vobis ipsis accersere per vindictam, quàm emolumenti vestris amulis accrescat per veniam: esto enim, eam à vestra benevolentia non difficulter obtineant, non obtinebunt tamen ab inquietæ conscientie moribus & animi furis, qui sunt domestici tortores cujusvis scelerati; fugiant, quò lubet, nunquam vindices eorum manus effugient, & vel in hac, vel in altera vita illatæ vobis injuriæ majores longè pœnas dabunt, quàm quas à vobis pati possent aut expectare. Econtrariò si vindictam sumere, decretum vobis est, quas non miseras, quæ damna incurreretis? constat, iracundiam inter omnes animi affectus esse maximè cæcā & præcipitem; *Ira furor brevis est*: quisquis illa agitatur, nihil operatur prudenter, omnia temerariè, nihil illi videtur arduum, nihil periculolum; plana ac tuta sibi fingit omnia, omnesque eventus sibi faventes ac propitios credit, nec considerat, sæpius accidere, ut concidat victus, qui se victorem sperabat. Iram non immeritò cani comparavit Aristoteles, hic enim, si observatis, vix ad domus limina pulsantem percipit, cum subito

illum terret latratu, mox incallescens accurrit ad ostium, ut in accedentem insiliat, nescius, sintne pauci an plures, robusti an imbecilles, armati an inermes, quos aggredi parat; unde sæpius reverti cogitur demissa ac faucia cervice, id quod minimè ei eveniret, si furori suo moderari nōset, & Antagonistæ sui vires prius exploraret, ac tum demum vel latratu eum lacefferet, vel morfu infestaret. Idem accidit homini irato, qui canis instar improvidi in quemvis temerè insilit, nec prius, uti oporteret, periculi, cui se exponit, magnitudinem perpendit, nec suas, nec alienas vires ponderat; unde dum parat offendere, retrocedit offensus, dumq; ulcisci cogitat veteres injurias, accipit novas. Et quo, obsecro, sponse scitis, feliciori vos sorte usuros? demus enim, vos ad extremos usque Indos & Garamantas inimicum ejicere, nunquid supersunt alij, qui partes agant ejecti? rarò vindicta ad votum plenè succedit: extinxisti forsitan inimicum; sed ejus familiam & fautores adversum te suscitasti, atque uno cadente, centum fortè alij in tuam perniciem resurgent. O quantos est numerare, quos vindictæ poenituit! quantos, quibus doluit, fuisse victores! *Quoties poenituit defensionis!* exclamat Tertullianus: putabant se victoriâ securitatem sibi peperisse, sed non adverterunt incauti, se unum duntaxat Hydræ caput demessuisse, novo indies periculorum incremento. O quàm molesta ac tædio plenissima vitâ duccenda est, dum quietè ac pacificè cum uno solum homine vivere recusas!

Opor-

De Poenitentia.

Horat. l. 1.  
Ep. 2.

Oportet, carere intimis non raro amicis, sequi omnibus illis offensum ostendere, qui inimicum sanguinis propinquitate vel familiari consuetudine contingunt; abstinentiam honestis animi relaxationibus, ut eorum consortium fugiatur; quorum societatem adversarius frequentat, perdenda propemodum libertas, dum non licet ire, quod lubet, sed praemittendi identidem exploratores, ut constet, quinam ibi sint, fuerint, aut eò venturi sint: omnis aspectus novam suspicionem movet; quivis armorum strepitus timorem exacuit; cibum omnem latens fraudulentè toxicum reddit suspectum; omnem deambulationem locatè alicubi insidiae impediunt; somnus ipse periculosus est, & traditores sub lectuli sponda timentur: optimi proventus ac redditus expendendi sunt in servos, qui defendant; in exploratores, qui inferrent; in sicarios, qui insidiant; in pascendis illis stomachis, qui non nisi plumbo & pulvere nitrato pascuntur, parandis, dicam, sclopetis & bombardis ignivomis, *quae nunquam dicunt, sufficit.* Et nunquid in dies videmus, infaustis hisce odiis illustres extingui familias, nobilissimas vastari parentelas, pinguisima patrimonialia exhauriri? Et quomodo vitam vivere potestis tam miserandam, damno vestro certissimo & gravissimo, lucro omnino modico & dubio? Edicite, obsecro, edicite! jam enim abundè vobis perspectum esse arbitror, me non favere inimicis, sed eorum duntaxat, qui sanguine vobis aut amicitia proxime juncti sunt, imò

vestram ipsorum causam unice tueri.

III. Unum è duobus respondendum vobis superest: Primum, paratos vos esse, perdere omnia amore vindictae. Sed, pace vestra dixerim, en, solem rationis in vobis extinctum, *sol occidit, occidit!* O mentis inopiam! O insipientiam! nonne hoc est amentiae singularis, qualis, teste Plinio olim fuit Drusi Tribuni plebis, qui ut Quinto Cepioni amulo suo noceret, audite, quaeso, quid egerit: ferentis caprae sanguinem hausit, pestiferum non minus, quam haustu ingratum, ut sic venenum ac mortem, quam ipse praebiberat, amulo afflaret. Nunquid haec est stultitia consummata, & conclamata phrenesis, ut ait Chrysolomus: *quid stultius, quam remetipsum militare, dum se de altero credis ultione sumere.* Alterum est, si dicatis, eam esse vestram conditionem, ut nihil vobis amplius perdendum super sit, vos esse omni curâ solutos, & solos, non habere vos emolumentum, cujus amittendi metus vos retineat, nec familiam, cui providere necesse sit; sublato, aut saltem oppresso amulo, non superesse, quem timeatis. Sed mitius, quaeso, ista ac parcius; si enim ita ratiocinamini, ignoscite, si dicam, non tantum ad vesperascere, & ad occasum properare solem vestrae rationis, sed altissimam vobis, & intempestam noctem incumbere. *Me ergo non timebitis, dicit dominus?* Si alius nemo superest, quem timeatis, nunquid DEUM agnoscitis, quem formidatis? O si nossetis, quam gravem DEO injuriam

*Homil. de simili. & ira Duceo interprete.*

*Jerem. 5. 22.*

irro-



irrogetis, cum privatam de hostibus vestris vindictam sumitis, mihi credite, tam largas furori vestro habenas nequaquam laxaretis!

IV. Ponite vobis ob oculos Principem, potentiam & pietate conspicuum, qui ad demonstrandam animi sui propensionem, subdito suo in hunc modum loquatur: Pactum tecum statuer animus est, amice, ausculta igitur, & benevolam mihi aurem præbe: edictum per omnes, quibus impero, status promulgabo, ut, quicumque demum injuriam tibi inferre præsumferit, læsæ Majestatis reus habeatur: non aliter in illum, quam si in meam personam injurius fuisset, animadverti jubebō; omnes injurias, contemptus ac despectus, qui ubi fiunt, tanquam meos interpretabor & ulciscar, eā tamen conditione & pacto, ut jus ultionis & vindictæ mihi soli cedas; ego tuas injurias veluti mihi illatas accipiam, & velut proprias vindicabo. Edicite Auditores, si vili & abiecto suo vasallo hunc in modum Princeps loqueretur, nunquid summo id sibi honori duceret subditus? quod si is conditionem istam, tanquam nimium gravem ac onerosam, respueret, nunquid stulti, barbari & inhumani hominis notam sibi inureret? an impudens hic servus tam benigni Principis gratiam aut benignum obtutum mereretur? an non indignus esset, ullam personæ suæ rationem haberi? quin an non dignissimus foret, quem Princeps procul à conspectu facessere juberet, & non tantum ab æmulorum insultu non defenderet, protegeretque, sed atrocissimè

persequeretur? Ipsissimus hic casus est, in quo versamur. Universali lege DEUS cavit, omnem injuriam homini illatam, non aliter accipiendam, quam si DEO ipsi facta esset: *Benignissimus & piissimus Dominus, ait Salvianus, cum servis suis communem sibi & honorem, & contumeliam facit, ne quis, cum DEI servum ledit, hominem tantum à se ledi arbitretur.* Nemo ergo nos offendit, quin DEUM offendat, neque unquam delinquitur in proximum, quin delinquatur in DEUM: *Qui vos spernit, me spernit.* Hoc cum ita sit, patet, non potuisse DEUM majus sui erga hominem amoris argumentum exhibere. Verum sicut contumelias nobis illatas velut suas interpretatur, ita pariter totum jus vindictæ sibi postulat relinquit: *mibi vindictam, & ego retribuam.*

An non ergo bilem DEO & stomachum movemus, si legem hanc, velut iniquam, aut nimis arduam repudiamus? an enim hoc pacto commodis nostris obfuit? an intolerabile jugum imposuit, aut damnum nobis intulit? necesse omnino est, nos alterutrum ex duobus fateri, DEUM scilicet aut non posse nos ab inferenda injuria tueri, aut nolle illatas ulcisci. Sed quis tam stolidè deliret, ut hoc sentire vel dicere præsumat? percontemur D. Ioannem Chrysostomum, & audiemus, DEUM usque ad eò delicatum habere nostrarum injuriarum sensum, ut facilius ferat suas, quam ut nostras, dissimulet: *Sapè enim mos est DEO, ut dimittat qua in se peccata fuerint, in Gen. verum qua in proximum, ea maxima exqui-*

ad Hebr.  
10.50.

*exquirat severitate.* Duplici & palmari scelere se obstrinxit quondam Cainus, primò in DEUM, dum sacrificium illi debitum impiè contaminavit; altero in fratrem, dum invidiæ stimulis agitated vitam ei eripuit: quis non DEUM, ob primi delicti enormitatem, magis implacabilem futurum autumasset? primum enim id in mundo scelus erat, virtuti religionis adversum, & proinde poenâ memorabili castigari merebatur, ut divini cultûs & nominis majestati consuleretur; & tamen, ait D. Chrysostomus, audite, quàm clementer DEUS, quàm leviter in illud animadvertit? totum supplicium intra unius exprobrationis limites stetit: *Peccasti*; nec punivit illum ut Judex, sed ut amicus corripuit. Quamprimum autem Cainus in Abellem deliquit, hic enim verò furorem suum haud continuit, maledixit scelesto, è conspectu atque oculis parricidam fugavit, silvarum abditis conclusit, terroribus persecutus est, nec ullam ei per reliquos vitæ annos requiem indulxit, animo ejus tot furiis agitato, quot vel de die cogitationes, vel noctu somnia concepit. Et cuiquam adhuc animus sit, vel suspicandi quidem, injurias nobis illatas, DEO cordi non esse? cur non ergo omnes nostras causas justissimo DEI judicio decidendas committimus? cur, vilissima licet mancipia, debitam supremo Domino auctoritatem nobis arrogamus? nunquid hoc est divino tribunali rebelles fieri, ejusque forum repudiare? *Et quem honorem litabimus DEO, si nobis arbitrium defensionis* R. P. Segneri *Quadragesimale.*

*arrogaverimus?* inquit Tertullianus. Si nos ipsos offensus nostrarum Iudices constituimus, si progressum formamus, si sententiâ latâ decernimus, si executioni Iustitiæ manu nostra litamus, quid DEO reliquum est quàm otiosum dissensionum nostrarum spectatorem sedere? qui solus noster judex sine ullo appellationis remedio esse deberet. Frustrâ igitur vobis ingemino illud Psaltis Regij; *DEUS ultionum Dominus: DEUS ultionum Dominus*; neque enim talem vos Eum agnoscitis, dum iudicandi libertatem illi negatis: *DEUS ultionem liberè egit*, nec patitur telum sibi è manibus eripi, ut vos ad libitum illud intorqueatis. O quàm acerbè hunc sui contemptum sentiet! regalia enim sibi usurpare, & supremi Domini jura involare, est delicatissimi apud Principes sensûs. Videtis igitur totum lucri compendium, quod ex vindictæ desiderio in vos redundat: si enim Divino vos judicio submitteretis, DEUS vestrarum partium tutelam sulciperet, & vindictam sumeret de inimicis vestris; cum verò hanc vobis ipsis potestatem temerè arrogatis, DEUS de vobis gravissimam vindictam sumet. Eligite ergo, quod placuerit: vultisne DEUM vestram adversus æmulos causam tueri? an verò experiri adversariû, & inimicos vestros tutari? maturo consilio rem perpendite, alterutrum necessariò est eligendum. Itane verò omnis consilij & rationis expertes eritis, ut timeatis homines habere adversarios, omni quo studio in eorum ruinam incumbatis.

E

nec

nec tamen formidetis adversarium habere DEUM, illumque irritare non horreatis? *Quis tu*, DEUS ipse per *Isaiam* loquitur, *ut timeas ab homine mortali, & oblitus es Domini factoris tui?*

V. Facile prævideo excusationes quas adducere paratis: actum scilicet est, dicitis, de honore vestro, si vindictam negligitis; decet enim, ut offendar, qui offensus est; inferior adversario suo censeatur, qui inultus injuriam patitur, & à Superiore vindictæ subsidium petit. Enimverò grandem oppositionem! quin maximam, non negaverim. Sed ego vobis cumprimis gratulor, Auditores, si hæc prima est actio, quæ honoris vestri integritatem læsistis: quasi verò non magis indecorum ac turpe sit, Virum equestrem, eumque conjugij vinculis adstrictum, obscenissima frequentare lupanaria; actoris munere infamibus in theatris perfungi? mercedem operariis debitam annis integris morari? tantam in verbis, factisque fallaciam præ se ferre? proprii commodi, modicique lucelli studio personis longè inferioribus palpum facere, & turpiter adulari innocentes ex livore & invidia calumniis onerare? bonum alterius malignè intervertere? nam igitur præclaros honoris vestri custodes! dum non erubescitis, tot turpissimas actiones in animæ vestre perniciem admittere, nunc verò religioni vobis ducatis, vel unicam in summum ejus lucrum operari? Sed unde, quæso, tantum honoris vestri præjudicium aut jacturam evincitis? quasi verò non potius habenda

sit fides Salomonis, qui illud honorificum esse asseverat? *Honor est homini, qui separat se a contentione.* 3. Constat personas etiam nobilissimas, fructu vindictæ desiderio, veniam offendentibus dedisse, quin ullam, ipso etiam mundo teste, natalium aut honoris sui maculam passi sint; cur ergo eorum exempla sequi dedignabimur! an infames dicemus Basilios, infames Nazianzenos, Athanasios, Chrysostomos, qui exempla veniæ tam memoranda reliquerunt? Tantæ mansuetudinis erat Gerardus Canodix Archiepiscopus, ut, cum saxis à populo impeteretur, paternè illi benediceret: num infamis propterea haberi mereatur Ambrosius Archiepiscopus Mediolanensis victum & alimenta longo tempore subministravit perfido traditori, qui vitæ illius insidias struxerat: num tantæ pietati, infamiæ notâ inuremus? Achatus Amidæ Antistes tantæ fuit clementiæ, ut ad sustentandos quosdã gentiles, qui ei protervè illuserant, nec vasis sacris pepercerit; an & iste in infamium numero collocandus? Hos si infames censetis, censendus etiam erit Carolomannus Princeps, qui colapho percussus, nihil asperius in percussorem statuit, sed eum blandè compellavit. Infamis erit Leo, infamis Zacharias, Infamis Alexander, singuli totius Christiani populi suprema capita, quorum unus inimicum servavit in vita, alter ditavit opibus, tertius dignitates adjecit. Quid ad hæc respondetis? an hi omnes infamium catalogo adscribendi, quod neglectis mundi legibus Christi doctrinam secuti sint?

vos ipsos in hac causa iudices appello. Fingite, hos omnes, quos memoravi inimicis suis veniam negasse, in ipsorum perniciem & internecionem jurasse, propriâ ipsos manu jugulasse; an ob id majori in pretio habendos existimatis? dicite, num eos gloriâ digniores judicaretis, si manus sanguine inquinatas monstrarent, ut barbari Brasiliæ affolent, quàm si animos odij puros ostentent, ut decet Christianos? Verùm cur argumenta mea non eluditis? dicendo: omnes eas personas fuisse sacras, & Ecclesiæ obsequiis consecratas, atque ad eò pro illis minimè militare rationes, quæ vobis patrocinantur: quasi verò, qui Aris interviunt, non per æquè homines vobis similes sunt, suiq; honoris & existimationis rationem habere non debeant. Wenceslaum ergo, profanum Bohemiæ Ducem considerate, quem ad mortem usque persecutus est Boleslaus, sanguine quidem, sed nec religione, nec moribus Ducis Germanus, in quem cum iusto supplicio veluti Princeps animadvertere læpius potuisset, magis tamen eum clementiâ & humanitate delinire studuit, quàm carcere & suppliciis domare; incassum tamen omnia; cum enim de nocte solus pro more à Templo redit, habitu potiùs pœnitentis Eremitæ incola: quàm Principis Majestati conveniente, eluctatus ex insidiis Boleslaus, stricto eum ferro aggreditur; primum quidem ictum dextrimè Wenceslaus eludit, & licet armis instructus non esset, inimicū tamen stringit à tergo, mox terræ al-

lissimum sternit, & incredibili robore enses à manibus extorquet. O factum perbene! Ecce reum ad innocentis pedes! Quid modò Wenceslaus, strictum vibranti gladium, agendum? eja, decernite! Nisi mavelit honoris jacturam pati, nunquid nocentis pectori immergendus est ensis? an purus à sanguine servandus? dicam ingenuè, quid fecerit, erectus cum fratre in pedes, sic allocutus est traditorem: ego, tametsi à te offensus; omni tamen te metu libero, id unum memori mente repono, præstare mori Abelis instar, quàm vivere similem Caino; si tamen Cainum potiùs imitari placet, effunde iram infelix, satia te, & inebriare sanguine, quem sitis; ecce tibi ferrum restituo, ne tam dirâ voluptate te privem; dixit, projecit enses ad talos; lentoq; & ad majestatem composito gressu discessit, relicto fratre non tam præ rubore, quàm formidine factiq; novitate attonito. Sed fingamus, Wenceslaum partem oppositam elegisse, fingamus, dum subjectum pietati suæ perfidum fratrem teneret, enses in pectus defixisse, aut jugulum secuisse, aut saltem armatâ manu immisâ, constrictum vinculis carceri mancipasse, ac profundâ turri sepulcrum tenuisse, an gloriosorem futurum existimatis, quàm fuit, dum unâ cum ferro libertatem ei restituit? non me latet quidem, hanc ei pietatem vitæ dispendio stetit, quantumvis enim frater barbarus & immanis placatum se fingeret & pœnitentem, non multò tamen post tempore, furis infernalibus agitatus, destinatum ani-

mo parricidium complevit. Nunquid adhuc Wenceslaus inter infames censendus est, dum potius elegit, cum suo periculo veniam largiri inimico, quam iustâ vindictâ securitati suæ consulere? eja, quid respondetis? non equidem crediderim; frontem vobis aded perfrectam & protervam esse, ut, vindictæ cupiditate obcecatis, tam stultum iudicium feratis: quod si dicere fortè sustineatis, similes viros Divino quidem iudicio ab infamia absolvi, ex mundi tamen sensu imbelles & effeminatos habendos esse; non obfisto quidem, sed vos ipsos appello, num honor, tam corrupto iudicio nixus, tam gloriosæ possit infamix æquiparari? quis enim cum tam præclaris viris infamis haberi dedignetur? eligant sibi alii gloriam cum Adonibezeco, Abimelecho, & Roboamo, qui crudelitatis monstra dicebantur; ego sanè eorum forte contentus sum, qui exemplum mansuetudinis erant; cum iis non horreo infamix notam: cum iis gaudeo infamis & dici, & haberi; novi enim perbenè: *quod hominibus altum est, abominatio est ante DEUM.* Et cuius auctoris esse creditis sententiam, quam allegavi; moderni, an veteris cuiusdam Doctoris? neutiquam; sed ipsius est Christi: qui dubitat, Divi Lucæ caput sextum decimum consulat, & suis met illam oculis usurpet. An plura adhuc intensati poseimus? circumspicite, quæso; quid illud sit, quod cum tanta hominum strage passim ambitur & queritur, dum cupiunt, inimicis dominari, eos prosternere, & subju-

Luc. 16.

gare, hæc enim, quæ juxta linguam stultorum mundi, gloria dicitur, in DEI oculis mera est abominatio. *Quod hominibus altum est, abominatio est ante DEUM.* An talem vos gloriam ambitis? lubens ego eam vobis cedo; tene illam, & frui mini: ego infamis esse eligo; *vilior sum, quam factus sum*, modò infamis sim cum sequacibus DEI mei: *melius est, verba sunt Salomonis planè divina, humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis.*

2. Reg.  
22.

Prov. 1.  
10.

VI. Quanquam nec hanc, quam speratis, gloriam concedere vobis plenè possim, tamen si enim qui veniam inimicis largitur, apud nonnullos aliquam famæ jaeturam patiat, nunquid qui se barbarè vindicat, apud plures alios honoris sui maculam contrahit? quotquot enim sapientiores sunt, & saniori iudicio pollent, inter Politicos quidem, ut appellant, cum numerant, sed unâ sanguinolentum, furibundum, & bestialem dicunt; iram vestram muliebrem magis, quam masculam appellant, dum post tot officia vobis præstita, post tot rationum proposita momenta, tantum generosi sanguinis vobis non est, ut condonatâ liberaliter injuriâ cum inimico in gratiam rediretis, prout fecit cum Saule David, cum Cinna Octavianus, Philippus cum Nicanore, cum Catone Murena, & Cæsar cum Marcello: dicent, vos viperis & vespis esse similes, quæ pungunt, à quo punguntur. Hoc si vobis gloriæ vertitis, aequali laude digna erunt animalcula, maximè timida, quæ sensum iræ habere

habere solent magis delicatum. Quod si igitur æquè ignominiosum est apud probos & sapientes, sumere vindictam, quàm apud stultos & impios, condonare offensam; nunquid præstat vos ab insanâ plebe, quàm à sensatis & prudentibus contemni? dixi plebem insanam; qui enim tandem sunt ij, à quibus impropria timetis? an Constantini, Justiniani, Theodosii, quos Christianorum Lycurgos appellare merito possumus? sed illi nihil in eos, qui veniam inimicis generosè indulgent, statuerunt; probè enim inclyti hi viri noverant, quidquid honestum est, illud peræquè honorificum esse. Illi ergo, qui vobis formidinem incutiunt, certè alij non sunt, quàm homines effrontes, semipagani, idololatæ, & Athei; superbi criminatores Evangelij, quod tamen profitentur. Ecce quo eos loco habeat gentium Apostolus, primâ ad Timotheum Epistolâ; qui non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri JESU Christi, & ei, qua secundum pietatem est doctrina, superbus est, nihil sciens. En superbos, ignorantés, ambitiosos nominat! & horum judicium, veluti vitæ regulam, vos adoratis? laudes vestras ab ipsis queritis? ab his mercedem speratis?

VII. Quod si hisce rationibus necdum convicti etiamnum creditis ignominiosum esse condonare, gloriosum verò ulcisci injuriam; permittam id vobis sit ita, ut opinamini; quid porò concluditis? num obedire divinis Christi imperiis detractabatis? Necesse enim verò est, cervicem in-

stectere; Deoque sacrificare ambitionis insanæ, & vanitatis affectum. Sed hac ratione delicatum illud honoris vestri punctum periclitatur: periclitetur sanè, hæc sola vobis patet ad Paradisum via; aspera quidem illa, difficilis & confragosa, non negaverim! sed quid tandem? an ulli unquam via floribus & rosis conspersa illuc obtingit? nunquid omnes potius per spinarum aculeos eò eluctati sunt? *Delicati mei ambulaverunt vias asperas;* vox DEI est per Prophetam Baruch. *Baruch. 4. 26.* Aspicite cœlites utriusque sexus, maxime delicatos, & delicatas; ah quotramite cœlos petierunt? horrore concutior aspectu solo: ut illuc Lidvina pertingeret, triginta octo annorum spatio summos inter dolores lecto hæsit affixa, dissoluta paralyti, convulsionibus contrita consumpta gangrænis, renum doloribus cruciata, viva mortis imago: *Ambulavit vias asperas.* Ut illuc perveniret Britius, toleranda ei erat infamis dejectio à summo gradu dignitatis Episcopalis, non nisi per contumeliam extorta: *ambulavit vias asperas.* Ut lauream arriperet Godoleva, mancipium egit patientissimum, gemens sub capistro mariti omni humanitate exuti: *ambulavit vias asperas.* Tiburtius ut illuc avolaret, accensis inambulavit carbonibus; Vincentius candentes laminas supinas sustinuit, Theodoretus liquatum plumbum hausit, Clemens Ancyranus octo & viginti annis unclinos & equuleos; bitumen & faces, ac securium carnificinam toleravit: *Delicati mei ambulaverunt vias asperas.*

Neque id consilij tantum, aut supererogationis, sed debiti & obligationis opus fuisse existimetis; si enim tortoribus inelamassent, parcite, tanti paradisum non placet emere! certe non jam cum mentibus angelicis exultarent, sed fremerent cum damnatis. An ergo res tanti vobis momenti videtur, cælum mundani honoris levi dispendio comparare? Sed credet mundus, vos à vindicta non virtutis amore, sed virium defectu & animi vilitate desistere! credat sanè hoc mundus, quid interest? nunquid æternum caduco ac temporaneo meretur comparari? *In patientia vestra possidebitis animas vestras.*

VIII. Sed antequam ad perorandum me accingam, argumentum unicum finite vobis proponam, cui cupio responsum dari, quodque unà velut aculeum in cordibus vestris relinquam. Ad cum adducti estis articulum, ut unum à vobis eligendum sit, aut vestri vos honoris dispendium pati, aut DEUM sui: si vindictam negligitis, contemnet vos mundus, si vos ulciscimini, DEUS à vobis contemnitur: quodnam è duobus magis conveniens videtur, vestrum honorem pessumdari, an Divinum? Asequor nisi fallor, mentem vestram: patiat, dicitis, Divinus honor; salva & integra stet fama nostra! optimè statuitis, nil quod adjungam, superest dixi. O dignissime miseratione Redemptor! cur, quaeso, tantum inutilis laboris ad lassitudinem usque insumpsisti, obsecrando, insinuando, iteratò commendando, ut ex tuò amore

inimicis veniam demus? *Ego autem dico vobis, Ego autem dico vobis.* Ah, facesse cum illo, ego dico; quin optarem, pace tuà dixerim, nunquam hoc tibi è labris excidisse. An speras, nos voluntati tuæ cessuros, subscripuros mandatis, parituros jussis? an sopienda credis odia, & gladios vaginae reddendos? an cessabunt propterea homines, ruere in vindictam, in injurias, in ferrum, sanguinem, vulnera, mortem? Abiste, quaeso, ingeminare: *Ego*; tui enim Christiani plures faciunt vel tantillum honoris tui, quam omnia tua desideria, consilia, imperia. Nonne vides impleri illud Jeremiae? *Ecce verbum Domini Jerem. 5. factum est eis in opprobrium, & non suscipient illud.* Tace, obsecro, deinceps, mi JESU; aliàs recedes confusus, seque contra te erigent universi, insultabunt Tibi, & dicent, dura, factuque nimis difficilia, quin infamia & inhonora tua esse imperia. Ecquid eorum criminationi oppones? an os oppilabis solo illo: *Ego dixi*, fuit hæc quondam antiquorum jaçantia, ut unicum illud: *ipse dixit*, ad omnia contra Pythagoræ doctrinam emissa tela redundanda sufficeret: te verò tanti non faciunt; nobiles nostri meliùs intelligunt honoris punctum, quam Tu; Tu in stabulo natus, educatus in officina lignaria, & si id ausim dicere, nostri amore in crucis patibulo mortuus, & vituperijs confectus, quid punctum honoris sit, non intelligis. O Christiani! cor mihi rumpitur, zelo dicam, an tantæ impudentiæ abominatione! progredi ultrà

ultra haud possum. An & vos ex eorum numero esse vultis, qui Christum tam profligatè confundunt? an & vos patiemini, ut Servator noster ita contemptus, depectus & pudore suffusus recedat, ne modicum de honore vestro decedat? *Sol non occidat super iracundiam vestram, repeto, sed non occidat super iracundiam vestram.* Ah, ne finite, tam spissas vobis tenebras à passionibus vestris obduci! ego tantisper, dum vos prudentiùs decernitis, respirabo.

## PARS ALTERA.

IX. **E**Runt fortè nonnulli Auditorum meorum, qui hac se orationi peti negabunt, ut qui nulla profiteantur odia, nullas inimicitias nutriant. Verùm dicunt, non enim profitentur apertè, sed fovent occultè. O quanti sunt, qui inimicitias in corde cuniculorum instar contegunt, absconditas quidem, sed suo tempore, nec sine fragore erupturas præstolantur horam commodam, & captant occasionem: *Ira in sinu stulti requiescit*, dixit acutissimè Ecclesiastes. Videbitis nonnullos, qui mundo sapientes audiunt, stulti DEO, simulatores iniqui, & liceat ita loqui, *Politici*, veteres injurias tantà dexterritate obtegentes, ut iram omnem emortuam credas. Errasti, non est mortua, *requiescit*. Eja, irrita eam paululùm, & videbis vigilantem, atque expergestam. Nonnulli malum alteri non inferunt, virium defectu; at certè desiderant, rabiem nutriunt, rancoribus pascuntur, ad solum inimi-

ci nomen sanguis ebullit in venis: considerate modò, an suum illi alloquium sint indulturi, quem nec aure, nec oculo dignantur, cui omne humanitatis officium negant? quod si familiaritè interdum cum eo agunt, id ex composito faciunt, ut eum reddant incautum sui que securum, sicque suam in illum rabiem certius effundant. Fallitur, quisquis credit, DEUM execrandis duntaxat vindictis, homicidijs, latrocinis, & quidquid atrox in æmulum decernitur, offendi, audite quid per Oseam loquatur: *Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus suis; Ecce, Osee 12.* non dicit, *in favoribus suis*, non in <sup>4.</sup> *facinoribus*, sed *in amaritudinibus*: Ipsæ amaritudines, quas nunquam radicatus è corde tollitis, ipsæ enim verò DEO gravissimè displicent. Non horretis, cum tali animi dispositione sanctissimis appropinquare mystrijs, & Sacrà Synaxi refici, & Exhomologèsin obire, veluti columbæ fellis expertes? enimverò columbæ estis, sed seducta.

X. Sed edicite tandem, an non omnem, quem in corde nutritis, seu occultum seu apertum rancorem, DEO, per me id à vobis efflagitanti, hoc ipso momento consecrare parati estis? Ego conceditã mihi legatione functus sum; *Diligite inimicos vestros*: quid respondi feram? vultisne parere, vos demittere, injurias condonare? edicite! an hæsitatis etiamnum? DEUM immortalem! an non Christo summè obligati estis? Ille vobis loquitur, Ille id à vobis efflagi-

Ecl. 7.  
10.



dat: *Dico vobis*. Si extraneos alloqueretur, in quorum gratiam nil unquam operatus est, dissimulari id forte posset, sed à vobis id exposcit, quibus corpus & animam, divitias, valetudinem, liberos, amicos, scientias, fortunam grandem, & quidquid demum in mundo hoc possidetis, concessit, à vobis, inquam, quorum amore tantas concoxit injurias, in quorum lytrum tantum Sanguinis profudit; & vel tantillum à vobis extorquere non possit? Potuit afflicta Abigail iracundiam Davidis mitigare, ut in sui gratiam injurias, à bardo & maleferiato Nabale illatas, remitteret; potuit à Gratiano impetrare Ambrosius, ut publicum Majestatis illustrem venià donaret; à Childerico Rege Genovefa, ut læsæ Majestatis reos absolveret; potuit sacre pagine objecto codice, ad vaticani palatii limina, & Totilæ genua prostratus Pelagius Diaconus, à barbaro illo Christianæ Religionis hoste extorquere, ut clementissimè ignosceret Romæ, etiam inimicæ, etiam servæ; & Christus à vobis obtinere nequeat, ut in ejus gratiam æmulo veniam largiamini? injuriam, despectum, uno non rarò asperiori verbulo illatum condonatis? vultisne Christum ipsum hanc à vobis gratiam, & supplicem, & in genua demissum postulare? quamvis ne hoc quidem detrectaturum credam; qui enim ad pedes Judæ perfidi & traditoris se abjecit, eos abluit, linteo extersit, basijs excepit, forsitan non erubesceret, provolutus ingenua supplex vobis accidere: an tanto conatu

fit opus, ut, quod ipsi placitum est, vobis persuadeat? Ah viri nobiles & illustres! ignoscite, quæso, quod dicturus sum: certus sum, si hæc vel illa puella aut matrona, quam vos corculum vestram appellatis, cujus vultum velut idolum adoratis, cujus nutum & sensa animi prævertitis, cujus gratiam ambitiosè prensatis, si, inquam talis femina à vobis peteret, quod Christus rogat, omnia à vobis haud difficulter impetraret, & DEUM vobis supplicem, vestrique amore cruci suffixum tamdiu suspenditis? ô confusionem! ô contumeliam! ô dedecus! an usque aded vitæ integri, & puri sceleris estis, ut nec mente, nec ore, nec opere unquam in illum deliqueritis? quæ ergo ratione veniam ab illo tam promptam, tam clementem speratis? percipite divinas protestationes, & timete; *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester celestis peccata vestra*: fides ergo vos certos reddat, quòd, si inimicis vestris veniam dederitis, vos quoque veniam à DEO accepturi sitis: *Si autem non dimiseritis, nec pater dimittet vobis peccata vestra*. Iterum ergo fides vos docet, quòd, si veniam æmulo negaveritis, ea vobis quoque à DEO neganda sit. Quid ergo ad hæc? an perinde vobis est, placatum vel offensum Numen habere? an spontè ruitis in interitum, vosque ipsos petulantissimè in infernum præcipitatis? si ita est, frustra verba facio: Dehiscat tellus, pateant inferi, immergite vos desperati, immergite flammis, in quibus

Matth.  
14.

bus æternum ardeatis. Si verò misericordiam à DEO expectatis, quã fronte, quã fronte, inquam, finite me expectorem cum D. Augustino, quã fronte indulgentiam peccatorum suorum ante Tribunal Christi obtinere poterit, qui DEO, præcipienti inimicis veniam dari, non acquiescit? & tamen ò dementiam! nulli difficiliore sunt ad veniam hominibus dandam, quàm qui vel maxima necessitate premuntur, eam à DEO exorandi. Res mira! Sanctissimi quique, quibus causa ferè nulla est, à DEO rogandi veniam offensi grates habent, maledicentibus dicunt bonè, injuriis læcessiti dona rependunt, timore unico inducti, ne DEUS pari in ipsos severitate animadvertat, quã ipsi in fratrem & nos scelerati ac infelices! in singula momenta in ignes æternos ruituri, nisi Divina nos clementia, velut comã capitis suspensos retineret, nos, inquam, scelerati, sacrilegi, malitiosi, de pace tractantibus tergum obvertamus? nulla nos satisfactio mitiget, nulla commoveat autoritas; imperet licet DEUS, roget, minetur; nil tamen nisi sanguinem, & mortem crepemus, æmulum nostrum mortuum & extinctum desideremus, atque omne ei malum imprecemur? si glaudè non licet illum trajicere, atro saltem calculo in urnam immisso, ubi suffragia ferenda sunt, notamus; si stricto ense non licet, stricto saltem calamo eum petimus; quod verberibus fieri nequit, id verbis executioni mandamus: verbo, nec aspectu, nec oculis, nec auribus eum dignamur, sed im-

R. P. Segneri *Quadragesimale.*

placabili superbiã dorsum obvertimus, veniam negamus. Ah Christiani! in tanti momenti negotio tanta stupiditas? ita cæco affectu obsecundamus? salutem nostram tantis periculis objicimus? Paradisi nobis januam occludimus, & hiantes inferni fauces referamus? quin potiùs ad Christum è cruce pendulum generoso proposito advolvimur, & ad sacros Ejus pedes, uberrimo sanguine manantes, causas nostras deferimus: quid dubitatis? si injuriam deposueritis penes eum, ultor est, si dominum, restitutor est, si doctorem, medicus est; si mortem, resuscitator est. Ita vos animat Tertullianus: an DEO diffiditis: nunquid ille obsequium tam nobile copiosissimã remuneratione compensabit?

XI. Venite igitur, venite, ego sanctissimis Christi pedibus adgeniculatus, arreptam pennam venerandis plagarum hiatibus intingam, hocque sacro cruore reconciliationis formulam conscribam. O DEUS & Domine mi, illius muneris autoritate, quo indignus hoc in suggestu fungor, ex presentis populi voluntate palam Tibi declaro, ad pedes tuos sanctissimos omnes nos injurias, vel receptas vel recipiendas deponere: iram tibi nostram & rancorem immolamus, in tuum honorem odia nostra, velut in victimam, jugulamus, & quamvis durum accidat, vindictæ voluptate privari, ad tua tamen imperia parebimus; pacem etiam non petitam offeremus, & oblatam oculis acceptabimus. Tu eã nobis pietate indulge,

F

quã

De Patientia.

Quâ nos æmulis nostris culpas condodamus, & si flagitia nostra nos ad tremendi tribunalis tui subsellia reos accūsabunt, Tu defensorem age, protectorem & Patrem. Estne vestrum reperire vel unicum, qui inscribere renuat: eja in medium prodeat, & seipsū manifestet! tunc enim verò mutabo stylum, & justissimo quodam zelo correptus, hoc ipso sanguine damnationis formulam exarabo. Pereat miserandus, qui petitioni Christi tam æque, tam justæ adversatur! Sanguis iste, quo salvari debuerat, illum condemnet, & perdat! omni pietate & misericordiâ exuatur! cadat ipse, & æmuli prævaleant; vidua permaneat sponsa, orphani filij, nepotes extorres & exules dispergantur, laribus careant, queis recipiantur, nec cento superfit, quo tegantur; diruta mulctetur domus il-

lius, dissipentur bona, & nomen ejus deleatur! *dispercat de terra memoria ejus, pro eo quod non est recordatus facere misericordiam*: redeant in mentem Divinam cuncta delicta, que patravit, cumque ferro gravis & catenis onustus coram Divino tribunali listetur, *judicium sine misericordia fiat illi, qui non fecit misericordiam!* vindictam de illo expectant creature omnes, sancti omnes Calites, cacodæmones omnes: ultionem clamant singuli, & universi! *Cum judicatur, exeat condemnatus?* tollat DEUS è medio nostrum hominem tam sceleratum, qui petitam à Christo gratiam contumaciter negat; faceat hinc procul & abeat! Nos autem, qui reliqui sumus, ad Christi pedes provoluti, veniam flagitabimus æmulis, veniam nobis, veniam cunctis peccatoribus, veniam! veniam!

## SERMO QUARTUS.

DOMINICA PRIMA QUADRAGESIMÆ.

*Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore DEI, Matth. 4.*

I.  Dem efficere Verbum DEI in animis, quod operatur cibus in corporibus manifestum est, si Divo Chrysostomo credimus: *Quod corpori cibus est, inquit, hoc anima est Divinorum*

*eloquiorum doctrina.* Si Gregorio & Ambrosio: *Cibus mentis est Verbum DEI.* Eadem lingua Sanctorum plurimi loquuntur; nec sine ratione: DEI Verbum enim vitalem animæ calorem conservat, ne extinguatur, nutrit famelicam, imbecillum confortat: macilentam impinguat, quin prærogativa

rogativâ prorsus mirandâ omni alteri cibo antecellit ; nam omne aliud alimentum , exquisitissimum licet , salubre & optimâ substantiâ , nihil operari potest in corpore mortuo , sed DEI Verbum etiâ mortuum ad vitam revocat. Nemo id mirabitur , si Christum hodie dicentem audiat: *Non in solo pane vivit homo , sed in omni verbo , quod procedit de ore DEI*: diciturque absque omni metaphora , & in sensu proprio potest , Verbo DEI totum pasci hominem , dum eodem pascitur anima , quæ est nobilissima hominis portio. Sed ( pace Christi dixerò ) DEI Verbum cibo corporeo plurimum cedat , necesse est ; nec enim tanta ejus inter homines fames est , nec desiderium tam universale & vehemens , quanto in corporis alimentum feruntur. Sed quæ fastidij hujus causa subesse potest ? nunquid enim DEI Verbum cibus est , & quidem omni corporeo melior ; nunquid est delicatus , imò delicatissimus ? nunquid ad delicias usque , & voluptatem hominem pascit ? cur ergo in tam paucis famem suâ excitat ? nisi mea me fallit opinio , unica hujus nauseæ ratio est , quia gustare non potest *de omni verbo , quod procedit de ore DEI* , qui ventrem habet refertum *de omni eo verbo , quod procedit de ore demonis*. Nunquid enim quàm plurimos videmus , qui animam non alio cibo pascunt , quàm turpiloquiis & exhibitionibus impudicis ? quibus non sapit , nisi eorum librorum lectio , qui obscenitate velut fermento subacti sunt ? qui solis detractionibus , Saty-

rarum aculeis , jocis illiberalibus , & levitate pascuntur ? quid mirum ergo si destructum est palatum , & sanioris cibi appetitus jacet ? neque enim fieri potest , ut *à veritate non avertant auditum* , qui tam frequenter ad fabulas convertuntur. Quæcunque tandem causa sit , res tamen est copiosis dignissima lachrymis , quod in ipsis etiâ Christianis tantus sit affecti animi languor , ut nullo vel certè modico desiderio in DEI Verbum ferantur. Utinam ea mihi hodie è cælo gratia concedatur , ut ad publicam omnium confusionem , horrorem & terrorem demonstrarem , non esse gravius supplicium , quo DEUS in homines animadvertit , quàm si orexin & famem Divini Verbi ab iis auferat. Hanc ergo veritatem probandam hodie sumam ; quantumvis enim non dubitem , esse aliquos è vobis singulari DEI favore , qui Verbum DEI avidè esuriant , ignoscite tamen , si metuum , dicamque , eos quàm paucissimos esse.

II. Vehemens & acutum desiderium fames est , excitatque miram omnium animalium sollicitudinem , appetitum hunc satiandi , aded , ut nec timidissimi cervi in suis se antris contineant , nec capræ in bellis in spelæis ; quin & aviculæ nidos ac cubilia sua deserant , & ex cibi desiderio in terram sese demittant , non sine periculo ; ne unius forte grani amore in viscum se induant , & aucupibus in prædam cedant , qui inter frondium umbras miseris & incautis insidiantur. Licet mihi modò ex vobis interrogare , an aequè anxia sollicitudo &

par Divini Verbi fames vos urgeat: nolite, queso, vobis ipsis nimium blandiri: ignoscite, si dicam, jacere appetitum vestrum, cum videam, eum ita debilem ac languidum esse, ut non nisi raro de vestris vos domibus in templum pelliciat, locum tam magnificum, tam securum, ubi sine ullius periculi, violentia, insidiarum, assultus, aut alterius dispendii metu, Divino hoc alimento ad satietatem usque pasci potestis. Cum famis tempore inaudisset Patriarcha Jacob, triticum in Aegypto caro licet pretio vanum exponi, mente turbata ad filios conversus ait: *quare negligitis? quare negligitis?* quare hac est oblivio vestra? quare, obsecro, negligentia? quare mentis inopia? *Audite, quod triticum venderetur in Aegypto, & vos pigri hic loci marcescitis! descendite, & emite nobis necessaria, ut possimus vivere, & non consumamur inopia.* Eia accingimini ad iter alacres, quid sibi vult veteris iste, dum arcta nos fames premit? *Quid, queso, dicturum putatis, si frumentum in Aegypto non pro pretio venundari, sed gratis dari inaudisset? DEI Verbum non venditur, auditores, sed gratis datur: gratis Evangelium DEI evangelizavimus vobis, ingeminat Paulus, nec auro opus est, nec argento, quod expendatis, & tamen incurij illud negligitis, nec de documentis tam opportunis, veluti necessario animae cibo, sollicitè vobis providetis. Ah quare, quare? liceat vos percontari, quare negligitis? quia scilicet nullam, quae vos urgeat, famem experimini: qui*

Gen. 42.

2. Cor.  
11.7.

*non quarunt, quod in promptu habent, In Sen. tom. 5. verba sunt Augustini, fastidij languore marcescunt.*

III. Intra domesticos se parietes continere, novi ego securissimum esse: non tamen ea hora, qua DEI Verbum populo annuntiatur. Nec id viris dumtaxat dico, qui id temporis magna sollicitudine aut tribunalibus, aut mercaturæ negotiis impendunt, sed & faminis: numquid de hoc sexu erat Sunamitis illa celeberrima, quietis ac solitudinis amantissima? & hanc tamen Elifæus, cum famem praverit, quæ Palestinam depulata est, nunquid jussit domi residere, num egredi vetuit, & domesticis vacare negotiis? quin potius, *Surge, inelamat, vade & tu & domus tua, & peregrinare, ubicumque repereris.* Sed heu, sancte Propheta, quid agis? an ignoras, quantum solitudo conveniat faminis, sexuique debiliori? cristallo sunt similes, quæ tum demum extra periculum est, cum cautè custoditur; balsamum imitantur, quod odoris fragrantiam perdit, nisi tegatur. Cur ergo vagari jubes Sunamitidem: *Vade & peregrinare, ubicumque repereris.* Vagari feminas inconveniens est, fateor? at non tempore famis: qui fame laborat, egredietur, opituletur sibi metipso, & inopiæ suæ media conquirat, necessitati enim non est lex posita. Sic enim verò executioni mandavit Propheta imperia Sunamitis, *Surge, & fecit juxta verbum hominis DEI, & vadens cum domo sua peregrinata est diebus multis: insigni do-*

4. Reg.  
18.

documento, verissimum esse, quod  
 De excid. Egeſippus dixit, non esse ullum ref-  
 Ina 1.5. pectui, ullum verecundiæ locum, ubi  
 c.18. fames dominatur: *Omniem affectum  
 excludit fames, & maximè verecun-  
 diam.*

Ruth. c. 1. & 2. Sed quid ego solam Sunamitidem  
 propono: an non & Ruth fame pres-  
 la paternos lares deseruit? nunquid  
 sola frequenter per campos vagata est?  
 nunquid spicas collegit, meliorum  
 manibus clasas? nunquid urgente  
 fame Sara cum Abrahamo in Ægyp-  
 tum descendit? nunquid eidem de  
 causa Rebecca maritum Isaac in Ge-  
 raram usque comitata est? Cur ergo  
 feminae desides sacri eloquij tempore  
 domi morentur, linum & lanam tra-  
 ctent, nec cibo Divino pascant & refi-  
 ciant animas, solisque maritis id ali-  
 menti relinquunt? Hoc avertant su-  
 peri! hic enim non est solitudinis  
 amor, sed vel Religionis defectus, vel  
 mentis inopia, vel negligentia supi-  
 na: quin non festivis duntaxat die-  
 bus accurrere deberent, ut sacro hoc  
 pabulo sagentur, sed omnem om-  
 ninò horam & occasionem avidè cap-  
 tare, spretis omnibus culturae su-  
 perflue ornamentis, in quæ pluri-  
 mum illius thesauri, cujus pretium  
 sola mors detegit, temporis nimirum,  
 impendunt; hic enim vel maximè fa-  
 melicum decet, omnis moræ esse im-  
 patientem.

¶ Si suspecta fortassis vobis est dicto-  
 rum meorum veritas, fingite, laurum  
 & opiparum hospitibus plurimis  
 adornari convivium, quale vel Samson  
 amicis, vel Salomon ministris suis in-

struxit, quosnam omnium primos in  
 canaculi loco comparituros censetis?  
 numquid famelicos? qui enim tardius  
 accedunt, aut appetitu carent, aut  
 fingunt se carere, opulentia speciem  
 affectantes. Dicamne igitur, eos Di-  
 vini Verbi famem habere, qui non casu  
 & fortuito, sed consueto sibi more  
 & ex composito serò ad sacras allocu-  
 tiones accedunt, haud aliter quàm  
 ad prandium jam inceptum fastidiosi  
 hospites? minimè: nam illi solùm  
 famelici dici merentur, qui nec ho-  
 ram quidem prestolari absque im-  
 patientia sustinent, sed primi om-  
 nium in Templo comparent, ut  
 postposito sacris sermonibus omni  
 alio negotio, quantumvis gravissimo,  
 locum & sublellia occupent. *Doce  
 justum, Spiritus Sancti vox est, & festi-  
 nabit accipere:* certè majori alacrita-  
 te properabit ad recipienda sana do-  
 ctinae documenta, quàm columbae  
 ad granum cimini, aut pisces ad  
 escam hamo expositam. *Doce justum,  
 & festinabit accipere;* correptionem  
 admove, *festinabit accipere;* consilium  
 suggerere, *festinabit accipere.* Verbo,  
 doce justum, doce, & festinabit ac-  
 cipere; *festinabit,* nullo temporis  
 discrimine; *festinabit* diebus pro festis;  
*festinabit* diebus festis & solennibus:  
 omnem locum, opportunitatem, fa-  
 mentis instar, *festinabit accipere:* certè  
 quicumque famem patitur, nequit  
 quiescere; servos & ancillas increpat,  
 toramque familiam concitat, si cibos  
 tempore non invenit paratos; difficil-  
 limè sub horam prandij accedentes  
 admittit, impatiens moræ recusat

obsequia ; catellorum instar domesticorum , qui quantumvis delicioſi & amabiles , ſtimulati tamen fame blanditias non ſuſtinent, nullus ergo Verbi Divini famem ſibi opinetur ineſſe , quicumque , per plateas & compita otioſus , æris campani ſonitu ad Verbum Divinum vocari ſe præcipit , nec tamen feſtinat , ſed confabulationibus indulget ; aliorum concurſum videt , nec tamen eorum exemplotrahi ſe patitur, *non feſtinat* ; invitantes audit , ſed ſurdo fabula canitur , *non feſtinat* : nec ſedem relinquit , quâ conſidet, nec ſocietatem deſerit , cujus alloquio delectatur.

V. Et quis porro dubitet , tenuem in nobis Divini Verbi audiendi famem eſſe , cum hac ætate non niſi exquisitiſſimi, & ad delicias uſque laborioſiſſimè conditi ſermones requirantur, *Ambitioſa non eſt famēs* , ajebat Seneca, *contenta deſinere eſt* : quem famēs vehemens urget , pompam in cibis haud æſtimat , condimenta non curat , flocci facit intinctus & embamata; quin, nullo ciborum diſcrimine, juxta Salomonis ſapientiſſimi oraculum , in amarum præ dulci involabit; *anima eſuriens*, inquit, *etiã amarum pro dulci ſumet* , & acerbas labruſcas de Galgala , velut racemos lectiſſimos de Engaddi vinetis arripiet; omne ceteroquin inſpidum alimentum famēs palato gratum reddit & ſapidum. Artaxerxes Aſſyriorum Rex omnibus poſt infauſtum prælium impedimentis exutus , in ruſtico mapalli famem hordeaceo pane fal-

lere coactus , cum Diis ſuis amicè queſtus eſt , quòd in eam uſque horam has ſe delicias ignorare paſſi ſint. Ptolomaus Ægypti Rex , relictiſ in itinere annonæ Regiæ curribus, famem in vili tuguriolo , pane furfuraceo ſatiavit , palàm teſtatus, ſe ad id uſque temporis cibum tam nobilem & delicatum nunquam guſtaſſe. Quid de Româ dicam , hodie tam delicatâ & inſatiabili? Eam , refert Procopius, eò uſque famis anguſtiis redactam, ut non herbis ſolum & gramine , ſed & urticis famem pellere coacta ſit : obſeſſa ab Alarico, equorum carnes, non ſecus ac vitulos delicatos , recens ab uberibus avulſos , avidè comedit : circumdata à Totila , canes eodem guſtu devoravit , quo ſapidiſſimos pratorum hædos. Memoriæ prodidit Plutarchus , unicum Athenis ſoricem, è lacunari conelavis in pavementum deciduum , horrendo certamine Patrem & filium colliſiſſe , cum hic parentem ſtricto ferro inſequeretur , quòd is hanc ſibi prædam præripere tentaret. Sestiſ in Cherſoneſo funes de canna-be tortos in cibum adhibuere , dum à Xantippo obſeſſi famem extremam paterentur. Rhegienſes in Calabria eò anguſtiarum à Dionyſio redacti ſunt, ut ſciſſi coriſi ſegmentis in cibum uterentur. Quod autem omnem humanam fidem ſuperat , Spartani pro cibo ſumpſerunt illos ipſos vaſti corporiſerpentes, qui undarum exundantium alluvione agris ſuperfuſi , omni primum meſſis ſpe ſuccisâ , interſectis deinde deſectû pabuli animalibus, eodem ad tam diræ famis tormentum

Plutar. in  
reg. ap. p.  
Cicero  
5. quæſt.  
Tuſcul.  
apud Si-  
monium.  
l. 10. &  
19. l. m.  
Plutar.  
in De-  
metr.

Sabell. 2.  
Enn. 3.  
Diodor.  
Sicul. 14.

Proo. 27.  
7.

ad-

Calvus 1. adegerunt. Usque adeo verissimum est, famem minimè esse ambitionem: experientia id didicit Jobus, qui famis magnitudine adactus, pro deliciis admisit, quæ stomachabundus quondam in luxu & abundantia animus nauseabat: *Qua prius, inquit, nolebat tangere anima mea, nunc pro angustia cibi mei sunt.* Quis ergo Divinum vos Verbum esurire credat, cum nullus ferè sit sermo, qui expectationem vestram adæquet, aut gustui serviat: quin in dies singulos deliciores evaditis: hic queritur, Orationem fuisse sterilem & siccam, alter inamanam stylo, hic incultam eloquio, ille vitæ & spiritu destitutam: Hæcne dicatur fames? Hæc enim verò fames non est, o Christiani, hæc fames non est: id unum ergo curandum est, ut in locum tot condimentorum succedat fames, & omnes unâ horâ satiabimini; si enim convivium famelicis parandum, ait Seneca, longâ morâ opus non est, omnis coquus laudatur, omne ferculum commendatur: *facile est pascere parvo, nil aliud desiderantes, quam impleri.* Intra brevem morâ suis in campo messoribus prandium paravit Habacuc; facili negotio mensam super aratri transversa rusticis instruxit Elisæus. Sed si nauseanti & delicato stomacho adornandum est, hoc opus; hic labor est; cum Persia Monarchis præmium statuendum est iis, qui novas in mundo saporum species, & gulæ irritamenta inveniunt; sâpores enim antiqui, & usu exoleti despectui habentur: *Anima saturata, calcabit favum.* Necessè est, cum Apiciis luscianarum, aut cum Heliogabalo psittacorum linguas conquirere, aut cum Vitellio muranarum intestina celerissimis navibus è mari Carpatio in subsidium vocare. Ingenuè igitur fateor, Auditores, si Verbum DEI esuritis, non diffido me vobis per sacrum hoc tempus placituram, si verò vos fames non urget, penitus despero, ac certus sum, rarè vos ad me audiendum confluxuros, aut, si presentiam mihi vestram indulgeatis, similes futuros illis, qui mensæ assident, appetitu destituti, & nausea pleni; hi nihil omninò vel primis labris degustant, nihil eorum palato arridet, nullo cibo pascuntur, solumque ferè in eo occupantur, ut apposita fercula aliis convivis distribuant, quæ suos in usum convertere debebant. Sinite, ut hæc apertiùs declarem.

VI. Qui esurit, non est sollicitus, ut partem ciborum ceteris ejusdem mensæ convivis distribuât, sed id unice agit, ut sibi provideat, suæque fami consulat: quidquid ferculorum apponitur, sibi destinari existimat, & juxta dictum Ecclesiasticè, *effundit se super omnem escam*, omnemque lancem avidè involat. Idem à vobis fieri cupio Auditores: si Verbi Divini papulum esuritis, totum illud in usum vestros convertite, & nolite imitari eos, qui, dum sacris sermonibus audiendis assunt, in eo unice occupantur, ut cibos in orbem distribuant, & quidquid audiunt, aliis applicent. O quam hoc ad amissim, dicunt, quadrat aulico illi dolofo! quam vivis coloribus exprimitur Nobilis ille superbus!

Sueton. in vit.

Eccles. 27. 32.



perbus! quam hoc appositè & graphi-  
cè tangit domicellam illam vanitati  
& otio deditam! Non ita, non ita  
comedite potiùs, & cibum vestro ori  
admovecè, quidquid enim aliis tran-  
smittitis, vobis decedit. *Verbum sa-*  
*pientis, Spiritu Sancto teste, verbum*  
*sapientis, quodcumque audierit sciens, lau-*  
*dabit, & ad se adyciet.* Scitisne, quã  
id ratione efficiat? Arborem Cinna-  
momi imitatur, quæ palustri solo  
implantata, in sui nutrimentum om-  
nem quaquaversum humorem attrahit,  
ut vicina non rarò stagna exsiccet, æ-  
mulatur cypressum tellure herbosâ  
contitam, quæ omnem humoris suc-  
cum ad se impingendam attrahit, re-  
lictò circumquaque sterili solo. Si fru-  
ctum igitur è sacris sermonibus desi-  
deratis, videte, ut magna cum fame eos  
excipiatis; sic eorum è numero critis,  
de quibus Christus dixit: *Audientes*  
*Verbum retinent;* quidquid auribus  
haurietis, in vestrum emolumentum  
converteretis, vobisquæ solis intenti, ac  
de vestra solùm utilitate solliciti eritis;  
similes eritis Velleri Gedeonis, & ro-  
rem omnem è nubibus depluum ipsi  
fugeris, ut ne una quidem guttula  
frustrâ intercidat.

VII. Verùm omnis mali origo in-  
de est, quòd fames & appetitus vester  
lingueat, & paucos invehire sit, qui  
seriò sibi consultum velint, parumquæ  
æstiment, quòd dæmon, in nostrâ  
damna unicè intentus, omnia salutis  
documenta, omnemquæ Divini Ver-  
bi fructum è cordibus eorum aufe-  
rat. In magnificis & genialibus cpi-  
lis nonnumquam observaveritis, cir-

cumdari vos à ministris quibusdam  
famelicis, qui oculo in lanes orbescque  
defixo Harpyiarum instar adsent, ut  
citò removeant, quod vobis apposi-  
tum est; hoc ipsum faciunt dæmo-  
nes è manibus rapere student cibum,  
vobis usque ad eò salutarem, nec tan-  
tùm è manibus, sed & ex visceribus, ac  
corde ipso; *Venit diabolus, & solit*  
*Verbum de corde eorum, ne credentes*  
*salvi fiant.* Et quis verbis satis expri-  
mat artes & studia, quibus usi sunt,  
ad fructum sacræ prædicationis è po-  
pulorum animis extorquendum? E-  
volvite sacrarum Historiarum volu-  
mina, & stupebitis: Verba fecit  
quondam magnus ille Christi Assæcla  
Antonius Paduanus, tantâ nominis  
& famæ ubique deditæ celebritate, ut  
necessè fuerit, camporum planitiem  
cum Templis permutare, ad satisfac-  
iendum populo, multitudine immen-  
so, nobilitate eximio, qui exundan-  
tium instar fluminum ad eum audien-  
dum affluxit, ecce, quid non livor dæ-  
monum tentaverit! modò tabulari ti-  
gna ruperunt, quæ sancto Oratori  
præbebant suggestum, ut tumultum &  
strepitus in populo excitarent; aliàs  
cursorum & veredariorum habitu cõ-  
parebant, nobilibus feminis literarum  
fasciculos apportantes, ut attentos a-  
nimos distractionibus & curis laxarent;  
nec hoc contenti, nonnumquam æ-  
rem ipsum excitatis turbiniibus cõ-  
egerunt in tonitrua, fulgura, procellas &  
grandiæ, ad consternandos & diffi-  
pandos Auditores. Perorante sancto  
Dominico, lacertularum specie mon-  
strosâ in medio auscultantium com-  
paruere.

*Ecclef.*  
*31. 18.*

*Luc. 8.*  
*15.*

*Luc. 8.*  
*12.*

*Apud*  
*Serium*  
*in vita.*

partē. Dicente sancto Vincentio sonipedum instar, in furias concitatorum, discurrerunt. Verba faciente Cutherto Lindisfarnense in publica populorū pagi platea, grande in domo quadam excitatum incendium, omnibus ad opitulandum dilapsis, usque dum lassus in revocandis ad se auditoribus Orator sacer, ignem dumtaxat fatuum esse demonstraret, & formato in aere crucis signo, dissipatis fumo & flammis, velut remoto sipario præstigijs amoveret. Eo usque scilicet maligni hostis nequitia peringit, ut cibū verbi divini etiam famelicis extorqueat, ut tollat verbum de ore eorum. Fateor quidem, hac ætate, ubi minor est sacri eloquij fames ac desiderium, tam insolitos, tamque palpabiles modos ad deludendos hominum animos non adhibere spiritus malignos; illos tamen an pigros & otiosos ad stare putatis? Nunquid vos improvisè tædium nonnunquam sacris eloquijs intentos obruit? nunquid Oratoris sacri sermo, jam fastidiosus, jam importunus & intricatus, jam ad nauseam diffusus, vobis representatur? nunquid jam somnus obrepit, jam phantasia turbatur, jam oculi lubrici præter animi intentionem diffugiunt, & figuntur in iis, qui aut ingrediuntur, aut exeunt? ne dicam arbitrari eos nonnunquam adventum dominarum nobilium, non aliter ac quondam reginam Vasthi advocavit Assuerus, non ut pascatur mensa regali, sed ut oculos pascat. Quid ergo sibi volunt perbrevis horæ spatio tantæ distractionis & demones sunt, maligni spiritus

R. P. Segneri Quadragesimale.

sunt, dolosè & nequiter vos infestantes, ut cibum animæ rapiant, & verbum illud, aut dicentis periodum, salutem vestræ destinatum, invertant, aut perdant: *Harpyia infernales sunt*, teste in Psal. Divo Ambrosio, *ut auferant verbum de incuriosi, aut dissimulantis affectu.* Vultures sunt illis similes, qui in canistrum involabant, quem penarius, seu promus condus Pharaonis quondam ferebat. Aquilæ sunt rapaces & temerariæ, quæ sacrificium quondam & victimas Abrahami infestant. Mentem ergo sedulam divino Verbo advertite, Auditores, si enim tot aves prædatrices & invisibiles, quæ vos obsident, admittitis, absque dubio finito etiam prandio jejuni domum concedetis; quin nec sinem præstolabimini, Iudam imitati, qui durante mensa surrexit & abiit: *Exiit continuo*, ut sacer textus loquitur. Sed quomodo attenti eritis, si fames abest? hæc, hæc tandem est omnis detrimenti, & confusions origo; hæc absente, ignoscite mihi, grande vobis imminet infortunium, grande dispendium, loquar apertè, actum est de vobis.

VIII. An verbo hoc acerbo & duriusculo vos offendi? an improvidè forsan & absque ratione è labris id mihi excidit? Cassiodorum auscultate: *Grandis morbus & execranda calamitas*, inquit, *divina legis appetentiam non habere.* An corporis valetudo integra sit, & incolumis, fames & appetitus manifestat; an animo sua satietas constet, signo indubitato alimenti spiritualis esuries declarat. Ita Sancti omnes unanimi consensu docent; Ita

Chry-

G

*Bern. ser.* Chrysoſtomi, Bernardi, Ambroſij, Auguſtini, Gregorij; ita ipſum Chriſti Oraculum: cum velut intento digito monſtraret diſcrimen electos inter & reprobos, illos quidem divini verbi avidiſſimos, hos verò commoto ſtomacho nauſeabundos affirmavit: *Qui ex Deo eſt, verba Dei audit*: mox ad miſerandos Judæos converſus, annexit: *propterea vos non auditis, quia ex DEO non eſtis*. Hæc via eſt & trames rectus, quo DEUS ut plurimum ad ſalutem dirigit electos, ut veritatem diſcant; *Audite, Audite*, inſeclamat per *Iſai. 55. 3.* Iſaiam, & *vivet anima veſtra*. Potuit procul dubio aliis hominem ſalvare modis, potuit apparitionibus, potuit inſpirationibus ſacris, potuit illuminatione internâ, & lectione ſacrâ, ſed noluit: an idèd forſitan, ut benè obſervavit Bernardus, ut eâdem januâ ingrederetur vita, quâ mors ſubintravit? mors enim per aures ingreſſa eſt, fallaciſſimo Oratori ſerpenti in Paradifo apertas, eâdem ergo viâ ingredi debet Vita, dum aures panduntur Oratori veraci: *Auris prima mortis janua, prima aperiatur & vite Nabuchodonofor, Babyloniarum Monarcha, ſuiſmet oculis cadentem vidit arborem fortunæ ſuæ Idæam & Symbolum; vidit marcentes fructus, flores elanguidos, frondes aridas; vidit fugientes ſeras & volatilia, paulò ante magno numero congregatas, ut ſub ejus umbrâ quieſcerent, & in ejus ramis exultarent; ſed num ſolus oculorum obtutus commovendo regi ſuffecit? minimè ſanè, ſed neceſſe erat, Daniele Propheetam interpretem adhibere, & vivæ vocis oraculum ex ejus ore audire: David, quantumvis indole docili, non prius pœnitudinè ductus eſt, ob mortem Uriæ miſeri innocenti & ſtrenuo illatam, quàm vocem Nathani corripientis audiret: Joſaphatus, animi ceteroquin anxij & DEUM timentis, fœdus cum Achabo Principe ſancitum non prius deteſtatus eſt, quàm voce Iehu intonante corripereſt. Quòd ſi etiam extra ſacræ paginæ hiſtoriam egredi, & intentum iſtud proſequi placeret, facilè mihi foret, demonſtrare, inter centum illuſtriores animorum converſiones, quas accidiffe legimus, novem divini verbi efficaciam eſſe adſcribendas. Fidem faciet exemplum Divi Auguſtini, Illuſtriſſimi Eccleſiæ Doctoris, quem, o rem miram! nec vaſta illa ingenij capacitas, nec infinita lectio, nec ſtudium, nec inſatiabilis ille veritatis indagandæ ardor DEO peperit, ſed oportebat illum multoties, infantis inſtar, ex ore perorantis Ambroſij pendere, nec antea pravos ſuos mores exuit, quàm privatis publiciſque cohortationibus perſuaſus, victas tandem manus dare coactus eſt. O fatuos, o fatuos! fruſtrâ ſperatis, vos aliâ ad DEUM, viâ venturos, quàm regiâ & communi, ac plurimorum veſtigij trita: opus nimirum eſt prædicatione Verbi DEI, opus eſt prædicatione Verbi DEI, unicuique ille ſermo cui hæc die, loco aut horâ aures dabit, ille tandem vos emolliet, ille cor feriet, & deo triumphum ager; huic veſtra converſio alligata eſt, ſi in ſcelerum ſentina hæretis; hic vos in  
Gratia*

*Serm. 28. in Cant.*

Gratia stabiliet, si iusti, & DEO eha-  
 ri jam estis: non enim frustra, mihi  
 credite, Spiritus sanctus tot modis &  
 formulis inculcat; *Audi filia, & vide,*  
*Pf. 44. 11. & inclina aurem tuam. Inclina aurem*  
*Prov. 22. tuam, & audi verba sapientum. Incli-*  
*17. na aurem tuam, & suscipe verba intel-*  
*Eccl. 2. 2. lectus. Non cesses fili audire doctrinam:*  
*Prov. 19. nemini enim melius perspectus est*  
*27. aditus, quo se animis nostris insinuet.*  
 Nōstis, opinor, Auditores, in Sa-  
 cris Oraculis stultorum nomine re-  
 probos, sapientum verò appellatio-  
 ne Electos designari, quemadmodum  
 celebris illa Virginiū parabola ma-  
 nifestat, quarum quinque ad spon-  
 sum admittæ sunt, quinque ab ejus as-  
 pectu exclusæ. Nostisne etiam dotem  
 illam sapientibus propriam, & stul-  
 titiæ characterem fatuis peculiarem,  
 audite quid dicat Spiritus sanctus: *Qui*  
*Prov. 12. sapiens est, audit consilia. Ecce dictum*  
*15. Salomonis; in sapientum favorem!*  
*Prov. 18. Auris sapientum querit doctrinam.*  
*15. Cor sapientum querit doctrinam.*  
*Prov. 15. Auris bona audiet cum omni con-*  
*14. cupiscentia sapientiam. Cùm autem*  
*31. de stultis sermo est; en Verba, quæ*  
*Prov. 18. horrorem incutiant! Non recipit*  
*2. stultus verba prudentia. Stultus irridet*  
*Prov. 15. disciplinam. Stulti doctrinam despi-*  
*5. ciunt. Qui illusor est, non audiet, cum*  
*Prov. 1. arguitur. Cum dormiente loquitur, qui*  
*7. narrat stulto sapientiam. Non amat pe-*  
*Prov. 13. silens eum, qui se corripit, nec ad sapien-*  
*1. tes graditur. Hæc certè tam densata*  
*Eccl. 22. Salomonis oraçula eò induxisse viden-*  
*9. tur Isaiam prophetam, ut, cùm malo-*  
*Prov. 19. rum apicem, quem rebelles Hebræi*  
*12. attingerunt, vellet describere, non aliter*

eos compellaverit, quàm filios indo-  
 ciles, disciplinæ expertes, & ad divinam  
 legem audiendam induratos: *Filij no-*  
*Isa. 30. 9. lentes audire legem DEI, & hæc nomen-*  
 clatura perditos illos ac desperatos de-  
 claravit. Ut tandem vela contrahat  
 oratio, quid censetis Auditores?  
 num leve vobis & contemnendum  
 morbi genus videtur, Divini Verbi  
 fame carere? Imò verò hoc aliud  
 non est, quàm conclamatum esse ab  
 omnibus illis medicis, qui unquam  
 vitæ mortisque æternæ aphorismos  
 scripsere, iique non humani duntax-  
 at; & errori obnoxij, sed divini  
 etiam, & infallibiles: *Initium rece-*  
*De vit. dendi à DEO, si Palladio fides est,*  
*Patr. l. 5. fastidium doctrine est, & cùm quis non*  
*c. 10. n. appetit illud, quod semper anima esurit,*  
*67. quæ diligit DEUM. Quid ergo fa-*  
 ciendum vobis superest, Auditores,  
 nisi funesto damnationis æternæ prog-  
 nostico notari velitis, quàm divinam  
 hanc cœlestis doctrinæ famem excita-  
 re in vobis, & acueret deserere scenas  
 ac theatra, quæ nonnunquam, etiam  
 diebus hæc sacris, audio teneri a-  
 perta; vitare conversationes inhonestas,  
 fugere officia vana & inutilia; ab-  
 jicere venenatos codices & libellos,  
 palato & gustui vestro quondam tam  
 gratos & frequenti, Sacræ prædicatio-  
 nis usu piam sanctamque Divinarum  
 rerum orexin excitare. Hoc enim dif-  
 criminis inter corporis, & animi cibum  
 intercedit, quòd ad vitandam illius  
 nauseam abstinentiâ opus est, & fru-  
 galitate; ad hujus verò famem acuen-  
 dam nil æquè conducatur, quàm usus co-  
 pius & quotidianus.

## PARS ALTERA.

**N**on me latent sensa animi vestri, Auditores, quæ ab hoc loco, domum digressi intra vosmetipsos volvetis: Zelum esse negabitis, qui me ad hæc dicenda impulerit, sed commodi proprii, & emolumentum studium. Cordi mihi nimirum esse copiosam populi frequentiam ac compressionem; hinc illam me famem usque ad eam exaggerare, quæ templum in dies dentatis auditoribus refertum fervet. Ecquid responsi à me præstolamini? dicamne tantam hominum mihi displicere frequentiam? id certe si dicerem, fatuè me ipsum Augustino sanctiorem esse jactarem, qui in suis super psalmos commentationibus, frequenter auscultantis populi alacritatem commendavit; Sanctiorem Bernardo, qui in Sermonem Dominicam Septuagesimæ habito, monachos suos ob attentionis modestiam magnis laudibus extulit; Sanctiorem Joanne Chrysostomo, qui rarissime ad populum dixit, quin vel eorum paucitatem, & imminutum Auditorum numerum deploraret, aut eorumdem copiam & incremento exultaret, similem se matri dicitans, quæ vel uno charissimorum pignorum in mensa deficiente, cor sibi maternum sentit amaritudine obrui, & identidem ab aliis presentibus anxia & sollicita causam absentiam indagat: audite, quæso, Ipsummet loquentem: *refugit, & torpet circa doctrinam hanc, inquit, cogitatio nostra propter eos, qui non venerunt, sicut enim pia mater mensam*

*apponens, non omnibus filiis presentibus dolet & gemit, hoc & ego nunc patior.*

Absit igitur à me, ut ego miserimus peccator perinde mihi esse dicam, pauci, an multi dicenti aures præbeant; quin optatem, ut in dies, si fieri posset, presentes forent universi. Id ergo quamvis verissimum sit, grandi tamen injuriâ me afficitis, si id honoris & popularis auræ desiderio ambire me creditis. Si demus id esse; nec enim negaverim, quia novi, ambitionem tectam esse & profundam: *Est, qui nequit se humiliat, dicit Ecclesiasticus; & interiora ejus plena sunt dolo.* Sperabo tamen de meipso meliora: an enim vos hortatus sum, ut ad me præ aliis audiendum conflueretis? novi perbene, hoc tempore Oratores, & doctrinâ & pietate conspicuos haud defore, qui prandium vobis lautius, mensamque magis operam instruant: in solam animæ vestræ salutem vos volo intentos; illuc concedite, ubi solidius, sapidiusque animo pabulum speratis: id unum vobis supplex inculco, ne jejunam penitens animam destituatis. An non dolendum sit, Auditores Christiani, tantam saginando corpori curam & impensas adhiberi, nullâ habitâ animæ ratione? quis mihi lacrimas dabit ad tantam stultitiam dignè deplorandam? quis verba, imò mugitus ac fremitus mihi suggeret, ad eam ritè detestandam? Si unius diei intercapidine alimentum corpori subtrahitur, dolemus singuli, & animam dies integros, hebdomadas ac menses destitui, sicis oculis feremus? O si sciretis,

*Ecl. 19.  
29.*

eis, quantum vel unicus nonnunquam sermo prodesse possit, certe nec horror laboris, nec ullus incommodi metus ab eo abstrahere vos posset.

X. Paulo cuidam, cui nomen Simplicii, in more positum fuisse fertur, ad Templi portam considere, omnesq; intrantes, pios æquè ac impios, attentè arbitrari: cum ecce quodam manè spectaculo horrendo, peccatorem contuetur, vultu squallidum, deformè, & monstro haud absimilem, ferro & catenis gravem, & geminis dæmonibus stipatum, quos longo se junctus intervallo Tutelaris genius, vultu tristi & pede lento sequebatur. Hic in lamenta primò effusus est Paulus; mox summo solatio perfusus est: cum enim miser ille è templo egrederetur, non liberum solùm catenis, & in fausto dæmonum consortio, sed vultu tam ameno, sereno ac splendido incedentem intuebatur, ut vix illum à caelesti illo Ephebo discerneret, quem Ejus lateri junctum facieque festiva & nitentibus oculis exultantem conspexit. Hic enim verò passu accelerato progressus sistit hominem: orat, adjurat, percunctatur, & tandem intelligit, auditis è pulpito prophetæ Isaiaë verbis: *si fuerint peccata vestra, ut coccinum, quasi nix dealbabitur, ita se animo compunctum, & in spem veniæ erectum, ut, ruptis omnibus vinculis, vitam flagitiis infamem cum meliori commutare, firmissimè statuerit. O si nobis quoque concessum foret, reduces à sacra concione arbitrari! quàm diversos ab illis intue-*

mur, cum ad auscultandum ingressi sunt? quæ prodigia, quas mutationes, quas metamorphoses vel in vobismet ipsis deprehenderetis? Appositè in hanc rem advertit D. Chrysostomus, animalia, quæ arcam Noëticam ingressa sunt, talia exivisse, qualia intrabant, nec lupus lupum, nec corvus corvum, nec vulpes vulpem exiit, & histrix, animatis ingressa aculeis, cum iisdem reversa est. *Arca quidem qualia excipiebat animalia, talia conservabat; verùm aliter accidit in Templis: Ecclesia verò semel suscepta animalia de pavit. immutat, non quidem variat à naturâ, sed explosâ malitiâ.* Intravit quis fortè templum, corvo non admodum dissimilis peccator, qui dilata in longum poenitentia obstinatus, corvinum illud, cras, cras, ingemiscabat identidem; & ecce contra spem exit gemens instar columbæ. Intravit usurarius, voraci lupo non absimilis, sanguine pauperum saginatus; & ecce charitate liberali prodigus egreditur instar oviculæ, etiam lanam propriam paratus impendere, ut undis cedat in operimentum. Intravit vulpis instar dolosæ perfidus traditor, æmulorum ruina sua celsitudine innixus; & ecce ut agnus egreditur, etiam extrema pati paratus, ut meritis conspicui promoveantur. Intravit delicatus quidam & impatiens, qui ad minimum sui actum aculeos, histricis instar, exeruit; & ecce similis catello delicioso egreditur, qui omnibus se tractabilem præbet, & mollem. Superi! quæ mutationes, quæ metamorphoses, non aliunde, quàm à divini


Verbi efficacia efformata ! Circeæ & fabulosa epulæ quondam homines mutabant in bruta ; sed longè veriùs & efficacius cibus iste beneficus , de quo disserimus , bruta ipsa transmutat in homines ; & quid dico in homines ? in Seraphinos. Hic certè Moysen quendam in Ægypta ex feroci sicario in devotum mutavit monachum , sermone unico , quem fortè fortunâ de inferorum pœnis audivit , commotum. Hic Pelagiam , infame scortum , in eremi incolam ; Thaidem propudiosam & discolam in penitentem transformavit. Et ô vos fortunatos ! Auditores , si metamorphosi æquali vos ex imperfectis Sanctos efficiat ! quis ergo cibum tam robustum , tam potentem & prodigiosum non appetat ? Iterum ergo omni virium contentione vobis ingemino : excitate in vobis hanc famem , hanc efflictim à DEO postulate , hanc acuite ; hanc , si experimini , postpositis omnibus aliis negotiis , explete , satiate. De miscellis Sionis incolis , gravissima fame oppressis , affirmavit Propheta , quòd cibi amore pretiosa quæque prodigi effuderint , nullâ habitâ aurî , aut argenti , aut gemmarum ratione : *dederunt pretiosa quæque pro cibo adrefocillandas animas.* Thom. Hoc & vobis agendum est : prodigenda sunt omnia , cælestis nutrimentû amore , *pretiosa quæque* , Auditores , *pretiosa quæque*. Cùm de Verbo Divino audiendo agitur , negligenda sunt corporis commoda , non curanda fortunæ bona , non vacandum litibus , non tempus amicorum visitationibus , nec petendis dandisve informationibus terendû est : certè Esau famelicus , nec jus natalium pensi habuit , sed illud non absque vituperio pulmento lentium postposuit ; alij in famis angustiis , & vestitum , & supellectilem pignori exposuerunt. Ægyptij regionem totam Josepho Proregi , & supremo œconomo celsère ; eja , etiam animo sua præbeatur esca , insuper habito quocunque dispendio vel jacturâ.

## SERMO QVINTVS.

DIE LUNE POST PRIMAM DOMINICAM.

*Cum venerit Filius hominis in majestate sua , congregabuntur ante illum omnes gentes.*

Matth. 25.

I.  Uo usque tandem abutemur DEI patientiā, hæcenus tam paternā & longanimi? an non ille, velut ad omnem surdus injuriam, ad hoc usque temporis continuit? sed nunquid scimus, irritatam diu patientiam in furorem degenerare? Eia! agite Angeli, mentes cælestes! tubæ sonitum date, diem illam supremam & horrendam promulgate, ut videant protervi, decretoriam adesse horam. Obscuramini cæli, & non nisi micantibus fulgetris lucete! flammis pluite voracibus, omnesque hominum possessiones in cineres redigite: dehiscite tellus, & superba palatia absorbe! Erumpite è silvis feroces bestię, & miseros mortales, ex utriusque ruina profugos, motuque consternatos! invadite, discerpite, lacerate, occidite! nemo furorem vestrum effugere se posse jactet impunè!

Verumenimverò quid ago? an non jam centies peccatoribus horum minarum suppliciorum nequicquam ingestæ sunt? ipse memini, me ætate magis juvenili, non sine studio & ornatu feralis eloquentiæ, diei illius terribilem apparatus descripsisse, nec tamen aulum dicere, ullum expalluisse, aut trepidantis animi signa dedisse. In eam ergo hodie deveni sententiam, cum de judicio finali perorandum sit, prætermittis omnibus aliis reorum suppliciiis, unum duntaxat, homini soli proprium explicandum assumere, minus id quidem vulgò cog-

nitum, tam grave tamen & atrox, ut, quisquis ejus gravitatem probe intelligit ac penetrat, totis meritò artibus contremiscat, si vel modicum humanitatis & sani sensus, reliquum habet. Dixi proprium soli homini: & quod illud supplicij genus esse creditis, quod soli homini proprium est? an fames, an verbera, flammæ, vulnera, mors ipsa? Nequaquam: horum enim malorum sensus brutis etiam communis est: quod autem soli homini dolere potest, est Confusio, erubescencia, pudor: *etiam juvenia percipi, occidi & cremari possunt, verecundari non possunt*; ut ingeniosè loquitur S. Thomas de Villanova, *tunc homo maxime, ut homo puniatur, quando pro delictis suis publicè confunditur.*

Non ergo à me hodie prætolamini, Auditores, ut, more aliorum oratorum, hypotyposin efformem exhalationum ignearum, per auras ferali aspectu volitantium, aut describam fragorem tonitruum, nimbos, fumum, ignitas pluvias, sagittarum grandines, solem lugubri & pullo obductum velamine, lunam sanguine stillantem, stellas in crinitos cometas degeneres, longum, velut in universali orbis luctu, radiorum syrma trahentes; hoc totum, inquam, à me minime expectate. Unicum & horrendum hodierna die spectaculum vestros ante oculos statuam. Peccatorem scilicet totius mundi oculis expositum, erubescentem, & pudore ac verecundiâ confusum. An non supplicium isthoc omnium maxime formidandum, dolo-

Conc. 1.  
Dom.  
Adv.



dolorificum, & crudele arbitramini? sic enim verò vobis fatendum est, si homines estis, & quidem, quales vos suspicio, tam ingenui, atque ad omnem humanitatem compositi. Animum ergo commodate, & quisquis nullo se horrore concuti adverterit, haud abs re timere potest, se scelerum assuetudine immutatum exiisse hominem, & brutum induisse.

II. Si ullum unquam opprobrium, aut illata contumelia exemplum vidit mundus, illud certè fuisse censendum est, quò Ammonitarum Rex Hannon Davidis Regis legatos violato gentium jure delpevit. Jussit ille singulis, mancipiorum instar, comam capitis novaculâ radi, truncari barbas instar scurrarum, vestes lumborum tenus abscindi omnes, & sic ignominiosè denudatos comparere coëgit in regia, inter aulae proceres & primi gradus ac characteris ministros: mox per plateas & urbis compita immenso concurrentis populi ludibrio raptatos & fannis expositos, domum pudibundos reverti. Satis est, quod sacra de ipsis affirmant Oracula: *erant viri confusi turpiter valdè.* Ego mihi certò perluaferim, nec levare oculos, nec hircere quidem præ pudore ausos, quin si immane hoc ludibrium morte sua redimere licuisset, non dubito, eos maluisse abscissum in ferali pegmate caput amittere, quàm ad eò turpem ignominiam pati. Quem ergo reprobis animi sensuum futurum existimatis, quibus opprobrium longè atrocius sustinendum est, nec illud coram una duntaxat civitate, vel

2. Reg.

10.

2. Paral.

19.

Gasp.

Sanc. in

hunc loc.

aulâ regiâ, sed in totius humani generis præsentia. Videbunt supremum Mundi Judicem, splendenti nube velut throno suffultum, Majestate tremendum, caelestium Procerum, velut assessorum, innumerabili coronâ stipatum. Videbunt Apostolos, Patriarchas, Prophetas, Martyres, in suos quemque ordines angusta intersubsellia divisos. Videbunt Confessorum cuneos, Virginum turmas, Anachoretarum agmina, & non dicam manipulos, sed integros angelorum exercitus, coruscantibus armis spectabiles, qui per immensum aëris spatium diffusi, Angustissimum hunc confessum, non numero solùm, sed & pompâ, magnificentiâ, ac majestate conspicuum & formidandum reddent.

Coram hoc consensu, quem ausim appellare populum integrum è meris monarchis conflatum, velint, nolint comparere debent miseri damnati; comparebunt autem luridi, squalidi, turpes, abominabiles, nudi, & vilissimâ etiam lacernulâ aut centone destituti, quo ignominiam contegant, quamvis gravissimo pudore crucientur. Quæ hæc confusio, Auditores in totius mundi præsentia? maximè cum instar maleficorum & capitalium reorum, ab infernalium satellitum catervis se violenter raptari viderint, qui ereptam Cælo prædam jactantes, ferociter in eos insilient, & nunc ludibriis & fannis, nunc stimulis & calcibus, nunc scuticarum & nervorum ictibus infesti, miseros urgebunt: an non verè adstabunt, *confusi turpiter valdè.*

*valde* ? certe tam confusi, ut in summa gratia loco numerarent, violentas sibi manus inferre posse, ut, corpore, animoque in nihilum redacti, tanto se pudori subducerent. Piso nobilis Romanus, cum quondam senatu sisteretur, sordida veste squalidus, quæ rei pro more induebatur, vix primo obtutu venerabilem Judicum confesum suæ intentum damnationi, senatores per sublellia longo ordine dispositos, accusatores in rostris ad perorandum paratos, populum densatis cuneis ad spectandum confluentem aspexit, cum pudoris impatiens, & tantorum oculorum in sese conjectorum verecundiâ suffusus, hæsit paululum deliberandus, mox arrepto, quem vestibibus abditum gerebat, pugione seipsum furens interemit. Quid ergo miseros peccatores in supremo iudicio facturos arbitramini, si arma illis præsto essent? quis eorum continere dexteras, frænare impetum, furorem reprimere valeret? Sed volent, nolent, ut testatur Ezechiel, totius iudicarij processus finis illis sustinendus est, *ut portent ignominiam suam, quodque summum calamitatis est, confundantur in omnibus, quæ fecerunt.*

II. Quod si vel comparere coram hoc tribunali tam gravem, quin & gravissimam verecundiam incurrit, quid erit, cum abscondita tenebrarum illuminabuntur? quando altæ & sonorâ voce processus illius ocultissima acta, delicta infamia, & secretissima facinora distinctè & minutim propalabuntur? nescio, quâ ratione

*R. P. Segneri Quadragesimale.*

melius hanc vobis confusionem explicem, quam si dixerò: fingite animo, me virtute Divinâ ad intumorum vestrorum, quanti quanti estis, notitiam introduci, & certâ instructum scientiâ, exclamare palam; ecce tibi hanc feminam, quæ tota ad modestiam composita est! adulteram esse scitote, quæ sub religionis velo, & fictæ devotionis larvâ juveni propudiosè adhæret! Hem illum truculentæ in Dominum noxæ, illum patrati fruti reum! Illum in angulo delitescentem nôstis? dicam vobis, præstigiator est, & inimico clam è medio tollendo telam hisce diebus ordiri parat. Quod si hæc omnia velut notissima promulgarem, quæ nemo inficiari, aut negando infringere posset, quæ pudoris incendia, quæ flammæ & favillas in vultibus excitarem? an non tumultuarentur adversum me omnes? an non truci vultu ac gestu silentium mihi indicerent, terrerent aspectu aut clamoribus me compecerent? Plurimi versis in fugam tergis per templi fores se ocyus proriperent, ut sese pudori subducerent. Et ubi tandem locorum sumus, Auditores? nunquid in una solùm civitate? nunquid unico in templo? tantine sit, coram paucula gente pudore suffundi, & aliquantulam famæ jacturam pati? Vobis ergo relinquo judicandum, quid in præsentia & conspectu totius mundi futurum sit. Eia dolosi? imponite alacriter Sacerdotibus Christi in secreto sacræ exomolegeseos tribunali, culpas infames dissimulate, obscenas oc-

H culite,

culite, fucum & cerussam delictis vestris illinite, auriq̄ue lamellis, turpitudinem vestram obducite! an id etiam die illo supremo pariter vos facturos confiditis? tunc enim verò etiam in-viti confessionem non solum secretam, sed publicam facietis, voceq̄ue elatà ea omnia manifestabitis, quæ ex me modò audire gravissimum & intolerabile videretur, adulteria, perduelliones, proprià oris vestri confessione patebunt. An mihi fortè non creditis? audite igitur Oseam Prophetam: *colligatæ est, inquit, iniquitas Ephraim; Peccator malitiam suam eà facilitate abscondit, quâ furtim conceptus à puella fetus initio celatur, ignorant parentes, nesciunt familiæ capita, celatur ipsos Christi Vicarios: absconditum peccatum ejus, sed præstolamini paululùm: dolores parturientes venient ei!* Vidistine unquam puerperam partui vicinam? an illa continere se potest, & latens in visceribus pondus dissimulare! imò vel invita cogitur, gemitibus & clamoribus se prodero. Ita peccatori accidet, Oseà teste: *dolores parturientis venient ei, dolores parturientis venient ei: pariet tandem iniquitatem, quam concepit: effundet publicam in lucem adulterinos partus, quos in conscientia sinu noxiè celavit, suamq̄ue turpitudinem summâ sui confusione & infamiâ manifestabit. Quis jam ruborem exprimat, inde emergentem! Novi ego juvenulam, paucis abhinc annis amoris insaniâ lapsam, gravi se implicuisse crimini, tanto dein confusionis horrore con-*

Oseà 13.  
12.

cussam, quæ paritura imminēbat; ut advocatum celerrimè amasium ad eripiendam sibi violentis manibus vitam impulerit. Erat ille tantæ humanitatis (audite miseræ, & successum fatalem vesani amoris perpendite!) erat ille, inquam, tantæ civilitatis, ut quamprimum se ad gratificandum puellæ desideriis accinxerit, ferale illi toxicum propinaverit, & velut officio suo bellè functus, miserandam ad inferos ablegaverit. O puella infelix! O filia inconsulta, improvida, stulta! quid enim te excusēs? Cogitate tamen, Auditores! quid miseræ omni consilio destituta tunc accidisset, si post dissimulatum, quem ferebat, uterum, & devoratas prægnantium molestias, die clarâ & solenni, in mediâ Basilica, quâ ingens hominum copia confluit, improvisi partus doloribus fuisset obruta, & doloris vehementiæ ultra reprimendæ impar, post contorsiones corporis, & mixtas clamoribus convulsiones, tandem infame pondus deponere, & velut per torturam, expressam sceleris sui confessionem facere coacta fuisset? idque eo ipso in loco, in quo paulò antè ad omnem modestiam composita confidebat? Superi boni! vos ipsi verecundiæ magnitudinem, populi concitationem, & totius cognatæ familiæ motus considerate! an non furore amens ac percita ad mortuales Templi tumbas & sepulchreta accurrisset, ut sub apertis saltem tumulorum monumentis se absconderet? Hæc tamen quantumcunque confusio, infinitis minor est illâ, quam subi-

subibit peccator, cum non unum duntaxat scelus partum, sed innumeros in lucem effundere cogetur, nec id pauculos inter, aut junctos sanguine, sed mundo coram stante universo? Heu quibus singultibus pudorem testabitur, videns se in flagranti deprehensum, quos mugitus, quos fremitus faciet? *Audient gentes ignominiam ejus, dicam cum Jeremia, & ululatus ejus replebit terram.* Invocabit amicos & notos, sed frustra; nemo enim illius partes aut suscipiet, aut sustinebit *Unusquisque*, ait Isaias, *ad proximum suum stupebit.* Fortunatus esset, si saltem hiantia illum monumenta absconderent, petrae & marmora contererent, aut molares lapides in pulverem redigerent! Expositus ergo totius mundi oculis stabit confusissimus, & longè diversus ab eo, quem se olim mentiebatur, invisus nimirum, execrabilis, atque omnibus exosus, nec ululatus, nec clamores ei proderunt, ut vel ab invocatis montibus speret pietatem. An non ergo censetis, Auditores, peccatores die illa supremam summam atque inexpicabilem pudorem passuros? nunquid verè

Jer. 46. 12

Isa. 13. 8

Job. 8. 22

Ezech. 39. 26

Psal. 108. 29

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

29.

& lucris iniquis inhiamus? quid interest, quod tot obscœnissima facinora sub noctis & tenebrarum velo delitescant? quod sub vultu ad amicitiam composito clandestina, diraque odia tegamus? quod sub honestatis specie animum turpissimum circumferamus? tantò certè majus erit partus tempore opprobrium, tantò major erubescencia!

IV. Nec opponatis mihi, confusionis istius magnitudinem nimium à me exaggerati, cum omnibus communis futura sit. Palmaris enim verò, & gravissimus hic error est: nescisne, cur homines modò ob flagitia sua parùm erubescant, cum multos ejusdem turpitudinis socios ac complices se habere vident? quia nimirum peccati gravitatem, & erubescenciae mensuram à corrupto vulgi judicio desumunt; vident enim peccati turpitudinem passim ita viluisse, ut plurimi gloriæ sibi ducant esse flagitiosos, sitque paulatim honoris & famæ materia, quæ ruboris & infamiae esse deberet. Verùm aliud longè judicium ferent die illa tremendâ: tunc enim suis peccatum meritis æstimabunt, atque ad rectæ rationis bilancem librabunt, ut peracutè observavit Doctor Angelicus; *nunc confusio respiciet æstimacionem DEI, qua secundum veritatem est de peccato.* Proh, quantum ergo erubescant miseri, cum sese turpissimi hujus monstri authores agnoscent? perpendite, quæso, quanto rubore perfusa fuit illustris illa matrona, quæ clavam Ecclesiæ tenente Martino quarto, si benè memini, Romæ si-

H 2 lium

lium peperit, instar urfi pilosum, adun-  
eis unguibus, pilis hirsutis, rictu bestia  
deformem. Matribus hoc iudicium  
relinquamus, formosæ proles tam cu-  
pidis, si nondum habeant, & tam su-  
perbis, si habeant, quantam credant  
infelicis illius fuisse confusionem. Ec-  
quid ergo dicent reprobi, si se scedis-  
simi illius partus, peccati nimirum au-  
thores aspiciant: hoc enim monstrum  
est, cui nec Lernæ palus, nec lacus  
Asphaltidis, nec stagnantes Cocyti  
putei, simile unquam produxere; cui  
horrore cedunt Gorgones & Scyllæ,  
Cerberi & Centauri, Sphinges & Hy-  
dra, Geriones, Minotauri & Piones;  
imò peccatum est illud monstrum,  
quod, quidquid in mundo monstro-  
sum & terrificum est, genuit. Hoc  
illud monstrum est, quod spiritus  
Angelicos, tam excellentes prius &  
nobiles, in scedissima demonia com-  
mutavit; illud est, quod tantam in  
genus humanum infelicitatem indu-  
xit; illud est, quod cum DEI filius in-  
dueret, tantum Divinis oculis horro-  
rem iniecit, ut leprosi instar, aut sca-  
bie malignæ correpti, etiam infamiam  
maledicti ferre debuerit, *factus pro*  
*3.13. nobis, teste Apostolo, maledictum: an*  
non ergo gravissimè confundendos  
creditis peccatores, cum videbunt se  
monstri huius esse progenitores, neque  
ullus eis modus supererit, aut partum  
celandi, aut fortum abscondendi, aut  
persuadendi aliis, esse partum non  
suum, prout in cæteris monstrousi  
partibus fieri solet.

V. Hæc tamen quantaecumque ve-  
recundia comparari, me iudice, cum

illa non poterit, quæ tunc illos obruet,  
quando à Christo, vultu ad majesta-  
tem composito, suam sibi ingrati iudi-  
nem, Divinæ ejusdem personæ ac pre-  
tioso Sanguini tam injuriosam, au-  
dient exprobrari. Profectò Audito-  
res non satis assequimur, quanti mo-  
menti opus sit, Christum pro nobis  
mortuum esse; sed cum divino ali-  
quando ejusdem conspectui sistemur,  
tunc enim verò nos maleferiatos, crü-  
dos & inhumanos fuisse agnoscemus,  
dum ejus amore non solum pauperum  
subsidium negleximus, sed etiam de-  
bita Ecclesiis & Monasteriis jura sub-  
traximus, aut injustè negavimus,  
Christumque in imagine sua ignomi-  
niosè despeximus; quæ non ergo con-  
fusione, quo rubore vultum operiemus?  
Alvarus Bassanus, supremus  
classis Archihalassus, non minus navi-  
gationibus à se institutis celeberrimus,  
quàm victoriis de hoste reportatis  
eximius, in mandatis à Philippo Se-  
cundo Hispaniarum rege acceperat, ut  
formidandum illum cogeret exercitum,  
qui, infæustâ subinde expeditione in  
Angliam motâ, disperit; cumque  
navigia, tanto molimini necessaria,  
adornanda essent plurima, commea-  
tus & annonæ copia paranda, belli &  
armorum apparatus instruendus, miles  
insuper plurimus colligendus, non  
poterat Alvarus tantâ, quam rex a-  
nimo conceperat, celeritate tantæ  
molis negotium absolovere, commo-  
tus ergo in Archihalassum rex, voca-  
tum in regiam, vultu turbato, & voce  
gravi hunc in modum increpuit: *malè*  
*tu quidem pro benevolentia in te mea,*  
*mihî*

Fam.  
Strad. de  
bell. Belg.  
dec. 2. l. 9.

*mibi gratiam rependis!* nec plura addidit; hæc sola tamen exprobratio, in domito ceteroquin cordi frangendo par fuit: egressus enim è conclavi regio Alvarus, vultum pudore suffusus, domum concessit, mox lecto infirmus decubuit, & paucorum dierum intercapedine vitæ terminum posuit. Nul- lum ego vestrum, Auditores, tantâ mentis inopiâ laborare crediderim, ut Christi iudicis & voci, & vultui, non plus Majestatis, & sacri horro- ris, quam terreni Regis attribuat; quæ ergo mens, quis sensus vobis erit, si in Di- vinum conspectum admissi, offensi, Numinis vocem, omni tonitru gra- viorem audietis? *Loquetur in irâ sua.* Nec ille vobis objiciet admittam in Divino servitio negligentiam, aut tarditatem, excusatione ac veniâ di- gnâ, sed læsæ Majestatis crimina, suæ personæ contemptus, nullâ tergiver- satione excusandos exprobrabit. Ego, inquit, tui amore in crucis ligno mortuus, gratum aliquod à te obse- quiium sperabam: sed, edic ingratel an tanti amoris excessui respondisti? quid econtrariò in meam injuriam non designasti? nomen meum pes- fumdediti, servos meos calumniatus es, templa profanasti, verba mea lu- dibrio habuisti, blasphemis sangui- nem meam polluisti! an fortè nimium à te petii? imò illud duntaxat reve- rentiæ & honoris à te expectavi, ut ne eò usque vilis ac contemptus tibi forem, ut tuis me obsequiis indignû aestimares: centonem petii, quo cale- fierem tempestate frigidâ; panis frustulum, quo famelicus pascerer; tu

autem, quid adhæc? ut tuas mihi opes impenderes, in obscenâ thecatis dila- pidasti, profudisti in consortiis vitæ dissolutæ & profligatæ, attrivisti luxu immodico, in infami lupanarium for- nice dissipasti! Ecce, quid à te potuerim impetrare, postquam ad te redi- mendum in cruce mortuus sum? ut scilicet nemo hominum esset, quem non magis diligeres; nemo, quem minus aestimares, magisque contem- ptui haberes. Hæc Christus dicit, hæc exprobrabit; & quis adeò imper- territus, frontisque tam perfrectæ erit, ut vel vultum levare, aut dicen- tis conspectum possit sustinere! *Anse Nahum. 1.6.*  
*faciem indignationis ejus quis stabit?*  
Ah popule Christiane! *frons meretri- Jer. 3. 3.*  
*cis facta est tibi, noluisse erubescere!* jam callum obduxisti; nec ista crimi- nationes tibi vultum & colorem im- mutant; mutabis tamen, mutabis die illâ, tantoque ruboris incendio tibi facies exardescet, ut ipsæ etiam in- ferni flammæ mitius urere videantur. Audi, quid S. Hieronymus tibi inge- minet, tantum nimirum damnatorum opprobrium fore, ut omne momen- tum mille eis anni videatur, summeq; desiderent, æternæ damnationis sen- tentiam accelerari, ut se à Judicis præ- sentiâ proripere, & in abyssu inferni abscondere possint: *melius enim esset, inquit, damnatis, inferni pœ- nam, quam presentiam domini ferre.*  
VI. Sed præstolare paulisper, dum ipsimet Ethnici ac pagani ad con- fusionem tuam augendam advocen- tur, qui luce fidei destituti, & Sacra- mentorum subsidio privati tam atro-

cia tamen, ut tu, facinora neuiquam  
perpetrarunt. En! Illustris ex Ro-  
mana Nobilitate Juvenis, Spurina  
nomine, se silit, rarâ formæ elegan-  
tiâ præditus; quam cum offendiculo  
esse intuentibus adverteret, generoso  
ausu ipsemet oblietavit, vultu sædis  
vulnerum ac cicatricum notis defor-  
mato, maluitque minus amabilis,  
quàm minus pudicus haberi. Quid ad  
facinus hoc, à D. Ambrosio rela-  
tum respondebis, Christiane! qui  
ornatu vano & lascivo aliorum oculos  
irritas? utque plures formæ, velut ido-  
li cultores nanciscaris, fictam capiti  
caesariem affigis, luxum in vestibus  
ostentas, genas fuco & cerussâ pin-  
gis? Prohibet Anaxagoras, tenuis,  
qui à patre ei obtigit, fundi possessor,  
qui hujus etiam dominio sponte se  
exiit, ut liberius & absque impedi-  
mento humanis scientiis vacaret. Tu  
verò quid dices, qui omne tuum  
studium in accumulandis opibus po-  
nis, omnemque salutis tuæ curam ne-  
gligis? Veniet Torquatus, qui unius  
duntaxat filij Pater, & filij quidem  
Romano consulatu insigniti, hunc  
ipsum propriâ manu mactare susti-  
nuit, quod disciplinam militarem, felici  
licet culpâ, turbârit. Et tu quid re-  
pones, qui effrænem filiorum licen-  
tiam toleras, ne fortè increpiti tristen-  
tur? Quid de Phocione Græcorum ce-  
leberrimo dicam? hic rerum gesta-  
rum gloriâ insignis, & per livorem  
ab æmulis ad mortem damnatus, ante-  
quam paratam sibi cicutam hauriret,  
interrogatus est, quid mandati filio  
relinqueret peregrè degenti? dicite

illi ex me, respondit, ut omnis pater-  
næ injuriæ oblitus, vindictæ sumendæ  
animam deponat, & inimicis bona  
pro malis rependat. Tu quid ad  
hæc? qui non contentus, ad dis-  
cerpendum æmulum proprios dentes  
armasse, confanguineos etiam & ami-  
cos omnes in partem odij advocas, &  
inimicitiam Vatinianam in hæres  
transmittis? Age Christiane! edissere!  
an non immensa erit ignominia tua,  
dum in gremio veræ Religionis enu-  
tritus, tot scripturarum oraculis, Patrû  
documentis, Sanctorum exemplis e-  
ruditus, multos tibi barbaros & gen-  
tiles virtute videbis antecellere, ad eò  
ut solâ fide exceptâ, quæ tamen sine  
operibus vituperio magis quàm glo-  
riæ tibi erit, te nec justitiâ Aristidi, nec  
vitæ integritate Seleuco, nec castimo-  
niâ Palæmoni, patientiâ Socrati, veracitate  
Pericli, mansuetudine Antigono,  
nec proprij commodi contemptu E-  
paminondæ comparare possis? & hi  
tamen omnes profundas inter tene-  
bras cæcæ gentilitatis concepti, nati,  
educati, absque ulla æternæ vitæ noti-  
tiâ, ignari Evangelij, traditionum,  
dogmatum, prophetiarum, prodigio-  
rum, Sacramentorum fuerunt, neque  
unquam noverunt, DEUM ex amoris  
excessu in eorum gratiam inter acer-  
bissima tormenta mortuum, uti tu  
probè novisti. Quid ad hæc infelix re-  
spondes? quid reponis? an non rubo-  
rem hoc tuum augebit, totoque jam  
vultu diffusam verecundiam intendet?  
Certè nisi ita se res haberet, nunquam  
Christus tanto verborum pondere  
ad nos terrendos clamasset: *Viri Ni-*  
*nivita*

*Matt. 12. v. 41. & 42.* *Nivita surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam.* In quæ verba, quid Chrysoſtomus? nil aliud præter hoc unicum: *Veniat ergo in mentem, quanta erit illa deriſio!* Chriſtiano exprobrari à barbaris, Chriſti aſſeclam accuſari à Turcis, & à gentilibus ipsis condemnari! quanta hæc eſt confuſio, quod dedecus? *quanta deriſio? quanta deriſio?* quis illam ſatis explicabit? Boleslaus primus Poloniae rex, cum de belli ducibus nonneminem væcordem in prælio, & ignavum in conſpectu ſe exhibuiſſe vidiffet, eolum fæmineam auro ornataſ ei offerri, & ſila ducere coëgit, quo vultu, quâ fronte donum hoc regium exceperit, vos iudicate; certè digerendæ ignominia impar, in deſperationem actus, funem collo inſeruit, & ſibi gulam fregit. Quid ergo fiet, ſi Chriſtianus, ipſius Chriſti ſententiã, gentili & Ethnico comparabitur, nec ſolum comparabitur, ſed poſtponetur? fortis nempe debili, amatus inermi, deſtinatus ad ſceptra ſervo & mancipio ignobili? an non hæc ignominia ſenſu acerbiffima, omnem aliam longiffimè excedet? Niſi fallor, manu vultui admotâ ne agnoſcantur, ſe operient, & in planctus ac lamenta effuſi, cum Regio plaſte ejulabunt: *O nos miſeros & infelices! Confuſio faciei mea cooperuit me, à voce exprobrantis & obloquæntis, à facie inimici & perſequentis!*

*Ps. 43. 16.* VII. Ne quis tamen fortè erret, advertendum eſt, gentiles, quos adduxi, nullum in reprobos poteſtatis judiciariæ actum exercituros, quâ

ipſâ de cauſâ non dixit Chriſtus: *Sedebunt, & condemnabunt,* quod proprium iudicis eſt, *ſed ſurgent & condemnabunt,* ut delatores; ſoli enim Chriſto iudici calites aſſidebunt, Apoſtolo teſte: *Sancti de hoc mundo iudicabunt.* In quosnam autem reprobos Cœlites judiciariã ſua poteſtate uſuros arbitramini? nunquid in omnes? Ita verò: in eos tamen maximè, à quibus, dum viverent, ſingulari aliquâ injuriã affecti ſunt; hi præ reliquis in iudicium numerum & iudici partes allegentur: *Stabant iuſti in magna conſtantia adverſus eos,* *Sap. 5. 1.* *qui ſe anguſtiaverunt:* hos accurato examine diſcutient, in hos præcipuè fatalis decreti formulam conferrent, in hos ſententiæ decretoria fulmen intorquebunt. Nunc ergo mecum conſiderate ignominiam Herodi ſuſtinendam, dum iudicem ſuum habebit Joannem Baptiſtam, cui caput demeſſuit? quàm probroſum erit Neroni iudicari à Petro & Paulo, quos vinculis & infami cippo conſtrinxit? Diocletiano, iudicem habere Sebaſtianum, quem palo alligatum ſagittis confixit? Valeriano, habere Laurentium, quem craticulæ impoſitum aſſavit? Si enim magnanima Cleopatra, ne in Auguſti, in quem arma moverat, triumphum duceretur, viperam nudo pectori admovere, ejuſque morſu emori non dubitavit, quam tamen ſummis honoribus procul dubio coluiſſet Auguſtus, nec vivam iis defraudâſſet obſequiis, quæ vitâ functam venerat? quid ergo damnatos facturos & paſſuros exiſtimatis, ſi ſeſe quibuſcunque impenſis opprobrio



brío longè graviore possent subtrahere? in quam acerbos ejulatus ac fremitus præ pudoris vehementia erupturos eos censetis, dum prostratos se videbunt ad pedes nudipedum illorum, exalceatorum, vilium & neglectorum, quorum vitam & opera, velut delira ac stulta quondam deridebant? O confusionem tremendam! O despectum atrocem! Quàm verum esse experientur Iliæ vaticinium! *Adorabunt vestigia pedum tuorum, qui detrahebant tibi!* Ecce dignitate senatoriâ, consulatu & coronis inclytos, Fratricula unius gratiam implorantes, quem olim non tantum cum fastu repellere solebant, sed nec preces admittere dignati sunt? Ecce Epulones, Lazari favorem ambientes, cui antea nec mucidi panis micas, canibus projectas indulgebant! Ecce Achabum Nabotho supplicem, cui quondam violento raptu vineam extorsit! Ecce Holophernem Achiori adgeniculatum, cujus olim admonitione superbo supercilio contempsit! Quæ major confusio vel mente concipi potest? Neque satis erit, impios æmulorum gloriam coram intueri; sed necesse erit, eorum tribunali sisti, ad iisdem cum potestate examinari, judicari, confundi, & quod omnem horrorem excedit, mortis æternæ reus condemnari quam primum enim de corpore delicti palam constabit, seque ad ferendam sententiam Christus accinget, Cælites ad unum omnes, pleno veluti choro & festivo applausu se jungent, & amaro cum risu damnatis insultabunt, ac dicent: Apage in-

Isa. 60.  
14.

felix turba! *Discedite maledicti in ignem æternum!* abite præcipites & in abyſſo inferni vos mergite! quid moras necitatis? *in ignem æternum, in ignem æternum!* procul hinc in malam crucem miseri! *discedite maledicti, discedite!* ad æterna incendia, ad flammæ æternas, ite, ite, sepulti, immerſi! actum est: *ite in ignem æternum, in ignem æternum!* Hæc domus vestra est, in omne retrò ævum parata! cælum enim, quod modò extremum suspicatis, æternum desperate! *discedite maledicti in ignem æternum!* His clamoribus urgebunt miseros, nec cessabunt impropriis, ludibriis, & si dicere fas est, sibilis persequi perditos, usque dum hianti fatiscens terræ barathro absorbeantur, atque ultimum confusionis complementum experiantur, quod psaltes regius expressit; *Erubescant impij, & deducantur in infernum.* Si enim tanta fuit Protoplastorum Evæ, & Adami erubescencia, dum sese è primi viridarij deliciis, paradiso, inquam, ejectos, & ad aratrum ac sulcos destinatos viderunt; si tanto pudore affecta est Agar, è latibus Abrahami unâ cum filio Ismaële expulsa; & peregrè vagabunda; si tantus rubor Mariæ Aaronis sorori injectus est, quando se leprâ percussam, & papilionibus populi sui vidit ejectam, quantumvis intra septem dies redeundi spes ei facta esset: quid miseris illis accidet, qui angelicarum mentium exclusi consortio, cælitum societate privati, cælesti illâ & beatâ sedis Empyræ regiâ exuti, infimo abyſſi profundo se conclusos aspicient, æternitate

totâ

tota illic intra spirituum malignorum  
confortium victuros? *Dabo vos, O*  
verba Jeremia gravissima! *dabo vos*  
*in opprobrium sempiternum, & in igno-*  
*miniam aeternam, qua nunquam obli-*  
*vione delebitur, nunquam, nunquam!*

VIII. Agite, Auditores, & finem  
dicendo imponamus. An modò ves-  
trum aliquis est, qui non horreat, vel  
mente cogitare, ne tantæ aliquando  
confusioni exponatur? Heu vos, si de  
honore agitur, tactis aded delicati  
estis, ut vel verbulo concitati assur-  
gatis in iras, & unico linguæ aculeo  
irritemini, nec dubitetis, in indigna-  
tione præcipiti ferrum & arma corri-  
pere sanguinem, mortem & exter-  
nium crepare, ut vel levem contemp-  
tum redimatis: interea autem igno-  
minia tantæ periculum negligitis, cer-  
tò vobis incubituræ? ignominia, in-  
quam, tam decumana, gravissima,  
nullaque unquam ætate finiendæ? *qua*  
*nunquam oblivione delebitur?* Omnis  
injuria, per hujus vitæ decursum illata,  
brevis est; hæc autem, de qua lo-  
quimur, an intelligitis? erit æterna  
semper enim per omnem retrò ætatè  
damnatorum oculis pudor ille & ve-  
recunda observabitur, quâ die illâ  
supremâ in totius mundi præsentia  
afficientur, & si S. Basilio credimus,  
in novas identidem furias illos aget,  
ac velut à mente alienos & phreneti-  
cos perpetuò torquebit: *Longè hor-*  
*rendior, quam ignis, erit ille pudor, quem*  
*perpetuo retinebunt.* Si ergo despectus  
longè levior aded vos affligit, stupi-  
di certè, insani, cæci, ac temerarij

R. P. Segneri Quadragesimale.

estis, si periculo longè graviori vos  
exponere deinceps præsumetis.

PARS ALTERA.

I. S. Ed eja, dicite Auditores, nun-  
quid concinnam vobis hodie  
fabulam & commentum proposuisse  
videor? O Pater! respondebitis, quæ  
hæc tua est percunctatio? sermone, an  
joco nobis loqueris? non utique fa-  
bulosa, sed nimis quàm vera hæc esse  
novimus. Verùm repeto meam inter-  
rogationem, vosque obtestor, ut in-  
geniè & absque rubore confiteamini,  
an non ingeniosam vobis fabulam me  
dixisse putetis? Bilem vobis moveri  
video, & non sine commoti animi  
sensu respondere vos audio, majori  
apud vos in reverentia esse Historiam  
Evangelicam, & veritatis æternæ o-  
racula, quàm ut ea inter Poëtarum  
fabulas numeretis: extremum mundi  
judicium, dicetis, non velut anile com-  
mentum ridemus, sed velut assertam  
fidei veritatem veneramus. O exopta-  
tatum responsum, si æquè verū, quàm  
promptum foret! ut enim sincerè  
mentem pandam, credebam ego, si  
non omnes, plures certè vestrum in  
eam adductos sententiam, ut vos quo-  
que fabulam crederetis, qualem esse  
plurimi alij existimant. Sed non Chri-  
stiani, non Orthodoxi, non Catholici,  
dicetis: imò & isti. Ad quid ergo tribu-  
nalia Inquisitionis? Vos videritis: si  
enim omnes ad Inquisitionis subsellia  
rapi deberent, qui judiciū extremū fa-  
bulâ credunt, forsan in te, o amata civi-  
tas, angusti nimium carceres & ergastula  
forent;

Ter. 23.  
40.

Orat. 21.  
de fut.  
jud.

forent; occupandi essent horti ac campi, profananda Basilica, diruenda palatia, ut sat amplum carceribus spatium pararetur, imò dixissem propè per hyperbolem, si non veram, significantem tamen, obstruenda forent omnes civitatis portæ ac aditus, ut unus ex ea carcer efformaretur. Verùm tam præsumptuosus & impudens ego neutiquam sum, ut de vobis hoc dicere vel credere ausim, cum me minimè lateat singularis pietas & studium Religionis, quod hac in Urbe præ ceteris floret; illud duntaxat assero, præter Inquisitionis terrenæ tribunal esse & calesse illud; solùm damnat incredulos, qui tales apparent, istud etiam eos, qui hominum oculis non apparent; & horum è numero multos vestrum esse metuo, quamvis id pernegetis. Sed num plenam hodie dicendi libertatem mihi conceditis? ego autem etiam ultrò oblatam nolim admittere; eam enim licentiam in consessu tam nobili arrogare mihi non ausim, ubi tantos conspicio, quos annis & sapientiâ velut patres, & dignitate velut dominos meos suspicio: itaque partem orationis residuam cedo Præfuli, claritate natalium, antiquitate, doctrinâ, & morum sanctimoniâ conspicio: non enim grave vobis accidet, si adductum è Marsilia Salvianum hoc in suggestu constituam, ut divinâ suâ facundiâ vos erudiat. Eja! decernat ille, more magistri; ego, ut discipulum decet, percontabor. Quid censes, Præfulum Sapientissime! Auditores hi mei, ad quos matutino hoc tempore verba feci, extremum Judi-

cium verumne an falsum, fabulam an historiam putant? loquamur perspicuè, creduntne, an non? abstrahit prudentissimus senex à vobis omnibus, & ne ullum sigillatim offendat, in universum ita statuit: *Nemo est, qui se iudicandum à DEO certum sit, qui non præstei, ut pro bonis operibus perennia bona capiat, vel ne pro malis mala aeterna patiatur.* O dictum benè! & hoc mihi sufficit, nec habeo, quòd vestram deinceps offensam formidem. Dicite ergo: si iudicium extremum creditis, quid agitis, ut, cum dies illa affulerit, faultâ sententiâ potiâmini, aut saltem, ne dirâ & infelici feriamini? idque tanto vestro decore, tantoque cum damno, quantum hæcenus demonstrare conatus sum? Cum in tribunali terreno causam magni momenti agitis, magna sollicitudine quæritis advocatos, remuneramini procuratores, demeremini causidicos, & officialium vobis benevolentiam conciliatis; dies noctesque inquieti discurritis, modò hujus, modò alterius Magnatis atrium teritis; modò hunc, modò alium è Doctoribus circa causa vestra merita informatis, legitis, speculamini, scribitis, recõdita tabularii scrima volutatis, ipsius etiam familia, & domesticarum curarum oblitus; jam manu loculis admotâ alium donis devincere, alium promissis demulcere satagitis, nullâ expensarû habitâ ratione; Principum intercessionem & suffragia conquiritis, nihilque intentatû relinquitis, ut adversarium in lite vincatis, vel saltem ad spem victoriæ eluctemini, sed edicite, obsecro!

1,3,ed  
Eul.Lu  
9.

fecero! an tantum laboris impenditis, ut sententiam in vestrum favorem à divino tribunali extorqueatis, ubi æternitatis negotium tractabitur? Eia, respondete! cur hæsitatis? cur moras trahitis? edicite, inquam, tantumne laboris & curæ negotio illi impenditis? Proh pudor! erubescio, vel verba super hac re facere! si semel quot mensibus sacra Synaxis obeunda suadetur, id enim verò nimium vobis videtur, si in noxarum expiationem poena salutaris inungitur, de ejus acerbitate querimini; si stabile pietatis exercitium assumendum proponitur, molestiam causamini. Saltem pravum illud consortium fuge: non possum, dicitis, lusum illum deferere; hoc equidem nolo. An non quadrantem horæ sero vespere animi scrutinio posses impendere? capiti nocet. An non matutino tempore sacræ lyurgie mysteriis interesse? non vacat. Saltem egenos stipe modicâ impertire, ut in die iudicij tuos patronos agant; *facite vobis amicos de mammona iniquitatis*; ære alieno gravor, numerosam alo familiam, insuper litibus exhaustus sum. Quis ergo injuriam vobis faciat, si dubitet, atque etiam neget, vos firmiter credere, quòd Divino aliquando tribunali sistendi, & in maximi momenti negotio judicandi sitis, cum nec mediam laboris ac curæ partem pro illius Iudicij felici successu impendatis, quam à terreno tribunali judicandi adhibetis? *Non creditis, Non creditis*, Salviani verbis utar, & licet credulitatem vestram verbis velitis asseverare, non creditis. Nunquid enim Divinum

tribunal minus humano metuendum censetis? an minoris momenti negotium, adversarios magis imbecilles, aut rationes magis expeditas arbitrari? num Judicem minus peritum, justitiam minus incorruptam, aut locum appellationi faciliorem creditis? Id ergo unicum dicendum restat, non credere vos, quòd sitis divino iudicio sistendi: *non creditis, non creditis, & licet credulitatem vestram verbis velitis asseverare, non creditis*. Et quid ultra dubitamus? Equidem lubens vobis concederem, vos id credere, si modo non eousque pertingeretis, ut Judicem, cuius tribunal adire necesse est, pessimis modis palam habeatis. DEUM immortalem! quis mihi det lachrymarum, verborum, fervoris & eloquentiæ copiam, ut hoc pro rei gravitate exaggerem. Itane creditis, vos coram tribunali Christi comparituros? & tamen, horreo dicere! mihi ferè vilis, nihil abjectius & despicatius vobis est, quàm Christus. Non ego hic de probis ac timoratis loquor. Vos, appello, vos, inquam, juvenes moribus dissoluti, vos famina vanæ ac luxui deditæ, vos manifesti peccatores, quid respondebitis? *quomodo credere vos futurum iudicem dicetis? apud quos nullus est minor, & despectior, quàm ipse iudex?* A Christo vos judicandos creditis? Bene est. Cur ergo huic interlusu identidem maledicitis? cur concitati in iras, blasphemis eum lacessitis? cur inter contractus perjuriis contemneratis? cur illum inter omnes animi relaxationes offenditis? cur Christi offensam minus, quàm alterius amici

*Idem  
ibidem.*

*Luc. 16.  
9.*

astimatis? cur Christo potius quam hujus vel illius personæ consortio renuntiare parati estis? cur prodigi fortunæ dissipetis & nummos, scurras inter, parasitos & ardeliones, canes inter, & equos, & scorta? cur Christo nihil? an ita terrenum hominem, si iudex vester est, tractatis? an eidem tantâ licentiâ in compitis & angulis obloquimini: tantâ ei petulantia insultatis? an pari temeritate & audaciâ illum in faciem contemnere audetis, quâ Christum domi suæ, in templo nimirum & Ecclesia, contemptui habere præsumitis? quem, licet sub Panis Eucharistici velo præsentem intueamini, in ejus tamen conspectu confabulari, garrere & risu solvi non dubitatis? quin nonnunquam Christi loco animatum Veneris simulacrum adorare non erubescitis? Eja, quod lubet, reponite; Christum judicem vestrum supremum, vos credere futurum, nunquam sanè persuadebitis: *Non creditis, non creditis, dixi vobis, non creditis, & licet credulitatem vestram verbis velitis adseverare, non creditis.*

2. Cor. 5.  
30.

X. Sed cur quæso, id non creditis, Auditores? an non enim Fide Divinâ indubitatum est, egram ejus tribunalis, nemine excepto, comparituros omnes? *Omnes vos manifestari oportet ante tribunal Christi,* exclamat Apostolus. Quid ergo? an speciale exemptionis privilegium jactatis? an astu vos subducere & declinare hoc forum confiditis? an fugæ locum fore speratis? Heu toto cælo erratis; falsissima est vestra fiducia, spes inanis ag-

stulta. Legitur Scytharum Rex, Itanura nomine, quondam Dario Regi capitali suo inimico munus missile rarum ac insolitum, tria nimirum diversæ indolis animalia, glirem, piscem, & volucem, cum sagitta veneno illitâ; ut significaret, Clemente Alexandri-  
no teste, nisi se terræ cavernis instar talpæ abderet, aut piscis instar undarum fluctibus absconderet, aut admodum volucris in nubes & auras avolaret, manus suas & sagittam haud evasurum. Barbara hæc erat, & plena fastu jactantia. Sed dicite! manum DEI effugietis? nequaquam, si regio Psalti fides est: *Si ascendero in caelum, tu illic es.* Si talpæ instar intra terræ viscera me recondam: sagitta DEI me sequetur: *Si descendero in infernum, ades.* Si Oceani fluctibus piscis instar me immergam, illuc etiam sagitta DEI penetrabit: *Si habitavero in extrema maris: illic tenebit me dextera tua.* Nimis ergo blanditur sibi, quisquis DEI manum confidit effugere; quocumque fugies, semper in DEI territorio, atque intra dominii limites deprehenderis; universali pollet autoritate, ubique ministris abundat, ubique cœlestis illi militia præsto est, nunquam DEI manus evades, *Tuam manum effugere,* ait divinæ sapientia oraculum, *tuam manum effugere impossibile est.* Et necdum horrent vobis capitis pili, necdum contremiscitis? velut ignari aut increduli, quod horrendum sit, incidere in manus Dei. *O DEUS meus!* illabere, quæso, eorum mentibus, atque animos flectet ego enim; quanvis eorum pedibus advo-

Serm.  
15.

Ps.  
137.

Sap.  
15.

Ad Heb.  
10. 31.

advolutus supplex id peterem, frustra tamen operam & verba perderem, idque ab ipsis me impetraturum minime sperarem. Despero, inquam, despero: sed cur? an quia obstinati sunt, perfidi, & protervi? id quidem minime mi DEUS! sed quia ego peccator sum. Quam enim ratione hanc veritatem Auditoribus meis persuadere confidam, cum ego eos inter, qui me auscultant, pessimus sum? Tu ergo, mi DEUS! defectum meum benigne supplere, illumque solum, quem supplex efflagito, favorem mihi concedere digneris: unicum nimirum animam ex tot ac tantis presentibus mihi dona! Ita te per Sanguinem illum sacratissimum, quem in Crucis truncis profudisti, per liventes illas Vulnerum plagas, per tormenta & agonem mei amore exantlatum obtestor! Fortunatum me, & felicem! si tantum matutino hoc tempore mihi lucrum accederet; quas grates Tibi, quæ laudem encomia rependerem? quantum bonitatem tuam prædica-

rem? Saltem sperare id mihi liceat! Sed quæ illa tandem erit anima? tua forsitan, o femina, quæ tanto tempore inter libidines, emarcuisti, nec isto è luto eluctari potes? An tu forsitan, Iracunde & furore sathanico effervescentes, usor projecte, adulter impudens, aut perfide scarie? An tu, qui contra conscientie stimulos, & animi remorsus gravem peccatorum sarcinam, tanta annorum intercapedine nunquam integrè deposuisti? Animam volo Domine, & perditissimam quidem: an eam mihi negas? an forsitan injuriam tibi feci, dum unam solum peterem? multas ergo sperabo, & forsitan omnes. An non enim, dilecti Auditores, an non in Iosaphati valle singuli congregabimur? ne permittite ergo, ut eo in loco à nobis mutuo dividamur, aut separemur; sed in id unum incumbite, ut ad dexteram locati, salvi omnes & securi, ad triumphum & gloriam destinati, nemine eum tanta sua ignominia excluso, comparemus.

## SERMO SEXTVS.

DIE MARTIS POST PRIMAM DOMINICAM

*Cum intrasset Iesus Hierosolymam, commota est universa civitas, dicens, quis est hic? Et ingressus Iesus in templum DEI, eiecit omnes vendentes, & ementes in templo. Matth. 21.*

83.

Nescio.

**N**escio, equidem, unde venerit, Auditores, ut deliri præteritarum ac infelicitum ætatum homines, viles ple- rumque, & ignavos deos, potius, quam nobiles ac generosos adorave- rint. Pervagamini, si lubet; diver- sos cæcæ gentilitatis populos, & vi- debitis, eos immensam stupidorum Deorum turmam, saxa motu caren- tia, truncos & metalla omni ratione ac sensu destituta coluisse. Egyptum præ aliis delirasse deprehendo, quæ vix colonum aut agricolam habuit, cui non Deus aliquis in horto suo nasce- retur; ad generandos deos solo opus erat ligone; porrum omne germinans novum erat Numen; omnis cepa, ru- pto telluris utero enata, nova Deitas fuit. O animalia fortunata! quod ma- gis sordida & abjecta, eod magis felicia! thus enim & incensum non adolebant aquilis, aut leonibus, sed lacertulis & vermibus. Turpiusne aliquid repti- lium & insectorum est scarabæo? hunc tamen antiquæ Sienis incolæ Deum habebant. Quid testudine inep- tius? hanc Troglotyæ adorabant. Bove quid stupidius? hunc fumanti acerrâ Heliopolitani colebant. Quid olentius caprâ? hanc Mendani sup- plices coluerunt. Unde tanta stulti- tia, Auditores, cum tantam cetero- quin mortalibus sciamus inesse super- biam? an non pudendum, lunato ge- nu vilissimarum creaturarum quis- quilias colere, casque tam deformes, tam abominandas adolere thura ab- jectissimis animalculis, quæ pedibus

contrita calcantur? facile est, si mea me non fallit opinio, solutionem huic dubio invenire: impij illi Ido- lorum cultores, instinctu naturæ in- superabili agnoscebant, esse aliquod in orbe numen, quod rebus omnibus dominetur: malebant ergo se subjice- re DEO vili ac debili, quam nobili ac potenti. Scelerati oderunt divinam potentiam; sic DEUS, quisquis vo- let, stupidus licet ac sensu destitutus, modò sit impotens & imbellis ad vin- dictam, qualem sibi stultus Marcion finxit. Patrocinator opinioni meæ Theodoretus, qui Philistæos muscam adorare affirmat, animal immundum & sordidum, eam solùm ob causam, quod incrimine profus sit, & aculeo, a- liisque armis careat; sic enim impudè peccare se posse arbitrantur, possunt- que DEUM suum, si fortè adversum vel iratum eum sentiunt, vel manu abigere, vel stabello fugare, aut oris anhelitu dissipare, atque ided *quam viventem stabellis expellunt, eju signu- ram DEUM appellaverunt.* Tam stolidè delirum hac ætate quempiam esse, non crediderim: non est, O pec- catores, non est DEUS, qualem cre- ditis multò Is potentior est, quam ve- litis: timendus ergo & reverendus est. Videte, hodiernâ die quid agat, ut admiratione ætonita tota civitas percunctetur, *Quis est hic?* Ecce enim mitissimus ceteroquin Servator, vultu ad severitatem composito, dex- teram flagello armat, circumstantem turbam graviter increpat, invehitur asperè, contortis funiculis cædit, ter- ret omnes, ac reverentiam docet, non

tantum suæ personæ, sed etiam pa-  
ricibus templi DEO dicati debitam.  
Quid facieris miseri, ut iustum decli-  
neris? quod abscondimini infelices?  
in quod asylum confugietis? ubinam  
tuti latebitis? quin meum potius con-  
siliium amplectimini, ut scilicet ab hoc  
loco pedem prius non moveatis, quam  
DEI potentiam cum timore & tremore  
agnoveritis, atque unâ summam  
peccatoris dementia, qui eò teme-  
ritatis, quis credat? pertingit, ut au-  
deat se DEO opponere: *contra omni-  
potentem*, verba sunt Jobi, *roboratus  
est: & infano fastu ac superbia tetendit  
adversus eum erecto collo.*

II. Et verò quis non expavescat  
hodiernâ die, dum intuetur Chri-  
stum savientem in turbas; everten-  
tem scamna & sedilia, fugantem è  
templo pecudes & animalia, Eccle-  
siam confusione, civitatem horrore  
miscentem? illa potentia omni alteri  
merito præfertur, quæ debilioribus  
contenta est instrumentis, & paucio-  
ribus subsidiis opus habet. Ut rem  
exemplo declarem: si dixerò, Samso-  
nem unius lanceæ gyro integrum  
Philistæorum exercitum stitisse, ac re-  
trò egisse, id certè velut magnæ po-  
tentia argumentum accipietis, majo-  
ris verò, si id solo armatus ense effe-  
ctum dedisset; maximæ, si clavâ:  
quid si dicam, illum temerè arreptâ  
demortuæ asinæ mandibulâ id effe-  
cisse? tum enim verò ad eò obstupes-  
citis, ut præ illâ potentia ludicram exi-  
stimetis illam, quam in summis etiam  
Principibus veneramur. Errat enim  
verò, quisquis eorum potentiam ex

eo metitur, quòd in campum egressi  
equitum peditumque multa millia  
cum lanciariis & catapultariis præmit-  
tant; hoc enim non potentia, sed  
debilitatis est signum: argumentum  
fortitudinis foret, si arreptâ Samso-  
nis instar mandibulâ; inimicum ex-  
ercitum in fugam agerent, strage &  
confusione hostilem campum reple-  
rent, tanto enim plus roboris ac po-  
tentia censetur quis habere, quan-  
tò villioribus armis accinctus, majora  
& illustriora facinora patrat. Tale  
genus potentia hodiernâ die in DEI  
Filios relucet; atque id eò etiam judi-  
cavit Chrysoströmus, DEUM tunc  
maximè Divinitatis suæ specimen de-  
disse, cum superbiam Ægypti, non  
immissis belluis, aut evocatis è saltu  
bestiis, sed infectis vilissimis ex fece  
paludum fregit: *grande spectaculum,*  
inquit, *DEUS universo orbi præstitit,*  
*cum superbiam Ægyptiorum non de  
leonibus & ursis, sed de ranis domuit &  
muscis.*

III. Quæ, cum ita sint, Audito-  
res, unde quæso, tanta vobis, tam-  
que proterva audacia, quâ DEUM  
irritare & offendero audetis: quis vo-  
bis suggerit animos, tantamque te-  
meritatem, ut non contenti illatis,  
novas identidem, novasque injurias  
illi inferatis? nil interest, num faten-  
tes vos reos habeat; facilè enim ipse  
animadverto, illam peccandi auda-  
ciam ut plurimum à divitiarum co-  
pia, & bonorum abundantia oriri.  
Nec id mirum, *pecunia enim obe-*  
*diunt omnia*, ut Salomôn testatur 29.  
& vos ipsos quotidiana docet expe-  
rientia



Scientia. Nullā re indigeo, dicitis; a nutu meo pendent omnia; si licem forensē placet evincere, ad genium meum serviet Notarius; si effrāni libet litare libidini, facillē voluntati meę morigerantem habēbo; si aridet, vindictam de æmulo sumere, ad nutum præsto erit sicarius. Ita nimirum protervi & audaces Deum ipsum aggredimini, ipsique Cælo insultatis, nummis confisi, quibus omnia obscurant: *substantia divitiis, urbs fortitudinis ejus*, in proverbii legimus, & *quasi murus validus circumdans eum*. Sed si omnia pecunię obediunt, num illum quoque subjectum censetis, qui pecunię Dominus est? edicite, quæso, si DEO murum hunc insuperabilem demoliri ac dejicere lubet, an colubrinis, aut tormentorum curculium machinis opus habet? an non præcipuam bonorum vestrorum medullam camporum sulci contegunt, tempestati & aurę subjectam? an vobis ad incitas redigendis antiqua renovare prodigia necesse est, dum a-tate præteritâ faxis Bononię, nostrâ verò memoriâ Budæ plumbo pluit? sed, advertite, quantulo opus sit, ad vos omni spe exuendos! Satis erit, uti fecit Achabo, negare imbrem & pluvias, aut fundos vestros grandini, nebulae, & insectis in prædam dare; una vermium phalanx, una bruchorum aut locustarum acies sufficit, ut Codro fiat pauperior. O quot gloriosos ac superbos divites per hos levis armaturę milites demissis sapere docuit! Nunquid ejectionis

Prov. 10.  
15. & 18.  
11.

hoc medio Cananais Israelē in eorum terras induxit? an non hisce armis Persarum exercitum, sub rege Sapore ad Nisibem congregatum, profligavit? alium verò sub Carolo Rege, ad Gerundæ mœnia explicatis signis fluctuantem, in turpem fugam conjecit? Diodorum percontemini, qualem in Media exciterint famem minutissimi passeris; Sabellium interrogate, quomodo Thraciam rana parvula depopulata sint, à Cromero discite, qualem ruinam Massovię vilissimi grilli intulerint: è Plinio exquirite, quali strage Franciam abjectissima muscæ vastaverint; Sigonium sciscitamine, quā victus & annonæ inopiâ bruchi tenuissimi Italiam flagellaverint: & tum mihi dicite, quantum DEO necesse sit, ut vos inopes reddat, & miserandos. Sed fortassis reddituum vestrorum proventus annui non isthac basi subsistunt; nec siccitatem forsan, nec undarum eluviam, nec vermes, nec feras formidatis. Ubi ergo spes vestras collocatis? an in cambiis, heu quantum fallacibus! an in cenlu? o quoties deficiente & caduco! in mensis numulariorum? o quam infidelibus! in mercatura? ah quantis periculis obnoxia! nunquid navis illa institoria, cui merces vestras commissis, proptis à DEO ventis impelli debet? quantā non curā opus est, ne allidatur ad scopulum, ne hæreat in arena, ne in prædam pyratris cedat? Quomodo ergo DEUM irritare & offendere audetis Institores? & quidem eo ipso tempore, quo commissa Oceano for-

L. 34.  
L. 31.  
L. 8. 11.

2/3  
8.

fortunarum vestrarum pars maxima fluctuat? sed esto, jam portum jacta anchora puppis vestra teneat, nec dum tamen timoris expertes vos esse oportet, cum & in portu, ut Tertullianus ait, occulti non raro vorices lateant, & infida sæpe undarum malacia navim submergat: *Vis est & illa navigiis, quis ignorat? cum longè Capbarais saxis, nullis depugnata turbinibus, nullis quassata decumanis, adulate statu, labente cursu, latante comitatu, intestino repente percussu, cum tota securitate subsidunt.* Quid ergo, si alto etiamnum commissa mari navis vestra jactetur, ubi tanta DEO turbinum, fluctuum, voraginum, scopulorum, monstrorum, Tiphonum copia militat, ut in spiritu vehementi rumpere possit navis Tharsis? Sed ultra progrediamur. Si favillam tectis immittat, nunquid in fumum & cineres abibunt casæ, unde tot lucra capessitis? si contagione greges inficit, nunquid deserta stabunt præsepia, unde tot opes colligitis? si humiditate & putredine flagellat granaria, nunquid fruges marcescent, in quarum abundantia, dum alii fame tabescunt, confiditis? sed esto, signati æris copia feratis cistis conclusa, & durissimi chalybis repagulis custodita delitescat; satis tamen securitatis spondere vobis non potestis: an non enim DEUS est, qui flagro è funiculis texto accinctus, *mensas nummulariorum evertit?* O vos simplices, ô delusos! unica ab æmulis in vos concitata invidia, una calumnia, una in judicio lis intentata, vobis perdendis par est. An

R. P. Segneri Quadragesimale. K reli-

lud Prophetæ vendicat, *meum est argentum, meum est aurum?* & cum hoc probè sciatis, tam protervè tamen eum offendere præsumitis? Eia, si Principum nonnemo omnes divitias vestras, ut Josephus quondam Ægyptiorum, suæ potestati subjectas teneat, illasque ad libitum vel dare possit, vel eripere, an palàm & apertè vos ejusdem inimicos profiteri stolidissimè auderetis? cur ergo in Deum id audetis? O stupiditatem! O amentiam! O cæcitatem! quia locupletes estis, DEUM offendendi audacia vobis crescit: ego autem hanc ipsam ob causam majori ipsi reverentiâ & honore dignum dico; si enim inopes essetis, levius supplicium mereremini; cum autem divites sitis & copiosi, graviori longè supplicio subjacetis, ut scilicet ad mendicitatem & inopiam redigamini.

IV. Sed demus, DEUM plenam vobis proventuum vestrorum possessionem indulgere; nunquid illorum usu ac fructu privare vos facilè potest? divitiæ, ut philosophia docet, propter se desiderabiles haud sunt, sed propter ea solùm, quæ ex divitiis sequuntur, gloriam nimirum, amicitiam, honores, parentelas, convivia, lusus, voluptates; hæc tamen omnia Divinæ Potestati plenissimè subsunt, & ab illa manu dependent, in qua Divus olim Joannes vidit stellas septem, Planetas nimirum, omnis terrenæ felicitatis dispensatores. Longum esset, sermocinari de singulis; loquamur de uno solo, quod

reliqua omnia complectitur. Sanitas & valetudo bonorum omnium fundamentum & basis est: *non est sensus super sensum salutis corporis*, ait Ecclesiasticus; ad quid enim suburbana magnifica, horti & palatia ad delicias usque exulta, si, lecto cum Rege Asia detenti, eis frui non possumus, ac medicè vivere necesse est? fructus bonorum, quæ mundus habet, non est eorum possessio, sed usus; hinc eodem Ecclesiastico iudice: *melior est pauper sanus, & fortis viribus, quam dives imbecillis & flagellatus malitiâ*. Pauper enim valens & sanus exiguo saltem, quod habet, fruitur & gaudet; dives autem infirmus inter opes, quibus abundat, velut Tantalus, torquetur: tametsi ergo fructus lapidissimi arborum vestrarum ramos gravent, vinea floreat racemis dulcissimis, penuaria vestra cupediis abundant delicatissimis; si appetitus prostratus est, si palatum corruptum, si plus nocumenti, quam voluptatis hi cibi afferunt, cui bono hæc omnia? si acutis caput torquetur doloribus, ad quid literatura omnis & scientia? doctissimus erat Angelus Politianus, nihil tamen inde voluptatis aut commodi hausit, dum molestissimis, quæ cerebrum affligebant, puncturis confixus, caput parietis allisit: si vorax gangræna peccus arrodit, quid prodest omnis vestra potentia? potentissimus erat Herodes; nec tamen tueri se potuit adversus vermium morsus, qui viscera ejus depascebantur, unde doloris impatiens ipse sibi cultro præcordia sci-

dit. Quid juvant mollissimis instrati plumis lectuli, & grabatum pretiosis saporis inumbratum, si misero Mecænatii similes estis, qui trium annorum spatium, ne unius quidem noctis somnum lassatis ex tam diuturna vigilia palpebris potuit conciliare? Et quid plura? unica febricula fortissimum mundi Principem potest miserum reddere & infelicem, ut Augustinus ait: *quamvis humana*, inquit, *gaudia non sint gaudia, tamen qualiacunque sint, aufert omnia ista una febricula*. Edicite! an non languoribus hæc vestrum etiam corpus obnoxium est? Sed sumus, dicetis, juvenem floridi, valetudine prosperi & firmi? quid tum? Athleticum sit vestrum robur, nunquid tamen multo molimine opus est, ut DEUS illud enervet & prosternat? unico rheumate, unâ fluxione, uno calculo renes exulcerante de illo actum est, Unde ergo tam modicus DEI timor & reverentia, cum tamen vitæ mortisque sit Dominus? *sanitas in pennis* <sup>Malin</sup> *ejus*; leni solum agitatione, uni illam <sup>4. 1.</sup> eripit, & alteri confert, rursusque huic ablatam in alium transfert. DEUM immortalem! video terrenos iudices subditis suis formidabiles se reddere, positus ob oculos, equuleis, virgis, cippis, vinculis, funibus, & ceteris tormentorum instrumentis; DEUS autem immenso tristisque morborum apparatu circumdatus, sui timorem à vobis extorquere non possit? quamvis identidem amicorum nostrorum corpora, intensissimo doloris sensu ac cruciatio, dentium, sto-

machî, renum, podagræ, ulcerum, & calculorum exerceri videamus. Certè iudicum nullus in reos tam exquisitis suppliciis animadvertit; præfixum saltem à lege terminum habent eorum tormenta, & paucarum horarum spatio absolvuntur; quæ autem DEUS infligere potis est, nullis annorum limitibus circumscribuntur, suæque diuturnitate nonnunquam adeo intoleranda evadunt, ut plurimi mortem sibi violentam inferre, quàm cruciatum vitæ tam diuturnum ferre maluerint: scimus, id Titum, Aristonem & Silium Italicum fecisse, quos Plinius Junior, quamvis immeritò, summis propterea encomiis afficit. Speusippus Philosophus, paralytis doloribus impar, seipsum interemit; idem exemplum secutus est Orator Portius, ut lentas quartanæ molestias evaderet; idem fecit Clæonæus Timanthes, qui morte voluntaria diuturnos languores redemit; Sesofer Rex oculorum suorum orbitatem indignatus, omne sibi lumen illatâ morte sponte extinxit: nostrâ etiam ætate Antonius Quernus, Poëta non inamœnus, interno viscerum dolore excruciat, forcicis ictu sibi metipsum ventrem secuit. Si ergo Deo tantâ morborum varietate, illas sibi injurias vindicare, tam facile est; an non insignis stupiditatis est, tam perfrictâ in eum petulantia bacchari? Credo ego, multos sibi imaginari, se esse temperamenti tam sani, atque ex massa adeo robusta concretos, ut vulgaribus mortis telis sint impenetrabiles, ac periculis securi, nisi DEUS pestem immittat, qualis

Philippi Francorum Regis tempore Germaniam depopulata est, eâ veneni atrocitate, ut aves contagionis horrore è nidis, feræ è spelæis, è foraminibus terræ serpentes profugerint, & homines intra viginti quatuor horarum spatium unâ cum fatenti sudore, per apertos corporis poros fluente, animam exhalaverint: verùm non est opus tanto molimine, Auditores non est opus! nunquid enim celeberrimo illo Babylonæ Colosso fortiores estis? & illi tamen diruendo lapillus parvulus sufficit. Optarem ego hodie, ut cujusvis nostrum corpus pellucidum, & crytalli instar diaphanum foret, ad distinguendâ minutim innumera ossa, musculos, nervos, venas, fibras, arterias, & cartilagineas, quibus humani corporis fabrica consurgit; quis vestrum non exhorresceret, si videret, quàm facile DEO sit, structuræ, è tot minutis partibus coagmentatæ, ordinem & symmetriam turbare? Ridebitis fortassis, memores fatui illius, qui corpus sibi vitreum esse credidit, pluribus propterea annis mollibus in plumis eodem corporis situ cubare, & procul ad se accedentes rogare solitus, ne propiori accessu in se impingerent, & vitream membrorum suorum compagem frangerent: ego verò potiori jure quæror, verè nos vitro esse fragiliores, & tamen robur æri campano simile aut firmius inaniter jactare. Sapienter advertit Augustinus, vitrum naturâ quidem fragilissimum esse, si tamen probè custodiatur, longam ferre ætatem: tantâ fragilitate custodita durans

tant per secula; cum tamen homini, quacumque cautela adhibita, pereundum sit. Horrorem incutit, quod de illo Legum & Jurisprudentiæ oraculo Baldo narratur, qui, cum castello, quem ut delicias suas in sinu fovebat, blanditus osculum daret, morsu ab eodem exceptus est, & tantillo è vulnere in furias actus subito concidit, & expiravit. O temerariam sanè hominum superbiam! qui irritare DEUM audent, cui usque adeo facile accidit, eos in momento delere. Quid tam & contra DEVM

*Job. 15.*  
13. *Spiritus tuus? liceat cum Jobo dicere: nunquid unica pisciculi spina Tarquinio Romanorum regi vitam eripuit? pilus unicus cum lacte haustus Fabio? racemi acinus Anacreonti? musca potui mixta Adriano quarto supremo Ecclesiæ Præsuli? unica aciculæ punctura Luciae Marci Marcelli filiae Principi? Tu autem, insensate! Eum, cui tanta potestas est, nec honore, nec timore, nec reverentiâ prosequeris? & DEVM, verba sunt Danielis prophetæ pungentissima, & DEVM, qui habet statum tuum in manu sua, non glorificasti! Memini me legere, Barbarum quendam, Munutamam nomine, Vasco Nugnesio, inlyto illi Iodiarum domitori, falso delatum esse, velut læsæ majestatis reum; tentavit miser necquicquam ad se purgandum, quidquid mortis timor dictaverat: tandem, quasi peroraturus ad Ducis pedes se abjecit, manuque ejus gladii capulo reverenter impositâ, dixit; tunc credere aut suspicari possis,*

tantum me scelus in te tentasse, aut cogitasse, cum tamen te videam tam crudeli acinace accinctum, qui icæta unico hominem dividat medium? Sic natura ratiocinari barbarum docuit: nec enim credibile videbatur; hominem, qui more gentis nudo corpore, & non nisi ligneo ense armatus incessit ausurum laceffere illum, qui ferrum & chalybem rotaret. Ah Christiani! quid respondetis? Vobisne DEUM irritandi animus sit, quibus apprimè perspectum est, quantum vos inter, vilissimos terræ lumbricos, & DEUM, qui absolutissimus Dominus est, discrimen intersit? non ille tantum gladium ad latus pendentem gerit, sed quidquid fulminum nubes abscondit, quidquid antra & spelæa ferarum nutriunt, quidquid toxici latet in herbis, quidquid est gurgitum in profundo maris, quidquid flammarum in Vesuvio ac Ætna exardescit, tot arma gerit fastui vestro retundendo; & hunc non formidatis? an armis hisce elidendis clypeum fortè & parmam obtendetis? si uni febriculæ, uni fluxioni, gangrenæ, aut stillæ apoplecticæ imperat, actum est de vobis; quid ergo fiet, si manum fulmini, tonitruis, turbinibus, & terræ concutiendæ admovebit? an inanem vilissimi homuncionis fastum infringere non poterit, qui nutu unico vastos montes in pulverem disjicere, maria siccare, solis splendorem extinguere, totamque tellurem in nihilum redigere potest? Verissimè dixit Jobus, *vidi eos, qui operantur iniquitatem, stante DEO perisse: adver-*

*Dan. 10.*  
24.

advertite: non ait; fulgurante, nec fulminante, sed flante; si enim DEO placitum fuerit, uno nos oris halitu distillabit: *spiritu labiorum suorum interficiet impium.*

V. Nec ille absolutissimus duntaxat vitæ Dominus est, eamque unico oris sui halitu, *spiritu labiorum suorum*, distillare potest; sed etiam id executioni dare potest modo ac tempore penitus insperato, cumque id minimè suspicamur. Rectè observat Tertulianus, DEUM, dum homini mortem intentat, semper quidem se formidabilem reddere, tunc autem præcipuè, cum mors nos occupat, quando vita maximè esset in votis: *multò enim violentior mors est, inquit, quam tunc mors affert, cum jucundius est vivere, in exultatione, in honore, in requie, in voluptate.* Ut quid ergo, juvenes lascivi & indomiti, alienæ castimonie insidiando DEUM tam graviter lacestis? cur vos avari & cupidiones, accumulandis per fas & nefas nummis intenti? cur vos ambitiosi, honoris fumos captando? cur vos, parentes improvidi, stabiliendis parentelis ac familiis? cum tamen ille telam intentionum vestrarum, quam tanto studio texitis, unico ictu interciderè possit, cum totius tam laboriosæ texturæ jacturâ. Quis satis explicet, quantum laboris quondam insumpserit Bibulus, Senator Romanus, ut ad triumphum pertingeret, quantos exterorum, bello lacestos, de vitæ statione dejecerit, quot non telis veneno illitis sustulerit, quantos acutis confoderit mucronibus: sed ecce, dum spei

suæ apicem attigisse se credidit, modum Deus invenit ejus consilia evitendi: nec multis opus erat impensis; mortem ad Capitolii limina constituit, non romphæâ accinctam, aut telis instructam, non balistis & catapultis formidandam, sed unâ tecti tegulâ vel imbrice armatam: tecti tegulâ enim verò, tecti tegulâ, quæ Bibuli, Capitolii limen gloriose subeuntis, allisa capiti in curru triumphali sedentem occidit, atque unâ laurum in cupressum, tripudia in luctum, plausus & acclamationes in lessum & nœniam convertit. Unde ergo, ô peccatores! tantæ potentie tam modicus in vobis timor est, ut eam non solum liberrimè irritare, sed eidem etiam superbè insultare audeatis? illorum vestigiis insistentes, de quibus Jobus ait: *Audacter provocant DEUM!* Ego, ut veritatem vobis ingenuè profitear, causam tantæ securitatis studiosè inquisivi, sed pace vestra invenire hætenus, etiam post longam indaginem haud potui. Videor tamen, ex impiorum numero aliquem respondentem audire: frustra te fatigas, nos ipsi hujus rei causam tibi aperiemus: & nobis initio formidabilis visa est DEI potentia, quam usque adeo hætenus exaggerasti, neque irritandi eam nobis animus fuit, sed experientia nos fecit audaces; patrato enim primo flagitio, nihil infortunii experti sumus, subinde animosiores facti scelera sceleribus cumulavimus, à stupris in incestus, ab odio in vindictas, à linguæ licentiâ in blasphemias nos præcipitavimus: & tamen etiamnum vivimus,

Isaia 11.

Lib. de anima c. 42.

Job. 12. 6.

opibus abundamus, longam liberorum  
feriem numeramus, copiosos amicos  
& clientes habemus, ipsimet æmuli  
& inimici nos reverentur, cur ergo ti-  
meamus illam potentiam, quæ, quan-  
tumvis fortè aliis, nobis tamen mini-  
mè timenda videtur? Quid? vobis  
minimè timenda? O DEUS! hunc  
tui contemptum dissimulas? hanc ar-  
rogantiam audis, & sustines? heu fru-  
ctum longanimitatis tuæ! *Indulxisti,*  
*Domine, indulxisti;* sed quo emolu-  
mento? *nunquid glorificatus es?* Imò  
contraria omnia! &, ut *Isaiæ* verbis

*Isa. 16.* *Elongasti omnes terminos terra.*

*15.* Ubi ergo morantur fulmina, quibus  
innocua turrium cacumina, & tem-  
plorum tholos nequidquam feris? in  
impios potiùs ea dirige ac torque:  
quorsum enim jubes, sacros oratores  
tui potentiam brachii populis annun-  
tiare, si eam non manifestas, nosque  
pudore confusos, ac velut mendaces  
Auditorum ludibrio prostituis? Con-  
dolere jam possum prophetis tuis, Jo-  
næ & Jeremiæ, quòd tuis imperiis re-  
fractarios se ostenderent, ne scilicet  
populorum fabula, & gentium ludi-  
brium fierent. Credebam equidem,  
me hodiernà die salutarem Nominis  
tui timorem & reverentiam Audito-  
rum animis ingenerasse, sed video iis  
crevisse audaciam, tuæque bonitatis  
noxiam eos fiduciam concepisse; ego  
autem, qui totà die cum Propheta

*Jerem. 20.8.* *vastitatem clamito, vastitatem,* stabo  
delusus, & Auditorum sibilis explo-  
dar. Sed, ò me fatuum! qui DEO de-  
lirus obloquor, cujus providentiâ &  
sapientissimâ dispositione omnia gu-

bernantur! Eja peccatores! ultro vobis  
permitto, quod objicitis! nullas  
hactenus DEO pœnas dedistis; felices  
vivitis & fortunati: quid ergo?  
an minùs propterea vobis timendus  
DEUS? O sequelam falsissimam!  
nego illam, & pernego: quin ex hoc  
ipso infero, vos Ei plus timoris & re-  
verentiæ debere. Audite, quid di-  
cam, & ego noxium vobis errorem  
eximam, vosque evidenti ratione con-  
vincam. Quòd DEUS hactenus in  
vos pro meritis non animadverterit,  
duabus de causis accidisse credendum  
est, quòd scilicet aut condonavertit  
vobis pœnam, aut quòd distulerit; al-  
terutrum enim ex his duobus affirma-  
re necesse est: Fingamus condonasse,  
tantò ergo magis timendus est Deus;  
quantò enim facilior hactenus in con-  
cedenda venia fuit, tantò inclemen-  
tius eam deinceps negabit, nam pa-  
tientia irritata in furorem converti  
solet. Misericors est DEUS, sed unà  
est justus: *Dulcis & rectus Dominus;* cum  
ergo clementia suo hactenus of-  
ficio functa sit, suas etiam Justitia par-  
tes implebit: *quale enim est, ut DEUS*  
*præcepta constituat, non executurus; ut*  
*prohibeat, non vindicaturus?* clamat  
Tertullianus. Quis Principum est, qui  
nunquam puniat, & semper condo-  
net? certè moderatus rigor custos est  
legum, obsequii exactor, innocentia  
tutor, & basis regnorum: & quemad-  
modum largiti interdum veniam, est  
clementia & pietatis argumentum;  
ita nunquam punire, ignavi animi  
signum est: quantò ergo plura tibi  
DEUS indulxit, tantò magis cum ti-

me. Quodsi DEUS non condonavit, sed solum distulit debitas peccatis tuis pœnas, ut eas vel in futura, vel in præfenti adhuc vita, citius aut ferius exsolvas, hæc mora vindictæ nequiquam temeritatis, sed timoris materiam tibi præbet; timendum enim meritò est, ne fræna furori suo laxet, omnemque suam indignationem uno velut impetu, torrentis instar, in te effundat. Heu quàm terribilis erit Divinæ Justitiæ furor, toto tunc pondere capiti

*Isa 8 15.* tuo incumbens? *quasi flagellam inundans.* Cavete igitur, cavete! ne lenta divinæ dexteræ mora temerarios vos reddat & audaces, sed humiles potius, pavidos & cautos. Si secus feceritis, rupto tandem aggere exundabit *Eccl 39. 28.* Divina Nemesis, ut Ecclesiasticus loquitur: *Quomodo Cataclismus aridam inebriavit, sic ira Domini gentes, quæ non exquisiverunt illum, hereditabit.* Et quando tandem furoris impetum usque adeo horrendum in vos exonerandum existimatis? Dicam, sed quiescamus tantisper, ne longiori sermone vobis tedium pariam. Vos interim alteri sermonis parti vacuas aures servate, quæ, ut spero, non inamœna, nec ingrata vobis erit.

## P A R S A L T E R A.

VI. **Q**uodnam sumendæ de impio vindictæ tempus DEUS determinaverit, nemo sanè certâ conjecturâ assequetur, quò tardiori, eò graviore manu ferit: Hoc à secreto DEI judicio dependet, cujus notitiam *Act 17. 1.* sibi soli reservavit: *Quæ Pater posuit in sua potestate.* Hac de causa veteres

dicere solebant, *Dii laneos pedes habent.* Tam inobservati enim imminent, ut eorum adventum nullâ diligentia prævertere possis. Si tamen, ut agnovit Hieronymus, *de præteritis futura noscuntur;* horam si non certam, saltem à certa non multùm distantem statui posse existimo. Per spectum vobis esse arbitror modum illum mirabilem, quo Civitas Hierichuntina à Jolue fuit expugnata. Et Ducis imperio Arca fœderis civitatis mœnia septem diebus matutino tempore obibat, præcedentibus in fronte armatorum agminibus, populo inermi inter festivos tubarum ac lytuorum, quos sacerdotes inflabant, clangores ponè subsequente, usque dum dies septima illuxit, quâ, eodem tubarum sonitu perstreperente, tandem muri conciderunt, & urbs capta est. Hunc successum, cunctis notissimum, finite, quæso, more meo contempler, & expendam. Cùm Primâ die obsessi Hierichuntis incolæ instructam hanc aciem ordine suo procedentem è muris spectarent, cùm tubarum clangorem auribus exciperent, quo terrore consternatos fuisse miseros existimatis? an non despertienda jamjam in turmas agmina ad assaultum expedita, moxque in munimentis comparitura putaverint? cùm verò tantum apparatum nullo successu evanuisse intuebantur, an non ex metu respirasse, & animos resumpsisse creditis? cùm secunda die eandem pompam institui cernerent, obsessorum timor in admirationem versus est, neque capere poterant, quo fine tam insolitos vanosque



nosque strepitus hostis concitaret. Die tertia admiratio in risum & cachinnos abiit, cum frequenti jam experientia nossent, cassa brutaque esse fulmina, quæ hostis minaretur. Quartâ, quintâ & sextâ die, cum animi erescerent obsessis, vos mihi risus, ludibria, sannas, sibilos & clamores cogitate, qui è murorum ambitu audiebantur! Dixerint enim verò: festivus sanè est hic tubarum concentus, novum hoc scilicet stratagema, non machinarum vi, sed inani sono munitissimas velle urbes expugnare! Eia! clangite alacriter; nos ad musicam vestram choros ducemus. Num fortè strepitu nos terrendos esse arbitrâmini, quos arma non terrent? erratis infani; nolite nos stupidas volucres credere, quæ fragore & strepitu consternatæ decidunt. Eja! si animus vobis est, ponite tubas, manum capulo admovete, & tum milites vos esse credemus. Hunc in modum è muris & propugnaculis obsessos obsidentibus insultasse verisimile est; & si unquam vel formido minor, vel risus effusior erat, id die septimâ crediderim accidisse, postquam tot jam securitatis argumenta præcesserant. Sed ecce! illo ipso temporis articulo universalis murorum ruina incubuit: *Septimo circuitu clangentibus tubis muri illi corruerunt.* Vos ipsi nunc iudicate, num tristes magis, magisque inexpectata hæc strages accidere potuerit. Adhuc infelicibus risus natabat in labris, cum repente labi incenia, præcipitari tures, propugnacula inclinari, omnia ruinis involvi, audiri morientium ge-

Iosue 6.  
20.

mitus, crepare ictus, hiare vulnera, discerpi omnia, confuso clamore & ululatu misceri cuncta viderunt. Interea hostilia Israelis agmina, aperto per murorum ruinas libero accessu, per obsessorum cadavera, prius sepulta quàm mortua, in Urbem penetrant, intorquent lanceas, stringunt acinaces, occupant vias, irruunt in domos, civiumque reliquias, nullo veniente loco concessio, trucidant ac macerant, urbe tota ad extremam usque internecionem deletâ.

VII. Ad propositum modò redeamus, Auditores: paulò ante ex me scire desiderastis, & quando tandem impii ruinâ supremâ occupandi sint? respondeo cum propheta Isaia: quando minimè cogitabunt: *Subitò, dum non speratur, veniet contritio eorum:* conuenit enim, tunc præcipuè DEUM injurias suas ulcisci, quando sui securi, aut minas explodunt, aut Divinæ potentix illudunt, in vitiorum veterno, velut profundo somno consopiti. Eri-igitur, Zelosi sacerdotes Divini Verbi tubam inflant, obstinatum humani cordis propugnaculum obsident, clamant, insonant, minantur, exterminium annuntiant: *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.* Impii cum primò perorantem audiunt, terrore consternati arma sacræ orationis arripiunt, Divinorum Sacramentorum clypeo se obtegunt, ut ruinam imminentem effugiant; cum autem innoxie evasisse se vident, & easdem è cathedris minas ingeminari audiunt, timore in admira-

ratio-

rationem verso: ecquid tandem, multitant intra semetipsos, clamores hi Stentorei ac inanes, in dies nobis ingesti? cum tertio eandem sibi cantilenam occini intelligunt, admiratio mutatur in risum, risus in contemptum, contemptus in temeritatem, temeritas in aperta ludibria & sibila, passimque in conventiculis, & domibus oratores sacros cum cachinno explodunt: *Audiunt sermones Domini, Ezechiele teste, & in canticum oris sui vertunt illos*, quin in indiscretum eorum Zelum aculeatis criminationibus invecchi; audistis, inquam, quam bene buccinator iste hodie tubam inflaverit? & quod tandem collimant hi Stentores? an ut clamoribus, & corporis gestificationibus nos terreat? credat illis, qui volet; ego rideo fabulosas eorum minas, videoque, antiquam illos trambem recoquere, eosdem modulos repetere, omniaque clamoribus ad tædium & nauseam usque ingeminatis absolvi. Ubi sunt calamitates, & malorum Ilias, quam minantur? *Vbi est Verbum Domini, veniat!* ubi morbi, ubi egestas? nos pinguiori Minervæ, & meliori vitium robore valemus, quam ut fidem illis tam facile adstruamus. Eja miseri & infelices! bene est; expectate tantisper, expectate, & experiemini, hanc ipsam esse horam, quæ vobis erit suprema. Cum incredulitas vestra pertinaciæ apicem attigerit, tunc serò nimium cognoscetis, quid ille rubarum sonitus sibi voluerit; dum risus vobis adhuc in labiis natabit, DEI in vos ira incumbet, tuncque ineluctabili ruinâ oppressi, nec

R. P. Segneri Quadragesimale.

quidquam clamabitis; heu nos perditos! ecce sanguinem, stragem, excidium, desolationem, incendia, pestem, mortem! & hos inter ululatus attoniti vitæ finem facietis, damnati propè citius, quam extincti. An fidem dictis negatis? Ocyus sacrum Codicem arripite, & Divina oracula auscultate: Balthasar Chaldæorum *Dan. 4. & seq.* Rex, dicite, quandonam fatalis in patrie manûs indicio mortis nuntium accepit? nonne tunc, cum illum minimè expectaret? assidebat enim mensæ opiparæ, concubinarum coronâ cinctus, vinumque ex ijs ipsis vasibus libabat, quæ quondam è Templo DEI sacrilego furto abstulit. Nabuchodonosor Babylonis Monarcha, quandonam vocem cælicus allapsam sibi que tam funestam audivit, quâ ad bestias & silvas damnatus est; nunquid cum minimè sibi timeret, & inter assentatorum turbas, Regni sui magnificentiam superbe jactaret? Antiochus Syriæ Rex, quandonam morbo illo execrabili divinitus percussus, & in desperationem actus est? nunquid cum sui securus fastuque tumens, conscenso curru Hierosolymæ immineret, sanctæque illi Urbi excidium minaretur, Sennacherib Assyriorum Dominus, quando Angelica manu percussus, ac cum toto suo exercitu deletus est? nunquid cum stolidâ arrogantiâ inflatus divinæ potentæ insultaret, quali verò Hierosolymam è manu sua, tot assuetâ triumphis, eripere non posset? Jezabel Israëlitis Regina, quandonam intentatas sibi à Deo *4. Reg. 9. 30.* minas, quoddam à canibus devoranda c-

L

set,

fet, adimpleri experta est? nunquid cum excluso, aut suppresso omni DEI timore, ad palatii sui fenestras superba confisteret, & iniquam Principatus possessionem novi conjugii foedere stabilire cogitaret. Atque ita, si totum illorum catalogum evolveritis, in quorum capita irritati Numinis furor gravius incubuit, id tunc accidisse invenietis, cum aut improvidi id minimè timerent, aut temerarii & arrogantes DEO illuderent. Nunquid & nobis æquè tristis interitus expectandus est, si pari insolentiâ DEUM provocare


audemus? minatur Apostolus: cum dixerint, pax & securitas, pax nimirum de præsentis, & securitas in futurum, tunc repentinus eis superveniet interitus.

VIII. Credamus ergo firmissimè, Deum nostrum non esse Deum stupidum, & imbellem, qualem antiquitas sibi finxit, & ideo potentissimam ejus manum summè esse formidandam, dum videmus, Eum solis armorum funiculis, id est, vilissimo armorum genere, funestam de nobis vindictam sumere posse. Id si huc usque distulit, non decrescere, sed augeri debet ejus timor & reverentia; aut enim condonavit supplicium, & tunc Divina bonitas obsequiis est demulcenda, non irritanda novis flagitiis, ne graviore deinceps manu in nos sæviat; si verò differet vindictam, uberiorem longè trepidandi materiam habemus; periculosa enim sunt istæ induciæ, soletque plerumque accidere, ut continuata prosperitas, & imaginaria impunitas, oblivionem pœnæ pariat, & peccati contemptum.

## SERMO SEPTIMUS.

DIE MERCURII POST PRIMAM DOMINICAM.

*Cum spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca arida, querens requiem, & non invenit. Matth. 12.*

I.  A quondam fuere tempora, Auditores, ubi magnæ fortitudinis argumentum erat, si mortales feris silvestribus, quas vel saltuum latebræ abscondunt, vel pratorum viridaria nutriunt, innoxie dominantur; summumque industriæ credebatur, urforum ungues, aprinorum dentium falculas, viperarum morsus, scorpionum puncturas evasisse. Præsens, quam vivimus ætas, hanc antiquorum simplicitatem & mentis inopiam ridet; nos enim audaciæ limites amplius exten-

extendimus, & ingenii felicitate plus ultra progressi sumus: nec enim sollicitè ampliùs laboramus, ut feræ nulli ampliùs nobis sint documento, sed nostris etiam emolumentis eas servire docuimus: novimus eorum pelibus vestiri, exuviis defendi, nutriri carnibus, quin & ossa eorum in nostra commoda, & venena in antidota convertimus, adeo quidem, ut hac ætate longè plures mortalium invenire sit, qui vitam suam belluis in acceptis referant, quàm illatam sibi ab iis necem, conqueri possint. Ad hunc sanè modum tractare nos dæmonem expediret, qui bellua est, absque omni dubio ferocissima: *fera pessima*. Nec satis esse debet, nos ab eo deffendere, eidem resistere, illum repercutere, & fugare; quin nostris etiam commodis, & lucris servire cogendus est. Sed quid lucri à Dæmone sperabimus? summum omnino, ut nempe ab illo animæ nostræ pretium discamus. Ille certè, ipsemet Christo teste, tanto illam zelo, curâque persequitur, ut, si raptam sibi è manibus videat, omnem illi recuperandæ sollicitudinem, & studium omne convertat: *Cùm spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem & non invenit*. Et nos flocci faciamus, si anima nostra in ejus denuo potestatem redigatur? Ecce, quantum non laboris infumat, ut suos nos faciat! dolis & fraudibus nos, ut Evam circumvenit; adversis nos lacessit, ut Christum; insequitur, adulat, applaudir, & promissis lactat magnificis:

nos autem e contrario omnem nostri curam deponimus. Ah Christiani! majorne dementia cogitari potest, quàm quòd quis animam suam tam parvi faciat, nullum illi pretium statuat, neque id saltem pensi habeat, ut illam damnationis æternæ faucibus eripiat? finite, quæso, effundam hodie non die animi mei sensa, & tam supinam ignaviam deplorem: Vos verò condolete ploranti; si enim dicentem benevolè sustinebitis, fateri cogemini, materiam istam omnino esse lucuosam, & lacrimis dignissimam.

II. Et sanè Christianis exiguam salutis curam esse, nisi nobismetipsis blandiri velimus, nimium quantum perspicuum est; indicium enim, quòd negotium aliquod cordi nobis & curæ sit, ab eo sumimus, si crebrò de eo sermocinemur, discurremus, & sollicitè inquiremus, qui nos dirigere sciant. Jacob, cùm Labanum peregrè degentem quæreret, sollicitè è pastoribus exquirat, à quibus aliquam Labani noticiam haurire se posse speravit. Joseph quærendis fratribus intentus, per aspera solitudinis, & viarum obscura vagatur, obvios ac viatores sollicitat, ut fratres inveniat, Saul ad quærendas asinas egressus, quæ à paternis ædibus abtraverant, quid non laboris impendit? transcendit montium juga, plana camporum pervagatur, indefessus per vicos currit & compita, oraculum consulit, & prophetam accedit, nec illum obvium & vulgari notæ, sed eximium atque illa ætate summum, Samuelem nimirum: *eamus ad videntem*. Et

L 2 quid

Gen. 37.  
33.

Genes.  
19. 5.

Gen. 37.  
16.

1. Reg. 9.

1. Reg. 9.  
9.

quid vos, Auditores? dicamne salutem animæ vestræ vobis cordi esse, dum, vanis & inutilibus curis absorpti, hoc maximi momenti negotium negligitis, neque illud cum viris sanctitate & doctrinâ conspicuis conferre soletis? Divus Lucas refert, Joannis Baptistæ Auditores, cum Ejus adhortationibus permoti aliquam salutis suæ sollicitudinem concepissent, ad eundem etiam in solitudinis horrore, & terræ cavernis latitantem anxie confluisse, magnaque sollicitudine interrogasse, *quid ergo faciemus?* *Luc. 3. 19.* accurrerunt Joannis populares ac contritules, & sollicitè ingeminabant: *quid faciemus?* accurrerunt publicani, & dicebant, *quid faciemus?* quin & sagati milites manipulatim accesserunt, anxie percunctati: *quid faciemus?* *Matth. 19. 16.* Vos autem, si, quod verum est, eloqui placet, an ex ullo unquam sciscitanti estis, *quid boni faciam, ut habeam vitam æternam?* Iovistis quidem nonnunquam ad Religiosorum Virorum asceteria, sed quo fine? nunquid ut per eorum viridaria animi gratiâ deambulantes hortorum amœnitate pascamini? aut novorum, quæ passim accidunt, narratiunculis, Tartarorum victoriis, Transylvanorum cladibus, aut Hybernorum motibus tempus & animum fallatis? Ut verò sciscitaremini, quæ sit tenenda ad Cælum via, quæ salutis remedia adhibenda, nescio, an ulliùs unquam religiosi viri conclave importuni pullaveritis. Sed quid mirum, tam parùm vobis de hoc negotio cum aliis sermonis esse, cum nec vos ipsi ullam

fere illius cogitationem aut curam unquam admittatis? certè cui negotium quoddam cordi est, mentem ac phantasiam, velit, nolit, ab illo avertere non potest, cervo faucio similis, qui telis, quo confixus est, cannam seu arundinem undique secum portat; noctes diesque illud cogitat, & alto licet somno consopitus, curam animo præsentem gerit. Ita Themistocles Magnus Græcorum Dux, Cicerone teste, etiam per somnum Miltiadis æmuli victoriis & trophæis angebatur; ita, si Plutarcho fides est, Marcellus Romanorum inclutus Ductor, etiam dormiens Hannibalem inimicum ad arma provocare auditus est: atque ita plurimi alii, quos vehementior rei alicujus cura occupat, sopitis etiam somno sensibus eadem moveri & angere solent. Testis est, si sacræ paginæ credimus, ipse Salomon, qui in somno, quam à DEO peteret, gratiam interrogatus, *postula, quod vis, ut dem tibi,* solam sapientiam efflagitavit: *Da mihi sapientiam!* hanc enim vigil omnibus votis exarsit; *optavi, & datus est mihi sensus.* Quis ergo credat, vos salutis vestræ in securo collocandæ desiderio premi, quibus non dicam noctes, sed dies etiam integri elabuuntur, quin ulla illius cogitatio, aut species vestris animis obversetur, cum tamen etiam in somnis vanitati vigiletis, recurrentibus identidem per soporem venationibus, ludis, choreis, conviviis, amoribus, theatris, & circis, *& cogitatis inutile in cubilibus vestris,* ut Michæas loquitur, nec ulla tamen cæli memoria etiam expectatos ac vigiles ad DEUM trahit. *Mich. 2.*

III. Sed

III. Sed longius progrediamur : dixi, atque omnino ita est, manifestum esse signum modicæ de anima & salute nostra sollicitudinis, nunquam vel rarò de ea cogitare : sed evidentius longè summâ nostræ incuriæ argumentum est, animæ pretium nosse, & illam tamen negligere, ac flocci facere. Nunquid enim quotidianâ deprehendo experienciâ, animi negotium omni alteri postponi, & velut momenti inter omnia minimi in ultimis curis haberi ? clarius omnino hoc est, quàm ut ullâ possit tergiversatione celari : atque utinam oculos haberem tam promptos ad deplorandam, quàm perspicaces ad contuendam hanc miseriam ! Est fortè vestrum nonnemo, qui mentem flagitiis oneratam circumfert, idque probè agnoscit, expensâque periculorum sibi imminentiū gravitate, sentit sibi cor pungentissimæ inspirationis aculeo lauciari, atque identidem sibi intus ingeminati : vade miser, sacerdotem quære, & mentem noxis gravatam exonerare ! *vade, ostende te sacerdoti.* Ecquid respondet ? omnino, inquit, statutum est, animi farcinam deponere : sed aliò me hodie negotia vocant ; hæc dies animo relaxando danda est ; cras id effectum dabo. Convenit, rei divinæ interesse : interero, si per tempus licebit, ubi prius caudicum litis gratiâ convenero. Salubre foret, Divini Verbi præconem audire : audiam, ubi rationes cum mercatore composuero. Hæc ratio & norma vivendi etiam in cæteris solenne suum tenet ; quidquid concernit animam, dum tempus vacat,

differtur : *in crastinum feria.* Et hanc *Gen. 24.* ego salutis atque animæ curam dicam ? Eliezer, fidissimus Abrahami servus, itinere difficili perfunctus, ad Nachor civitatem Mesopotamiæ appulit, ut inde è Bathuelis domo honoratam Isaac sponfam adduceret : exceptus est ibi summâ benevolentia, omniumque in se studia certatim expertus ; hic impedimentis exoneratum conduxit ad parata conclavia ; ille ex itinere lassus cibum potumque obtulit ; & *appositus est panis in conspectu ejus.* Quid ad hos apparatus *Gen. 24. 35.* Eliezer ? nequicquam, inquit, nequicquam laboratis, ego enim sanctè assero, nec gustaturum me bucellam panis, nisi legationis meæ negotio ad umbilicum perducto : *non comedam, donec loquar sermones meos.* Ita stans & viatorio etiamnum habitu indutus, longam sermonis telam orditur, in qua singillatim commissi sibi negotii seriem evolvit, Abrahami desideria, conditionem Saræ, dignitatem Isaac, opulentiam domûs, colloquium cum humanissima Rebecca, ad putei marginem casu captatum, aquam ab illa oblatam, munera ei à se oblata descripsit : verbo, in hoc primo congressu non cæpit solum, sed etiam plenè absolvit conjugii tractatum, ratoque legitimè matrimonio futuras nuptias stabilivit, ac tum primùm loqui cessavit, cum audiit ; *en Rebecca coram te est, tolle eam, & sit uxor domini tui !* *Ibid. 51.* Verùm quid opus erat, Officialis fidissime, tantâ festinatione ? num fortè timebas, ne tempus labatur, ne oportunitas intercidat, aut ne parentes in-

terea alteri Rebeccam despondeant? quin præstolaris ergo paulisper, fatigatas ex itinere vires reficis, oblata honoris & benevolentia signa admittis, hospitalitate frueris, ac tum demum mandata exequeris? Verum sollicitudo id minimè permittit? imperia Domini executione coronanda sunt; quod maximè premit, primò omnium expediendum est: absit, ut ille com-  
*in Gen.*  
*c. 24.*  
 modis suis indulgeat, ut vires instauret: *Absit, absit! non comedam, donec loquar sermones meos. In hoc ostendit ut sapienter loquitur Lyranus, in hoc ostendit, habere se negotium sibi impostum cordi.* Jam vos ipsos appello, Auditores, num vestrum, quod de anima habetis, studium sollicitudinis titulo appellari mereatur, dum illam non solum necessariae corporis refectio, sed cuius minimæ recreationi, lusui & jocis vanissimis postponitis? Et quem vestrum unquam sic differentem audivimus? Ego hodie peccato me collutulavi, igitur *non comedam*, nisi toxicum istud Exomologesi sinceram evomuerò: mercede pauperem defraudavi; *non comedam*, nisi ex integro satisfecero: honori æmuli detraxi; *non comedam*, nisi palinodiã cantatã famam restituero: leges sacras violavi Præsuli meo contumaciter restiti; *non comedam, non comedam*, nisi animo in demissionem composito errorem correxero. Quis vestrum, inquam, Auditores, hunc in modum agit & loquitur? an non potius hæc animi negotia in ultimum locum ablegantur? posteaquam nimirum omnes

mundi getræ composita sunt, & appetitui ac genio fati indulgentum est?  
 IV. Sed, quid dico? toleranda adhuc forent, quæ dixi; nunquid enim plurimi in seram usque senectutem animæ curam rejiciunt? tunc primùm ejus rationem habituri, cum extremis in labiis stabit, è corpore propediem migratura. Quis ergo dubitet, levissimam esse, imò minimam, ac prope nullam animæ curam! O quàm longè aliã ratione mundi negotia tractantur? filiam honestè collocare animus est? fiat illud quàm primùm, sine mora. Familiæ dignitas nova honoris accessione amplificanda est? amplificetur actutum. Dilatandi sunt dominii limites? dilatentur statim. Litibus finis imponendus est? omnis mora abruptatur. Hæreditas adeunda est? adeatur quamprimùm. Et cur hæc omnia tanto impetu, celeritate tantã? an non hæc curarum moles ad vitæ terminum differri posset? posset id quidem, respondetis, sed non expedit, nam adhuc expedienda opus est mente libera, mora diuturnã, studio ac diligentia singulari! ad salutem verò animæ procurandam unicum vitæ momentum nobis sufficit. Ah Christiani, resorbete, quæso, dicta tam impia, tam stulta. O verba derestanda! O sensa enormia! O responsa, Christiano indigna! Sed, ne ab orationis meæ scopo recedam, sit ita, uti dicitis: nunquid saltem fatemini, salutis curam in extremum differre articulum, periculosæ rem aleæ esse, quæque non omnibus eventu pari succedat, & esto, uni fortè prosperè, plurimis

TAMEN

tamen aliis infelicissimè : *Impossibile non est, in extremis habere veram patientiam, ut ait subtilis Doctor, hoc tamen difficultimum est, & ex parte hominis, & ex parte DEI.* Ex parte hominis quidem, cum tunc vel maximè obstinatus in malo; ex parte Dei autem, cum tunc vel maximè homini sit iratus. An autem hoc sollicitudinis signum sit, potius velle salutem æternam fortunæ, & incerto eventui committere, quàm connubium filiarum, dignitatem familiæ, possessiones, lites, hæreditates? cum tamen indubitatum sit, quòd, ut S. Eucherius *Epist. 1.* loquitur, *summas sibi sollicitudinis partes salus, qua summa est, vindicare debet.* Aliud longè vos docet prudentissimus Patriarcha Jacob: audite, quæso, ejus factum proflus memorandum. Revertebatur ille universâ cum familiâ in patriam Cana, unde viginti annorum spatio spontè exulabat, ut implacabilem Esau fratris natu majoris indignationem evaderet, cum ecce non procul à desideratæ patriæ termino eundem met sibi occurrentem videt, & quidem armatum, ac quadringentis facile asseclis stipatum: has inter angustias deprehensus Jacobus meritò timuit, ne antiquarum memor offensarum frater vindictam pararet, quò magis tardam, eò magis acerbam & gravem, neque sibi tantum, sed & conjugibus, ac liberis suis innocentibus incubituram. In præfenti ergo periculo quid consilii Jacobo? familiam dispersit est in turmas, ad instar agminis non contempnendî: in fronte collocavit servas, Balam & Zelpham, cum quatuor

filiolis, quos pepererant; pone subsequentem, statuit Liam, quam septem pignora comitabantur; agmen clausit formosissima Rachel, cui ponè gratus Joseph adhæsit, unicum tunc è Rachelis viridario germen. Nunc ego vos interrogo, Auditores, quid sibi voluit hic agminis instructi ordo? an manus cum fratre conferere animus fuit, aut saltem primum irruentis Esau impetum sustinere? sed quid fæminæ imbelles & infantuli contra tot virorum aciem, qui solo illos aspectu fugassent? Enimverò probè noverat Jacob, se resistendo parem non esse: illud solum egit, ut, si pereundum foret, non omnem simul familiam discrimini objiceret, sed chariora tutiori in loco collocaret. Atque ideo in agminis fronte ancillas posuit, ut primos hostium insultus sustinerent; Liam in medio; Rachel verò, quam ceteris omnibus tenerius dilexit, ultimo & securissimo loco locavit. Audite Olesstrum eximie commentantem: *Posuit ancillas in principio, ut scilicet iram fratris minus dilecta exciperent prius; quo docuit, minus dilecta pro conservatione eorum, qua magis diliguntur, esse periculis objectanda.* Id si ita est, Auditores, quid dicam aut cogitem? dum video, vos primò omnium animam vestram discrimini objicere; eamque in agminis fronte & primis ordinibus locare: nunquid illam mancipii & ancillæ loco à vobis haberi meritò judicem? pereat illa, modò dignitas familiæ, bona fortunæ, actiones & negotia profana, filii & filiarum, parentes & amici, quin & scorta, & mere-



meretrices, sonipedes & canes sint  
salva! O amentiam! ô infamiam! ô  
portentium! ô brutalitatem! *furore*  
*fer. 11* Domini plenus sum, date veniam libe-  
rius loquenti, *furore Domini plenus*  
*sum*: neque continere me amplius  
possum, *laboravi sustinens*, quia cum  
Jeremia laxem zeli mei repagula;  
video enim, vos attigisse fastigium  
iniquitatis, quam hodie deploran-  
dam suscepi.

V. Sed fallor! graviora longè di-  
cenda supersunt: ut enim Jacobi fa-  
cto insistam, ille quidem primo discrimi-  
mini servas objecit, non tamen tam  
parvi eas æstimavit, ut periculis ultrò  
exponeret: sed tunc duntaxat, cum  
nullus ijs vitandis locus superesset?  
non enim ipse fratri bellum indixit, ne-  
que spontè eum lacessivit, sed restitit  
ei solùm, cum adversus se hostiliter  
moveret, nec ullus effugio locus pa-  
teret: vos autem omni mancipio  
vilius habetis animam vestram; ultrò  
enim eam periculis objicitis, hostes  
laccessitis, animæque clades ac damna  
velut per ludum spectatis: illuc avidè  
ruitis, ubi nôstis, misceri colloquia  
maximè obscæna; illuc cupidè pro-  
peratis, ubi oculorum obtutus maxi-  
mè lubrici, & copiosius lasciviæ pa-  
bulum, ubi conversatio summè fla-  
gitiosa, ubi dæmones non jam ex  
insidiis, sed aperto Marte decernunt,  
ac strictis enibus animam impetuot.  
Et credam, vos ullam animæ vestræ,  
non dicam sollicitudinem, sed vel mi-  
nimam rationem aut curam habere?

VI. Miseram Tobie junioris pe-  
regre abeuntis matrem! filium illa

suam Angelo comiti custodiendum  
crediderat, tamen illum non Ange-  
lum, sed virum bonum, & pruden-  
tem esse crederet: de filii tamen sa-  
lute sollicita copiosis lacrimis incon-  
sultum suum propositum damnavit,  
quòd filium unicum longinqui itin-  
eris periculis exposuisset: *Flebat irre-*  
*mediabilibus lacrimis*, quas suspiriis,  
singultu, & gemitibus interpolabat,  
*Heu, heu me fili mi! ut quid te mis-*  
*imus peregrinari*, *lumen oculorum*  
*nostrorum*, *baculum senectutis no-*  
*stra*, *solatium vita nostra*, *spem pro-*  
*peritatis nostra*, *omnia in Te uno ha-*  
*bentes* (ô verba eximia) *omnia in te*  
*uno habentes*, *non te debuimus dimit-*  
*tere à nobis*. Ah, nunquam te in  
tanta debuissim nos conicere pericula;  
in te enim fors nostra omnis recum-  
bit; ah nunquam, nunquam, tantis  
periculis, nunquam manibus alienis,  
nunquam alienæ custodiæ te commit-  
tere debuissim! ah non satis æstima-  
vi pretium tui! *Omnia in te uno ha-*  
*bentes*, *non te debuimus dimittere à no-*  
*bis*! Ita mater misera eculabat identi-  
dem, nec inæstata solatium admittebat,  
etsi maritus bono eam animo esse, &  
ductoris fidei confidere juberet, cui  
tuto & integrè inniti possent: *tace &*  
*noli turbari*, *satis fidelis est vir ille, cum*  
*quo misimus eam*. Sed hæc incassum  
omnia; illa enim nullo modo con-  
solari poterat; quin diebus singulis,  
quali mentis inops ædibus egressa,  
viarum compita, & urbis aditus per-  
vagata est, unde filii reditum sperare  
poterat: quin conscenso nonnunquam  
vicini montis clivo, oculis in circum-  
fusam

fusam planitiem conjectis anxie circumspiciebat, an non reducis tandem nati iudicium deprehenderet: *ut procul videret, si fieri posset, venientem.* Cum autem spe sua frustrari se videret, renovavit lamenta, auxit ejulatus, & sero vespere, expers solatii, domum reversa ingeminavit: ah certo periclitatur filius meus! forsitan miscellus ex alto actus in præceps matris opem frustra inclamat! forsitan discerptus à feris, me velut paricidam accusat! Pari zelo, Auditores, parique sollicitudine sua cuius anima pensanda foret, ut ne angelo quidem eam committeremus, nisi probè cognito, ne fortè sub splendido & pretioso habitu fraus aliqua lateat: *nolite omni spiritui credere,* monebat in tanti ponderis negotio Divus Joannes, *sed probate spiritus vestros, si ex DEO sunt.* Quid ergo de iis sentiam aut dicam, qui se dæmonibus ultrò committunt? illos in hac mortalis vitæ peregrinatione vitæ comites & duces sibi eligunt? seque ab illis cæcorum more dirigi, per aperta ac horrida salutis præcipitia, ad Veneris festa, ad scholas amoris impuri, ad obscænitatis proficitæ conventicula, atque ad omnes damnationis proximæ occasiones circumduci se sinunt? dicamne, hos amare animam suam, eam æstimare, & bonorum suorum summam in ea repositam habere? id enim si foret, nunquam illam tam temere ac desperatè dæmonum manibus consignarent; imò nec cuius homini sine sollicito delectu, caeco eam impetu

R. P. Segneri Quadragesimale.

committerent: *non omni spiritui crederent.* Si familiarem vitæ locum quærerent, non nisi vitiorum juratum hostem; si herum, non nisi virtutis famam commendatum; si animi arbitrum, non nisi doctrinam conspicuum eligerent; inter Theologos magis pium, inter consiliarios æqui magis tenacem præferrent, in cunctis denique negotiis tutissimam semper viam incederent, ne quod anima periculum patiatur. Sed heu mihi! quam oppositam prorsus viam plurimi gradiuntur? & ut Jeremiæ verbis utar, *dant dilectam animam suam in manu inimicorum ejus!* Non placet illis socius, nisi moribus dissolutus, non herus, nisi vitæ licentiâ infamis; non animi arbiter, nisi incautus, & noxiè blandus; non Theologus, nisi amans laxitatis, non consiliarius, nisi partium studiosus: verbo, *dant dilectam animam suam* (ò horrorem!) *dant dilectam animam suam in manu inimicorum ejus.* Et hæc dicatur sollicitudo de anima, & non potiùs insana pereundi libido, in Cæli Dei que despectum; an non hoc est salutis remedia vertere in damna, subsidia in pericula, antidota in nocentissima venena? Miratur ac dolet sapientissimus Salomon, esse aliquos tam stolidos, qui in propriæ suæ animæ perniciem retia explicant, & laqueos tendunt, *moliuntur fraudes contra animas suas:* quinam autem sunt illi, nisi de quibus in præsentiarum discurremus? qui scilicet omnem lapidem movent, ut seipos decipiant, quique securitatem conscientia sibi spon-

M dent,

dent, eorum autoritate confisi, qui probitate & conscientia carent. Ah vos inconsultos! cum enim illi parvi faciant animam propriam, an vestram majoris facturos arbitramini? sed hoc ipsum est, ut dixi, quod queritis; vultis animas vestras iis committere, qui eas negligant, vultis eas periculis obijcere, perdere, & in perniciem precipitare, ut impleatur illud sapientis: *homo per malitiam occidit animam suam.* Heu mis infelicem! quis det, ut lacrimarum torrens exundet ex oculis meis, quo stultitiam istam dignè deplem? aequissimum enim est, ut *facies mea cum Jobo intumescat à fetu, & cum Jeremia deducant oculi mei lacrimas, & palpebra mea defluant aquis.* Dicite Auditores! an unquam attentè ac seriò cogitastis, quid sit, beatum esse, aut torqueri aeternum? quid sit aeternitas beata, & misera? quid Paradisus; ubi sunt gaudia aeterna, quid infernus, ubi est miseria aeterna? dicite, inquam, an unquam hoc in mentem revocastis, si id hactenus neglexistis, eia, ite actutum, & ex Isaiaè consilio sine mora in conclave vestrum concedite: *vade populus meus, intra in cubicula tua, & claudè ostia tua: ibique clausis fenestris, extinctà lampade, tota animi contentione ad hoc expendendum incumbite, ac tum demum ad me reversi responsum date: certus sum, vos illis haud absimiles redituros, qui è famoso Trophonij Magi antro egressi, attoniti ac profundo horrore absorpti hærebant, neque ullius amplius hilaritatis aut læti-*

tia sensum admittere poterant. Quod si, uti non dubito, hæc aliquando seriò cogitastis, potèstne ignavia magis supina magisque luctuosa concipi, quàm tanti momenti negotium incerto discrimini committere, nec ullà ejusdem curâ aut sollicitudine tangi? an non vestra res, vestrum lucrum ac damnum agitur, idque gravissimum ac summum? Si, quod propitii avertant Superi, in damnationis aliquando barathrum precipitemini, quis tantæ potestatis, aut clementiæ erit, ut inde vos eripiat? Absalon duro quondam exilio multatus purpuratum invenit, qui reditum impetravit; Joseph obsecuro carceri mancipatus, tandem à pocillatore Pharaonis in libertatem assertus est; Jeremias, in cisternam luto & uligine plenam projectus, ut ibi morte lentâ ac fame tabesceret, Abimelecum nactus est, qui porrecto fune miserum extraxit: vos verò quis extrahet, de altitudine ventris inferi? quis funem porriget? quis brachium extendet? quis scalam applicabit? qui descenderit ad inferos, non ascendet, assertum Jobi est, nec revertetur ultrò in domum suam; qui descenderit, non ascendet: nec vos ista cogitatis? Ah fili! inclamo vobis gemens cum Ecclesiastico, *fili serva animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum.* Si ego matutino hoc tempore tanto autoritatis & rationum pondere persuadere vobis conatus essem rem privatiis meis commodis utilem, exempli causâ, ut magnâ ad me audiendum frequentia

confluatis, ut encomiis & plausibus me maceratis, ut liberalem labori meo mercedem statuatis, suspecta procul dubio esset fides mea: ego autem aliud non ago, nec quæro, nisi vos permovere, ut vestri ipsorum satagatis, & ut animæ vestræ commiseratione tangamini: *miserere anima tua, miserere.* Si votis his meis excidero, quid tandem de vobis promittere mihi possum? *Nihil sanè durius vobis dici potest* (liceat cum Salviano exclamare) *nihil tam ferum, nihil tam impium, à quibus impetrari non potest* (audite prodigium!) *à quibus impetrari non potest, ut vos ipsos ametis?* quòd æmulos vestros non ametis condoleo vobis; quòd inimicos aversemini, veniam fortè meretur: sed nullo vos vestrum amore tangi, quis ferat? *Peccantem*, ait sapiens, *peccantem in animam suam, quis justificabit?* si animæ vestræ pretium nescitis, satis vobis fit, quod in primordio sermonis admonui, considerare, quantum laboris impendat Dæmon, ut illam vobis eripiat; quantum artis & studii, ut vos decipiat, sollicitet, seducat, sopiat, securos atque incautos reddat: ille, ille est, cuius instinctu curam animæ negligitis, quam primam omnium esse oporteret. Dicite ergo, *quis furor est*, verba sunt citati Præsulis, *viles à vobis animas vestras haberi, quas etiam Diabolus putat esse pretiosas, quis furor est, viles à vobis haberi?* si dominium mundi illi competeret, mihi credite, libentissimè illud cum anima vestra commutaret: *hæc omnia dabo tibi, si cadens adoraveris me:* & vos tam

levi eam pretio, voluptatis brevissimæ, formæ caducæ & fallacis, unice domus aut familiæ vestræ emolumento, venalem eidem exponitis? ne quaeso, injuriam tam palmarem in animam vestram committatis: *ne adducas anima tua inhonorationem, sed meliori consilio summam deinceps illius curam gerite, custodite sollicitè animas vestras.*

## P A R S A L T E R A.

VII. **V**Eniam fortè & excusationem mereretur hæc, de qua diximus, recordia, si salutis nostræ negotium adeò facile foret & expeditum. Sed, dicite, facilène illud arbitramini? O vos felices, si arduum & impeditum id vobis non videtur! Imò miseros vos potiùs dicam, qui in re tanti momenti nimium quantum à vero aberratis! Salutis enim negotium non est peræquè facile, ut multis apparet, sed adeò lubricum est & anceps, ut viri sanctitate conspicui, qui summum in eo studium ac sollicitudinem posuerunt, præ metu ac formidine trepidarent, ac supremi illius Judicis sententiam anxie expectarent, qui est *terribilis super omnes, qui in circuitu ejus sunt.* Quanti stetit afflictissimo Hieronymo, ut in arduo salutis negotio aliquem fiduciæ ac spei sensum conciperet? quàm densis sese abdidit silvarum umbris? quàm profundis terræ cavernis vivum sese tumulavit? quàm asperâ pugnâ ad decrepitam usque ætatem cum sensibus depræliatus est? & tamen: *Ego, inquit, peccatorum*

L. 19. *sordibus inquinatus, diebus ac noctibus*  
*mor. e. 9.* *operior cum timore, reddere novissimum*  
*L. 16. de* *quadrantem. Quod non lacrymis thro-*  
*inter.* *num Vaticanum inundavit Divus Grea-*  
*dm.* *gorius? quos non rugitus ex sacro so-*

In Psal.  
80.

*litudinis Clarevallentis horrore e-*  
*didit Bernardus? Augustinus ipse ex*  
*inferni metu trepidabat, Ignem ater-*  
*num timeo, ignem aeternum timeo: nec*  
*ingens illud, quo cor ejus exarserat,*  
*divini amoris incendium huic timori*  
*mitigando par erat. Sed quid hos*  
*commemoro? mecum, quæso, ad hor-*  
*ridum illud anachoretarum antrum*  
*concedite, quod poenitentium car-*  
*cer nominabatur, appellandum re-*  
*ctius Poenitentium infernus: eo enim*  
*in loco uni DEO placando studebant;*  
*nonnulli eorum noctes totas sub Jove*  
*frigido in genua provoluti orationi*  
*vacabant; alii incurvati, manibusque à*  
*tergo, reorum instar, revinctis, oculos*  
*in terram defixos tenebant, velut in-*  
*digni, qui cælum tuerentur; alii ci-*  
*nere & pulveribus squallidi, turba-*  
*toque capillitio horridi, humi sedebant,*  
*vultuque infra genua demisso, luctum*  
*unigeniti faciebant sibi, planctum ama-*  
*rum: utque lugeri solet funus ama-*  
*tum, ita hi lamentis & ululatus mor-*  
*tem animæ suæ plangebant; alii pu-*  
*gnis percutiebant pectora; alii cri-*  
*nes vellebant; alii corpus flagellorum*  
*ictibus lacerum, carnemque sangui-*  
*ne ac sanie stillantem intuebantur, ut*  
*ex hoc spectaculo aliquod doloris ac*  
*metus sui solatium caperent. Procul*  
*ab illis exulabant facetiæ, joci & risus;*  
*nil nisi misericordia! misericordia!*  
*venia! venia! ubique perstrepebat;*

solus iste contentus in cavernis illis  
 resonabat, quamvis & ipse vix perci-  
 peretur, ob singultus, ejulatus & mœ-  
 stissimos planctus: ibi proluxa jejunia,  
 somnus arctissimus, nulla nec modera-  
 ta quidem corporis cura: nonnulli  
 diuturnâ siti exhausti difficilem anhe-  
 litum trahebant, exertâ canum instar  
 linguâ aridi & exsucca; alii nudo cor-  
 pore inter brumæ frigora, cœli & auræ  
 intemperiem tolerabant; alii undis  
 glaciatis immersi, alii nivibus obvo-  
 luti tremebant; alii quibus tanta pa-  
 tiendi animus non erat, præsulci sup-  
 plices accidebant, ut ferro graves, &  
 compedibus vincetos perpetuo carce-  
 re constringeret, usque dum fato  
 functi efferrentur, & sepulturæ man-  
 darentur. Verùm quam ego sepul-  
 turam dico? & hanc quoque multi  
 deprecabantur, suæque cadavera in-  
 humata corvis volebant & canibus  
 objici, idque non raro obtinuerunt,  
 sine nullo psalmodum cantu, aut alio  
 funebri apparatu, in fimetum teme-  
 re abjecti.

VIII. Quis dubitet, Auditores,  
 vitam, quam hi vixerunt, tantâ san-  
 ctimoniâ consummatam, id saltem  
 solatii habuisse, ut eos de salute sua  
 quasi certos redderet, ac plus fidu-  
 ciæ quàm timoris, plus spei quàm  
 anxietatis illi afferret. Sed audite  
 rem, ad cuius vel solam cogitationem  
 pili capitis mihi horrent, & pavore  
 totus concutior. Tantum abest, ut  
 miseri illi, quasi securi, in spem sa-  
 lutis erigerentur, quin potius, cum  
 eorum nonnemo moribundus, & su-  
 pra cineres extensus (hic enim lectus  
 erat,

erat, in quo supremum spiritum exhalabant) jaceret, reliqui certatim accurrerent, & circumstarent illum, estuantes & lugentes, ac desiderio pleni interrogarent: quid est frater? quomodo tecum agitur? quid dicis? quid speras? quid suspicaris? an tenere tandem te credis salutem, quam tantis lachrimis quaesivisti? percepistine ex labore tuo, quod quaerebas? Edic, regnum te, an servitus manet? sceptrum an catena? an vox illa amabilis cordi tuo allabitur: remittuntur tibi peccata tua? an insonare videtur auribus horrendum illud: ligatis manibus & pedibus mittite eum in tenebras exteriores? quid ais frater, quid ais? Hem rogamus te, & obtestamur, sortem tuam pande, inde enim facili conjecturâ assequemur, qualis nostra futura sit. Ad calamitosas haec percunctationes quid responsi à moribundis illis praestolamini? nonnulli eorum sereno ac blando vultu, oculisque in caelum levatis, DEO grates habebant, *Benedictus DEVS, qui non dedit nos in captivum dentibus eorum*; alii autem subdubij pendebant: *forsthan pertransibit anima nostra aquam intolerabilem*; speramus quidem, nos evasuros in litus; sed intumuit alveus, aqua turbida est, & periculum grave naufragii! Nec deerant, qui in sonoros gemitus effusi, *va* clamabant, *va*! rogati, ut apertius mentem panderent: *va* ingeminabant, *va* anima illi, qua non servavit professionem suam integram, & immaculatam; hac enim hora sciet, quid illi preparatum sit!

Forsthan fabulosum hoc, quod vobis narravi, commentum videtur Auditores? & ó utinam foret tale! sed heu! absit palpus & adulatio; nimum quantum id verum est! qui suismet hæc oculis usurpavit, & auribus hausit, Divus Clymacus est, montis Sinai Præsul celeberrimus, qui sui temporis gesta posteris consignavit, turpem temeritatis notam subiturus, si de suo aliquid addere, mutare, aut quod nefas est cogitare, libris suis mendacia illinere præsumpisset.

IX. Hæc, si ita sint Auditores, cur ergo tam facile nobis, tam expeditum salutis negotium fingimus, ut nulla propè illius sollicitudine tangamur, quasi beatitudinis securi, & de salute certi essemus? unde nobis ista *disimulatio est fratres mei? liceat cum S. Bernardo dicere, unde hac tam periculosa repiditas? unde hac securitas maledicta?* Ego cum Salomone certè nulli alteri causam adscribo, quam *locordiae supinae, quæ nos excæcat, & oculos obvelat, ne præcipitium, in cuius margine stamus, intueamur: via impiorum tenebrosa, nesciunt, ubi corruant.* Quid ergo, dicetis, porro nobis faciendum est? Alium, quæso, consulite: ego enim aliud & securius consilium vobis non suggeram, quàm quod ego secutus sum. Eia, terga vertite mundo, & si etiamnum vobis licet, cum Lotho Pentapolim fugere, abrupite moras, quia nec innocentibus tutò inter impios versari concessum est: quòd si nec tantum animi, nec libertatis vobis est reliquum, statuite saltem quot heb-

domadis ea frequentare mysteria, quæ salutem vel maximè promovent; ponite fastum, morumque superbiam; ambitioni pabulum subtrahite; voluptates obscænas fræno coercete. Si mihi obsequi recufatis, quid vultis reponam vobis? an quod modica vobis salutis sit cura? hoc equidem non dixero: quod omnino nulla? minime; esto autem id disertè non dicam, non dubito tamen, quin probè me intelligatis, idque solùm metuo, ut ne gravatè me audiat. Verùm si aures mihi præbere dedignamini, ad hæc statuas, ad hæc marmora, ad saxa ista me convertam, ut die illà supremà mei coram DEO sint testes, quod partibus meis non defuerim: quanquam nec hisce testibus indigeo. Tu nôsti, DEUS meus! quo defi-

derio salutem populi hujus exardeam populi tam Illustris! O me felicem si vitam & sanguinem in ejus gratiam prodigere liceret, ut tu ipse pro me profudisti! Sed quia tantum audere non est facultatis meæ, saltem non desistam, idque sanctè tibi spondeo, palàm sine fuce sinceram eloqui veritatem. Tu effice, ut illam eo animo recipiant, quo ego propono: ego auribus eorum loquar, tu cordi; ego facem adhibebo intellectui, tu voluntatem inflamma; tu violentiã amabili illorum ad te corda attrahe, qui longè à te fugiunt. Ego, quod unicè mihi reliquum est, Pharos ero, & facem inter noctis tenebras navigantibus præferam, tuum erit, sanctam aspirare auram, ut cursu prospero ad salutis portum appellent.

## SERMO OCTAVUS.

DIE IOVIS POST PRIMAM DOMINICAM.

*Et ecce mulier Cananæa è finibus illis egressa, clamavit dicens, miserere mei Domine, fili David! Matth. 15.*

I.



Illo Crotoniates robustissimos inter, quos jactavit antiquitas, numeratus, raræ suæ fortitudinis specimen daturus, pum pugno strinxisse, omnesque alios provocasse fertur,

proposito etiam victori præmio, qui illud è manu sua rapere aut extorquere valeret. Omnes id frustra tentarunt, præter fæminam quandam imbellem, quæ Miloni in amoribus erat; huic enim uni, & se ipsum, & pum facile cessit. Non me latet, Auditores, similibus factorum memo-

moriam, non nisi cum spe magni fructus ex hoc loco revocandam: sed edicite, nunquid admirationem mereatur, quod gratiam illam, quam hodiernâ die Apostoli junctis viribus, totâque precum suarum violentiâ à liberalissima Christi manu obtinere non poterant, *dimitte illam, quia clamat post nos*, extorserit tandem mulier Chananæa: *O mulier, magna est fides tua! fiat tibi sicut vis.* Insigni apud Christum gratiâ pollere debuit hæc fœmina: æquonam autem suo merito eam inuisse censis? nullo certè alio, quàm Fidei. Sed nunquid parisi fidei fuere Apostoli, intercessores Christo tam accepti? id quidem non negaverim: sed si ultrâ rimari placet, id quod Chananææ preces tam potentes effecit, credo, fuisse sanctam quandam impudentiam, & amicam importunitatem, à fidei magnitudine ortam. Videte, quæso, mecum modum, quem petendo tenuit: erat illa oriunda è populo infideli, & superstitionibus dedito; quantâ ergo animi magnitudine illi opus fuit, ut neglectis popularium cachinnis, & superato omni respectu humano: ad Christum accederet? idque non occultè, sed in publica & patenti via: & quamvis esset Matrôna nobilitate conspicua, intrepidè tamen ad Christi pedes accidit, eumque, die clarâ, in maxima populi frequentia demissè adoravit, nil sollicita, quid alii de se dicturi essent: contempta perseverat, fugata persistit, nec verba moratur aspera, quibus illam Christus ad virtutis experimentum excepit, dum eam canis instar

contemptum sacessere jussit: *non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus.* An non tam eximia virtus omni vobis præmio digna videtur? Ego unicè optarem, Auditores, ut præclaro hoc exemplo disceremus, vanissimos illos metus & respectus exueret, qui non rarò nos retinent, ne Christi obsequio integrè nos mancipemus. Ad quid, quæso, inutilis sollicitudo, quid alii de nobis dicturi sint? cur levis derisio, jocus aut verbulum adeo nos moratur? dicant & sentiant alii, quod lubet, nec tamen idcirco à laudabili suo proposito quisquam deflectat. Fortunatos vos! si veritatem tam proficuum vestris hodie cordibus imprimere nôlsem; certus enim forem, multos, qui modò defectibus scatent, fore bonos, & qui boni jam sunt, fore sanctos: sed rem quantocyùs & absque induciis aggrediamur.

II. Nolim tamen tam durus & inhumanus videri, Auditores, ut compati nesciam delicato illi dolori ac sensui, quem illusorum dicacitas solet excitare. Indignum sanè est, vixdum nobilem aliquam fœminam, virum purpuratum, aut civem, posito vestium luxu, moderato & frugali habitu contentum vivere, vana consortia vitare, vitam vivere solitudinis amantiorem, cum illicò centum linguarum aculeis configi se vident. Indignum hoc est, inquam, sed unâ cogor liberè fateri, malum illud esse immedicabile, nec remedium pati: consulite, si lubet, omnes vitæ sanctioris Magistros, & omnes uno ore affirmabunt, non posse vos odisse vitia, quin



*Prov. 29. vos oderint vitiosi, abominantur impii eos, qui in recta sunt via. Causam dar Salvanus, quia, ubi tanta est studiorum inæqualitas, ingens sit contrarietas affectuum necesse est: vita proborum perpetua est exprobratio improborum; quid ergo mirum sit, si eos oderint. Vos pietate vestra eorum in Templis petulantiam confunditis, vestra charitate eorum duritiam, vestra verecundiâ mores eorum dissolutos, vestra frugalitate eorum ingluviem; si ergo sui ipsorum amantes sunt, olores vestri sint, necesse est. Maxima enim causa discordiarum, ait sanctissimus Præsul, est diversitas voluntatum, quia fieri aut omnino potest, aut vix potest, ut eam rem in alio quisquam diligat, à qua ipse dissentit, itaque non sine causa vos oderunt, in quibus omnia sibi amula, atque inimica esse conspiciunt. Omnem turpitudinem suam impii in vobis, velut in speculo contemplantur; quid mirum ergo, si vos oderint, si spernant, si persequantur? Camelos illi imitantur, qui, cum aqua limpida & illimi appropinquant, pedum ungulis eam turbant, & lutum commovent, ne suam in ea deformitatem cogantur intueri. Nec tamen hoc vos conturbet Auditores; hoc ipsum enim, quod molestia vestra remedio careat, præsentanea illi medicina est.*

III. Si ergo fieri nullâ ratione potest, ut iusti impiis placeant, facile agnoscitis, vos nec primos fore, nec ultimos, qui in causa tam honorifica injustè patiamini; solatio vobis erit singulari, tot gloriæ vestræ videre socios, qui vobis animos addent. In Ægyptum

si oculos conjicietis, Josephus occurrer, maligno æmulum livore catenis vinctus; Hierosolymam conversi Jeremiam videbitis, in cisterna sepultum; Si Susam conceditis, vicinum furcæ & patibulo Mardocheum videbitis; si Babylonem tenditis, Daniele leonibus objectum aspicietis? si Oculos in Bethulia figitis, Achiozem pallo affixum contemplabimini; in Babylonem reversis Susanna occurret, ad lapidum grandinem condemnata. Tantumne linguis maledicis in vos licuit? mitius longè vobiscum agitur, solis linguæ aculeis flagellamini, sed extra cruorem. An non Magdalena sola matronis devotis insigni documento & solatio sit? quid illi acciderit, perspicuum vobis esse arbitror, nescio tamen, an omnes circumstantias satis expenderitis. Inaudierat illa, Christum à Simone quodam invitatum in illustri convivarum coronâ mensæ accumbere; accurrat illuc actutum, cum pretiosi odoris ungento, quod supra caput Servatoris, fracto in obsequii testimonium alabastro effudit; dixisset, veneno linguas accumbentium asperfas, ita unanimiter inter se murmurare, frendere & fremere: *Vi quid perditio hac! quæ prodigalitas? quod detrimentum? quæ profusio unguinis tam pretiosi? quod venditum multis familiis sustentandis suffecisset: Et fremebant in eam; parumque abesse videbatur, ne vivam dentibus discerperent. O rem Superi grandem! an non Magdalena sumptus majores, & vanissimos quidem fecit in unguenta, liquores & olores, quos sibi ipsi, velut*  
Idolo

Idolo lasciviæ, adolevit? ad hoc certè trecenti denarii satis non erant, quantum de mosco, ambaro, & balsamo, quantum lucci odoriferi in solos capitis cyrrios & cinninos insumpsit: quantas insuper lemniscorum ornatus, auri copia, gemmarum luxus? an non palàm erat, sua jam ferè omnia Magdalenam, non tam vestium pompâ, quàm munerum superfluatorum copiâ, convivorum luxu, conversatione profanâ concoxisse? an nullus unquam contra eam infremuit? an in faciem & coràm prodigam ac decoctricem quisquam compellavit? quin plurimos illa ad obsequia servos, ac demisso in terram usque corpore ambitiosos sui veneratores, putidè adulantes ac applaudentes habuit, quoties per Urbem obambulet. Cùm autem exiguum vanitatis suæ tributum Christo in donum offerret, en tibi subito malignantis linguæ verbera, calumniæ & fremitus; omnes uno ore clamabant: Ecce hæc pingue patrimonium, ac familiæ suæ bona abligurit, decoquit, dissipat & perdit! certè curatore opus habet: *Ut quid perditio hæc? ut quid perditio hæc?* Hinc concludite, parem semper fuisse eorum sortem, qui serió statuerunt Christo servire: *Omnes qui piè volunt vivere in Christo I E S V, persecutionem patientur*, ait Apostolus, *Omnes, omnes!* Nec tamen, si bene attendamus, dicit, *qui vivunt*, sed *qui volunt vivere*; quantumvis enim nonnulli paulatim superent vim livoris, re-tundant maledicentiã, ut tranquillitate ac pace fruantur; cùm tamen primò se Christo consecrare statuunt, cùm

R. P. Segneri Quadragesimale.

*volunt piè vivere*, nullus superest tergiversationi locus, velint, nolint, acerbata pati necesse est: *Omnes, qui piè volunt vivere in Christo Iesu, persecutionem patientur*. Quin plurimi sunt, quos nullis concessis induciis, semper pati necesse est, Israëlitarum exemplo, qui non solum ad primum ex Ægypto egressum Ægyptios, Amorrhæos, Amalecitas, aliòsque innumeros adversùm se insurrexisse viderunt, sed etiam intra Sionis mœnia & Hierosolymæ confinia Jebusæos pati coacti sunt, qui si Origeni credimus, aliud linguâ nostrâ non denotant, quàm *conculcatores*. Et quæ tandem par Mathildi innocentia reperiri potest, magni nominis, & famæ Principi? ejus tamen in Pontificiam Sedem reverentia obsceni in Pontificem amoris contumeliã proficissa est, quamvis palàm constaret, eam aspero cilio cingi, & rigidâ foris loricâ armari solere, quæ illam amoris profani telis imperviam, & ab omni lasciviæ suspicione alienissimam reddere debebant. Quantum non virtus Gregorii Septimi à maledicis vapulavit, qui tamen portentis & miraculis claruit? quantum Sergii integritas, superis tam clara & pretiosa, sustinuit? An non Divus Athanasius stupri & homicidii reus accusatus est? id ipsum Gregorio Taumaturgo accidit, cui malignæ ob-trectantium linguæ crimen impuritatis affricuere; id ipsum Anachoretæ Palladio, quem Malevoli scartium proclamavere; id ipsum Stanislaò Episcopo, quem furti reum arguerunt, id ipsum innumeris aliis, quorum vita

N quantum-

quantumvis consummata sanctimoniam famam clarissima, linguam tamen mordacis jaculis exposita fuit. Nec pluribus exemplis opus est; sicut enim juxta Philosophum minimè convenit, rei dubiam stabilendam debilibus uti argumentis, ita à ratione longè alienius est, in re manifesta, spissa ac copiosa rationum momenta condensare. Quid ergo porro statuendum est? id unum certè, magnum rebus nostris solatium esse; quòd parem cum tot tantisque aliis sortem experiamur, quodque malevolorum tela non tam nostram personam, quàm nostram virtutem, imò Christum ipsum petant ac feriant.

IV. Sed ego vos hic sistere nolum, sed gradum promoveo, ac liberè pronuntio, quòd, licet in vestra potestate situm esset, ob virtutem amari & laudibus extolli, odia tamen & contradictiones hominum eligere præstaret? Paradoxum hoc vobis utique videtur: attentas tamen præbete aures, & palam id vobis demonstrabo. Fingite, vos nec dicituriscisci, nec odio haberi, sed amore & laudibus macerari; fingite, neminem vobis obloqui, sed vos passim in pretio esse, & ubique vobis applaudiri? DEUM ne vobis, an vos DEO obligatos propterea esse existimatis? Enimvero DEI potius debitores vos esse profitebimini, cum ex ejus obsequio tam uberem fructum, tantamque nominis vestri celebritatem percipiatis. Sin autem Ejus amore maledictiones tolerandam, & molestiarum Ilias absorbenda est, DEUM vobis debitorem habetis. Itane debitorem? debitorem enimverò;

nec meis in hoc verbis, sed Divo Joanni Chrysostramo velim credatis: si propter DEUM, inquit, diligamur, honoris impensè debitores illi sumus; sin verò ejus causa odio habeamur, debitor ipse sit nobis. Quid autem ab homine vel sperari vel desiderari possit majus, quàm DEUM sibi habere debitorem? Liceat mihi igitur, doctorum Sanctissime, liceat mihi, Ignatii feras in se provocantis exemplo, mordacissimos in me linguarum aculeos provocare: lacerent me maligni, mordeant, discerpant; aliud illi non efficient, quàm ut DEUM mihi faciant debitorem; meam in Ipsum fiduciam augebunt, ac liberiores ad DEUM accessum mihi aperient, nihil enim ille posthac negare mihi poterit, quem meum habeo debitorem: Quod deridetur ab amico suo, sicut ego, dicebat quondam Jobus, qui deridetur ab amico suo, sicut ego, invocabit DEUM, & DEUS exaudiet eum. An parum id vobis videtur? quin ego tanti aestimo, ut non tantum neglectam propter DEUM popularis auram, sed totius mundi pretio comparandum censeam. Neque mirum est, DEUM hanc Justorum patientiam tantopere aestimare; ex illa enim, tanquam Authenticam levitatis nostram syngrapham, colligitur, obsequia nostra non è proprii commodi motivo, sed sincerissimam charitatis affectu proficisci; ex illa virtutis robur ac soliditas, animi puritas, & fidei rectitudo probatur, dum inde opprobria & ignominiam ferimus, unde laudis manipulos colligere debueramus. Et hoc ipsum est, quod D. Cyprianus fidelibus, persecutione jactatis, frequen-

*Laud.* ter inculcavit: tunc omne fidei robur expenditur, inquit, cum in sermones vulgi, atque in opprobrium veneris, cumque te contra illas populares insanias religiosam mente firmaveris, convincens scilicet, & repugnans, quidquid super persona tua in injuriam Christi profanus sermo jactaverit. Nostisne, Auditores, quid Abrahæ sacrificium adeo celebre fecerit: abseribunt id nonnulli perfectissimæ illi obedientiæ, quâ imperio summè arduo, nec hiscere quidem contra ausus, obtemperavit; alii promptitudinem mirantur, quâ acerbissimum Dei mandatum absque mora executioni mandavit: alii integritatem fidei extollunt, quâ promissis ad speciem penitus contrariis absque ulla titubatione assensum dedit: & hæc quidem omnia perbene. Si verò placet Doctissimum Præsulem Zenonem ingenuè percontari, rarum profus & inexpectatum responsum accipietis: totum, ipso iudice, virtutis meritum in eo positum erat, quod animo intrepido obtractantium se linguis exposuerit; quis enim non videt, factum adeo insolens barbari & inhumani hominis notam Abrahamo fecisse, omniumque in eum linguas armasse? rigidem illum appellarent humanis exuviis tectam, aut carnificem sub Patris larvâ latentem; illa ipsa animi constantia, quæ tantam illi gloriam peperit, malevolorum detractis eum objecerit. Ecce, dicturi erant, quâ frontis immotæ constantiâ tractavit ferrum? an vel lachrimulam sparsit, an vel uno suspirio dolorem testatus est? an librato jam ictu saltem vultum à tam crudeli spectaculo avertit? imò propriis unigenitum ma-

nibus ligavit, ipse supra aram composuit, oculos velavit, collum nudavit, & omnis expertus pietatis caput demetere, ac multorum carnificum munere unus fungi non dubitavit. Neque ille adversus hosce insultus divini præcepti scuto se tueri potuisset; quomodo enim genti, DEI notitiâ, & fidei lumine destitutæ, probasset, se facinus istud cœlesti potius jussu, quàm propriæ crudelitatis instinctu designasse? respondiissent utique; DEUM tam rabidam famem non pati, ut humanis eam victimis petat sedari; latrantis eum Cerberi, non loquentis DEI vocem accepisse. Hoc ergo, si Zenoni credimus, incomparabile sapientissimi Patriarchæ meritum erat, quod, insuper habitâ tantâ obloquentium malignitate, & finitris vulgi judiciis, grande illud sacrificium intrepidè auspicatus, parique fidelitate executus sit: non timuit. ne ei parricidium imputaretur, sed potius, ut devotioni par erat, latatur, hoc DEVM jussisse, præoptans infamiam sustinere parricidæ, quàm meritum perdere obedientis. Illustri hoc exemplo discite, Auditores, tolerare æquo animo, si ob virtutis studium suos vobis dentes vulgus infingat: cum Ecclesiæ Sacramenta solito crebrius frequentabitis, id multi hypocrisis interpretabuntur; si amore verecundiæ vos domi continebitis, dicent, vos desperatione impelli. Si à conventiculis, & comessionibus temperantiæ amore abstinebitis, id avaritiæ tribuent, si inimicum amore DEI in gratiam admittetis, dicent, id vilitate animi, & mentis inopiâ factum.

Serm. 12  
de A-  
brabam.

factum ; si demissionis studio honores fugietis , ignaviæ adscribent. Rem arduam quidem à vobis requiro ; non negaverim : sed hic tandem

*Ecol. 2. lapis Lydius virtutis est , in igne probatur aurum , & argentum , ait Ecclesiasticus , homines verò receptibiles in camino humiliationis. Miserabilem quaeso Jobum intuemini ? quem ei animi sensum inter tam graves ærumnas fuisse existimatis ? quid ei maxime doluisse censeris ? Illud , illud ei acerbissimum accidisse judico , quòd , cum infanda scabie , & infami leprâ laboraret , passim creditum sit , Jobum juveniliū cupiditatum effræni licentiâ hanc sibi lucem procurasse , cum tamen ab illo crimine alienissimus esset : hæc quippe erat sathanæ rabies , ut cum Pineda commentatores doctissimi opinantur , Jobi corpus illâ morbi specie inficere , quâ ut plurimum voluptuarii castigantur : *ulcere pessimo ; adeo ut miser sæpius audire cogeretur exprobrantes : vah homo carnalis , lascive , libidinose !**

*Iob. 19. Ossa ejus implebantur vitis adolescentia sua. Summè quidem hæc opprobria dolière Jobo , nec tamen destitit , DEO benedicere labris illis , quæ inter omnia corporis membra sathan reliquit , derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos ; sperabat enim Jobum evictâ tandem patientiâ in blasphemias erupturum. Pari petulantia aliorum quoque virtus exercita fuit : Moyses incredibili labore sexcenta hominum millia suæ curæ commissa regebat ; audiendis eorum querelis , & componendis discordiis*

intentus : cumque laudem inde sperasset , à petulanti pastore stultitiæ accusatus est quòd tantum in se oneris suscepisset ; stulto labore consumeris. Quid de Anna uxore Elcanæ dicam ? cum ferventissimas inter preces piis in templo gemitibus Cœlum fatigaret , contumeliam temulentæ & bulbæ sustinere coacta est. Quid de Vasthi dicam , regii thori consortis ? hæc enim cum modestiæ ac pudicitie studio , formæ suæ venustatem convantium oculis prostituere recusaret , contumax & obstinata audiit. Sanctissimo illi Tobie ipsi etiam amici frequenter exprobrarunt , cum merito civitate percussus , quod in tempesta nocte per vicos & compita vagatus , mortuorum cadavera curârit , & tumulis intulerit. Ecce virtutis ac meriti aspiciem , ad quem Vos quoque aspirare oportet. O sorte vestram felicem , si ob virtutis amorem , & propter actiones omni encomio dignas vituperia & calumnias reportetis ! *exprobramini in nomine Christi , beati eritis. Hoc beatitudinis vestræ certissimum pignus est , si Christi oraculo credimus. Beati estis cum maledixerint vobis homines ; Beati eritis cum vos oderint homines. Quod si hanc veram esse beatitudinem negatis , omni alteri dogmati abroganda est fides , quia omnia eadem basi , Christo scilicet & jusque infallibili autoritate nituntur.*

V. Et quamdiu tandem , per vitam vestram vos obtestor , Auditores , quamdiu hæc dictoria vos passuros esse arbitramini ? an non tandem il-

luce

Juceſcet dies, quã illi ipſi, qui ſannis & ludibriis ſimpliſſimam veſtram explo-  
dunt, erunt conſtantia veſtræ admi-  
ratores? *veniet, veniet dies illa, qua  
corruptivum hoc & mortale incorru-  
ptionem induat, & immortalitatem,*  
dicam cum ſancto Chryſoſtomo:  
quantã tunc affluetis lætitiã, cum ſu-  
premo præſentati tribunali in totius  
mundi præſentia ſtabitis in magna  
conſtantia ad verſus eos, qui vos angu-  
ſtiaverunt, & inſultantibus vobis in-  
ſultabitis? Cùm hanc veſtram læti-  
tiam cogito, ſcitis, quam ejus ideam  
& imaginem mihi proponam? Noë-  
mum arcã ſuã incluſum mihi repræ-  
ſento? vos judicate, an convenien-  
ter: ſi quis unquam mortalium ca-  
chinnoſ & ludibria paſſus eſt, Noë-  
mus fuit, ſi Chryſoſtomo fides eſt:  
*verifimile eſt, inquit, eum ſubſannatum  
& irriſum ab omnibus.* Habitaverat  
ille in medio populi gentiliſ, flagiti-  
oſi, moribus diſſoluti, ac protervi; cùm  
DEUS, humani generis peccãtus,  
delere illud ſtatuit, & in mandatis  
dedit Noëmo, ut domum ſibi mobi-  
lem ædificaret, in qua velut tutiſſimo  
aſylo, communi ſe cladi ſubduceret.  
O quã locupletem riſum & ſibi-  
lorum materiem hæc ſtructura petu-  
lanti populo ſuppeditavit! etſi enim  
initio terriſi ſint nonnulli, cùm novus  
Propheta Noë vicinium mundi interi-  
tum ex Dei imperio nuntiaret: cùm au-  
tem viderent, unius, duorum, trium, imò  
centum ferè annorum ſerie evolūtã,  
minas fanaticæ inundationis ac diluvii  
incallum recidere, & ſucceſſu carere,  
Noëmum verò nihilominus fabrica-

ſux ſtrenuè inſudare, arcæ certatim cir-  
cumfulſi in quot non cachinnos; &  
ſibilos prorupere! O, inquiabant,  
te ſenem bis puerum! O prophetam  
mendacem, Cùm verò poſtea Noë-  
mum ſudo ac ſereno die navim in-  
gredi viderent, immenſo animalium  
& beſtiarum exercitu præeunte, tunc  
enimverò irriſiones & ludibria cre-  
ſcebant; Ecce, clamabant, ecce ſenem  
delirum! qui, cùm aurã liberã, cæloque  
ſereno perfrui poſſet, ſe ipſum volun-  
tario carceri mancipat! quæ ſtolidi  
hæc libido eſt, vitæ tædio propriis  
ſibi manibus ſtruere tumulum, & ves-  
pilloniſ officium ſponte prævertere?  
pulchrum profectò conſortium lupos  
inter & urſos, vulpes & apros! quæ  
catenæ tot belluas continebunt, ne  
impetu factò miſerum diſcerpant? O  
mente captum, ô territum? timet  
undas ne ſuffocetur, tigrides non me-  
tuit, ne ſuffocent, nec leopardos, ne  
jugulent. In hunc ferè modum ſub-  
ſannabant Noëmum, quando Arcam  
conſcendit. Cùm verò ſeptem e-  
volutis diebus per laxatas cæli cata-  
ractas viderent delabi pluvias, intum-  
meſcere alveos, ſtrepere torrentes,  
inundare flumina, effundi maria,  
jamque ſuperſuſa camporum planitie  
valles abſcondi, montes ipſos creſcen-  
tibus aquis æquari; ô quã ſubito,  
mutatã ſcenã, alia rerum facies ſuc-  
ceſſit? fluctuabat in novo hoc O-  
ceano ſecura & glorioſa Noëmi na-  
vis, atque inter nubium crebris toni-  
truis micantium Martiales fragores,  
inter ventorum ruinæ infrementium  
ſibila, fugientium tumultum, demer-

forum ejulatus & clamores, morientium gemitus, in communi omnium strage illæsa, in universali exterminio tuta natabat: Noë verò in hac miserrorum clade nec insultabat illuforibus, nec eorum interitu exultabat, sed pio miserrantis animi sensu pereuntibus condolebat. Liceat mihi tamen auditores, ut Ego Noëmi partes hodie agam, ac de alto montis vertice immensum hoc naufragium contemplatus, exclamem. Ubi estis modò, ubi estis animi fastuosi, quibus paulò antè tam volupe fuit innocentis simplicitati illudere! erigite non nihil è procellis caput naufragum; Eja! agnoscitis navem hanc victricem, vestris inambulantiem capitibus, securam naufragii, morti dominantem? ubi modò sunt ædificia vestra superba, turres & palatia? ecce Noëmum, quaternos inter ligni fragilis parietes securum, cum tamen vos robustissimorum murorum multiplicati ambitus ab interitu defendere non possint. Paulò antè, nunquid recordamini? risu & sibilis me excepistis, quòd vestram vitæ licentiam detestarer, à fastu & luxu vestro abhorrerem, ac morum vestrorum corruptelam reprehenderem. Senem me delirum, atrâ bile agitatam, & emotæ mentis hominem appellastis, qui se ipsum vivus intra natantis ergastuli angustias conclusisset: Eja, si animus vobis prurrit, ridete nunc alacriter, nunc sublannate! En petulantissimi derisores! en inter undas fluctuant corpora vestra, mille fluctuum præda, omnem in partem jactata, nec conquassatis

ossibus deserti littoris ora conceditur, quæ tamen etiam miserrimo cuiusvis naufragium passò, indulgetur. Solus Noë in tam gravi tempestate non est de portu sollicitus; hunc enim secum vehit, quocunque pergat; securitatem suam secum portat; dumque vos omni retinaculo destituti mergimini, ille interritus alto mari inambulat. Sed quorsum ista? justissimæ quidem sunt hæ exprobrationes, sed inutiles, & nequidquam illis ingestæ, quibus nec aures amplius patent ad audiendum, nec spatium & tempus suppetit, ad fructum inde colligendum: quin potius nobiscum ipsis familiariter sic discurremus & ratiocinemur. An non lamentabilis hæc vobis catastrophe videtur, Auditores? an non invidendam potius creditis sortem illius, quàm impiorum illudentium? Talis etiam erit fors vestra, si maledicas aliorum linguas æquo animo tuleritis: rident illi vos quidem iopræsentiarum, & dixeris laustri angustias vitam trahatis, spontaneo rigore corpus atteratis, delicias fugiatis, amicorum consortia vitetis, vano futuræ mortis metu torqueatis, aut quòd diebus festis magis vobis cordi sit, intra templorum parietes & sacri Oratorii silentia latere, quàm per hortos camposque cum Libertinis vagari. Sed heu brevem eorum risum! cum universali, non undarum, sed flammaram correpti diluvio, omni se subsidio destitutos videbunt, tunc enim verò & illi angulum arcæ vestræ suspirabunt, quæ in sapientiæ Libro

convenienter lignum contemptibile appellatur. Verum, mutata est scena; alius erit rerum status; videbitis brevi illos in abyssum præcipites; vos autem stabitis, stabitis, inquam, in magna constantia adversus eos, qui vos angustia verunt, & de cælorum culmine insultibus illorum insultabitis, & illudentibus illudetis. An non consideratio ista animum vobis facit, ad contemnendos canum istorum latratus, qui latrare quidem possunt, nocere autem vobis non possunt? Latrent, latrent hi Cerberi, quantum lubet; crimententur, calumnientur ad satietatem; veniet aliquando dies illa, quâ eorum audaciam ac temeritatem compressam videbitis.

V I. O Dies desiderata! dies chara! quando tandem illucesces, ut luce meridianâ clariùs pateat veritas illa, quam ego obscuris solâ coloribus adumbro? Eja Christiani! vita brevis est, tametsi modico tempore linguarum maledicarum metam esse oporteat, quid tandem interest; tanto major succedet gloria, ipsæ etiam Angelicæ mentes vobis applaudent, & licet pauci homunciones vos affligant, Deus tamen ipse consolabitur vos, Isaiâ teste: nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum nolite metuere, sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis, & sicut lanam, sic devorabit eos tinea, salus autem mea in sempiternum erit. O vos felices, si tanti ponderis & momenti oraculum memori mente retineatis! Quid enim tandem sunt homines, etiam maxime præcipui? nunquid morta-

les, fragiles, lutei? & hos majoris DEO facietis? O confusionem, ô insipientiam, ô pudorem! ô quot vestrum sunt, auditores! ad omnem virtutem proni, ad Ecclesiæ mysteria frequentanda propensi, ad jejunia, corporis castigationes, librorum piorum lectionem affecti, ad concordiam inter discordes stabiendam, & promovenda pietatis exercitia Zelosi, qui tamen id facere negligunt; & quâ de causa; non aliâ sanè, quàm earum linguarum timore, quæ intra paucos dies putrescent; quin plurimi ex humano respectu in mille flagitia se effundunt, vitam ceteroquin sceleris puram vituri: adest nimirum malorum incentor socius, atque, eja! ingeminat, quid tantos Declamatorum in pulpitis strepitus moramus? diem potius lusu frangamus; ubi chartarum folia? eja huc ocyus admove! Et nemo vestrum est, qui vel hiscere contrâ audeat. Invitami ad festa, ad symposia, ad choreas & saltus, imò nonnunquam ad lupercalia, prostibula, lupanaria; ne tunc quidem contradicendi vobis animus est; & hoc unius irrisionis timore. Ita vos amicorum scilicet blanditiis ad fauces inferni deduci finitis, cur non abigitis eos potius, atque in faciem dicitis? Abi hinc infelix; faceffe, & solus illuc te apage? Refert Plutarchus de quibusdam, eos ad cœnam invitatos, ubi insidias timere meritò poterant, illuc tamen concessisse, ne inofficiosi aut inciviles dicerentur; sicque trucidatum, ait, Dionem à Calippo, Antipatrum à Demetrio, & nescio quem Herculem

ado-

de vitis  
so pudon  
re.



adolefcentem fimplicem à Poliperfo. An non majoris amentia vos reos proclamem? qui probè nôftis, vos ad nefanda non rarò conventicula invitari, idque unicè agi, ut in manus fathanæ tradimini; & tamed ne invitantes offendatis, illos velut bos ad macellum fequimini. Cur, quæfo, eos non generosè abigitis? cur non refiftitis, plurimorum exemplo incitati, qui infignia vobis Christianæ libertatis documenta reliquerunt? Xenophon, quamvis Ethnicus, cum Laffus nobilis adolefcens animi vilitatem ei obiiceret, quòd chartarum lulum detrectaret, promptè *fafus est, ad res inhonestas fe timidiffimum esse.* Et vos, Christiani, in rebus flagitiofis, turpibus & abominandis protestari contra non audeatis? quin tandem apertè statuitis: *vota mea Domino reddam coram omni populo ejus!* An tantà tergiverfatione, tantisque diffimulationibus opus fit? *In medio Eccleſia laudabo te, in medio multorum laudabo eum!* Hoc enimverò cum Davide profitendum est: fortunatos vos, fi hac sancta impudentiâ armati domum concedatis. O quot fœminæ nobiles mundum muliebrem & instrumenta vanitatis abjicerent, quem nôrunt ſibi aliisque nocivum, nec tamen à ſeipſis obtinere id poſſunt, illo ſolùm reſpectu abſterritæ, ne aliis pompâ & luxu cedere videantur? O quot cives magis devoti, quot illuſtres, ac nobiles modeſtiores forent, ſi peſtilens hic reſpectus abeſſet? Hæc enimverò illa impudentia eſt, quam jactavit Apoſtolus: *non erubeſ-*

*co Evangelium: ad hanc ipſam ego vos hodie exhortor; obſecro, ne vos pudeat utroque pöplite DEO in miſſæ ſacrificio ſupplices adgeniculari; quod DEUS ipſe in Salomone laudavit, utrumque genu in terra fixerat.* Non erubeſcatis, decenti corporis compoſitione rei Divinæ aſſiſtere, aliis confabulantibus ſilere, ac precibus piè vacare, dum alii riſu & cachinnis ſolvuntur. Quin liberè DEO confitemini, *DEVS meus, in te conſido, non erubeſcam!* Illudent alii, ſpernant, ſubſannent? ſatis mihi ſit, tibi ſoli placere: *maledicent illi, & tu benedices.* En ſolatium eximium, paucis à Davide verbis expreſſum: *maledicent illi, & tu benedices.* Illi inurbanitatis me arguent: & Tu benedices. Illi incultis me moribus eſſe dicent: & Tu benedices. Dicent, me vitam à ſtatu & conditione mea abhorrentem vivere: & tu benedices: ad ſummam, *maledicent illi, & tu benedices.* Ita, ita vos ipſos ad virtutem animate, & D. Franciſci eſſatum ipſo facto comprobate, *Parùm eſt laudari ab homine, ſi à DEO vituperer; parùm eſt vituperari ab homine, ſi DEVS me laudet.*

## P A R S A L T E R A.

VII. **U**T mordaces impiorum linguas juſti generosè contemnerent, mulieris Cananæ exemplo perſuadere hæctenus conatus ſum: iam verò continere me minimè poſſum, quin ad impios converſus, juſtoque Zelo accenſus, facinoris enormitatem

Plutarc.  
ibid.

Pf. 15.

14.

Pf. 21.

23.

Pf. 108.

20.

Ad Rom.

11. 6.

Eccle.

17.

mitatem proponam, dum datâ operâ, & ex composito aliorum virtutem labefactare conantur. Quis autem crederet, Auditores, eum, qui juxta Christi leges vivere desiderat, à nemine plus persecutionis pati, quàm ab iis, qui se Christi sectatores profitentur? Si ne in ipso quidem mendaculo Christianitatis, in medio, inquam populi D E I piis & virtuosis esse licet, extra mundi limites exulandum est virtuti; ubi enim tutam sibi sedem speret, si nostris è finibus excludatur? Hoc cum probè agnosceret magnus ille Salvianus, tantam impiorum temeritatem & deploravit multoties, & increpuit: *si statim, inquit, ut quis melior esse tentaverit, deteriorum abjectione calcatur, omnes quodammodo mali esse cogentur, ne vi- les habeantur.* Hoc enimverò, ô impii, vestrum ipsissimum est votum; sic latere & abscondi vos posse confiditis, juxta illud Ecclesiastis: *In populo magno non agnoscat; neque numerosæ turbæ immixtos digitis vos monstrare quis poterit.* Eja impii, ratum sit, quod speratis, auscultate tamen & respondere: vos justum la- cessitis, jam linguæ aculeis, jam contumeliis & sannis, ut tandem à virtutis studio desistat: an non hic vester scopus est? fiat ergo, quod petitis, relinquat virgo illa modestam suam verecundiam; omittat adoloscens ille exercitia consuetae pietatis; comitentur vos ad theatra, ludentium consortiis sese ingerant, immergantur obscænis amoribus, inter fidium, ac cytharæ sonum per urbis vi-

R. P. Segneri Quadragesimale.

cos vagentur; non sit pratum, quod non luxuriosâ morum licentia pertranseant; utantur, aut rectius loquendo, abutantur flore juventæ, & ubique iniquitatis vestigia relinquunt: quid tandem inde lucri obtinuisse putatis? dicam ego: immane detrimentum! Cogitate enim, infelicem hunc vestro hortatu & sollicitatione à salutis semita abstractum, tandem vestrâ culpâ damnari; nunquid eadem vos calamitas manet? Ita est Auditores, eadem vos calamitas manet; vos quoque æternum peribitis! Sinite, per D E U M vos obtestor, ut sensum vobis meum liberè aperiam, qui acutæ instar spinæ cordi meo infixus hæret. Horreo enimverò, si perpendo, somnum securè capere posse illum, qui suâ culpâ vel unicam peris- se animam meminit: unicam, inquam, suâ culpâ periis- se animam proh quanti ruboris ac doloris materia esse debet? quos enim misera illa è damnationis barathro clamores, quos fremitus & rugitus emittet? anne unquam vindictam cessabit ex- petere de illo, quem primam & principalem ruinæ suæ causam agnos- cit? nunquid identidem ad Divinum tribunal appellabit, & de miser- riæ suæ authore vindictam exposcet? Novimus certè iustorum cineres è tumbis suis vindictam de tortoribus suis petere: *Intret in conspectu tuo gemitus compeditorum, vindica sanguinem, vindica sanguinem sanctorum tuorum, qui effusus est!* Et tamen mors illa, quantumvis sanguinolenta & barbara, fuit illis beatitudinis æter-

○

128

Serm.  
no. de  
SS.

næ principium, ac, modò offensa DEI abesset, plus illi debent tortorum gladiis, quibus jugulati, quàm nutricum uberibus, quibus lactati sunt, ut merito dixerit Augustinus: *Profanus hostis nunquam tantùm prodesse potuisset obsequio, quantum profuit odio.* Quid ergo miseri illi dicent, quorum non corpora, sed animas occidistis? an nullum temporis momentum labetur, quo non ex inferni faucibus clament: *vindica, vindica!* cum enim quot septimanis animum noxis purgare in more positum haberem, ille diceris suis me absterruit, ut lethalis noxæ reus diem ultimum obirem. *Vindica, vindica!* Ejulabit infelix illa puella: *vindica, vindica!* cum enim fugerem virorum consortia, & devotionis exercitiis vacarem, ille blanditiis & cohortatione ad vanitatem & lasciviam me pertraxit. *Vindica, vindica!* exclamabit alius, cum enim à teneris unguiculis ad securum illum vitæ religiosæ portum aspirarem, hic sannis suis me avertit, ut à Paradisi semita aberrarem. Si hisce stridoribus contra nos infelices illi cælum infestabunt, quis ora eorum obturabit? an fortè Cerberos hos esse credimus, qui injecto melleo bolo sopiantur, aut ad suavem cytharæ sonum mitescant? Minimè enim verò: nam ut Spiritus Sanctus testatur, *Zelus & furor viri non parces in die vindictæ, nec suscipiet pro redemptione dona plurima;* damnati enim alterius affectus capaces non sunt, quàm odii, nec aliud ipsos delectat, quàm ultio & vindicta. An


Prov. 6.  
34.

ergo unquam illos destituros credimus, usque dum pœnarum socios habebant, quos culpæ agnoscunt Authori quin DEUS ipse (sinite, eloquat!) importunis miserorum clamoribus fatigatus Paradisi nobis aditum negabit, & Talionis lege nos puniet: *qui in a latatur alterius, non erit impunitus;* quæ ergo supplicia illum manebunt, qui damnationis alienæ est author? Certè, cum hæc cogito, horrore concutior, nec assequi valeo, quâ ratione, qui hæc in animum seriò demittit, aut dies vivere lætos, aut noctes possit docere tranquillas, quin anima illa damnata, feralis instar furæ viperis armata, conscientiam mordeat, suæque damnationis authorem affligat. Alii, cavete, cavete, Auditores, ne tanto vos periculo exponatis! facite, obsecro, quod infimus quidem vester servus, sincerissimus tamen, salutisque vestræ, ut qui maximè, studiosus demissè à vobis efflagitat: hoc nimirum adhuc vespere, cum, uti suppono, nemini vestri latebras prævio ante somnum examini scrutabimini, in vos ipsos seriò inquirete: an ego aliquem persequer, quia probus & virtutis est amans? an odi quempiam, quia modestus est? an mordacis linguæ iectibus à me vapulat, quia innocens? si hujus culpæ puri estis, DEO grates rependite; sin verò vos reos deprehendatis, timete, timete, ne adversarius aliquando ab inferis surgat, qui coram Divino tribunali mortem, mortem! vindictam, vindictam! de vobis expetat.

# SERMO NONUS.

## DIE VENERIS POST PRIMAM DOMINICAM.

*Domine, hominem non habeo. Ioan. 5.*

**I.**  Nfortunatus, si quisquam alius, fuit ille paralyticus, quem hodiernum proponit Evangelium. Jam triginta & octo annos, doloribus & ærumnis plenus, ad piscinæ probaticæ crepidinem jacebat, notissimus omnibus, quos illuc vel desiderium sanitatis, vel oculorum curiositas traxit. Erat ille ex diuturnitate morbi coloris emortui, oculis refugis, carne tabidâ, habitu squallido, estque creditu facile, illum voce gestuque flebili, quæ vel silices, & saxa moveret, subsidium rogâsse: neque opus erat aliis impensis aut labore, quàm modicâ unius hominis pietate, qui opportuno tempore eum in undas illas demitteret; nec tamen tot annorum intervallo, quis credat ullum unquam invenit. An non hæc est insignis calamitas? si necesse fuisset, magnos facere sumptus in medicos & medicinas; si herbæ selectissimæ ac pretiosæ fuissent in succos liquandæ, aut margaritæ & uniones in medicatos pulveres conterendi, haud mirum videretur, in tanta miserum calamitate relinqui. Verùm cum alio opus non esset, quàm modico conatu ipsum in

aquas devolvere, mirum sanè dictu est, triginta octo annorum spatio, neminem amicorum aut propinquorum tantæ humanitatis aut benevolentia fuisse, qui vel tantillum opis in miserum conferret; maxime si verum est, quod gravium Authorum testimonio asseritur, angelum ad commovendas aquas cælo delapsum staturo semper tempore, Pentecostes nimirum, advolâsse: potuisset ergo eò facilius tempus opportunum, & hora propitia expectari. Hæc miseri hujus calamitas aliquam mihi considerationem movet, inexpectatam fortè, sed, ut spero, vobis non inamcenam aut ingratham: videtur mihi nimirum repræsentari illarum animarum misera conditio, quæ omni ope destitutæ piacularibus in flammis torquentur. O quæ hæc piscina Probatica, Auditores! ubi plurimi non triginta duntaxat & octo annorum spatio, sed hic centum, ducentis ille, mille alius annis, nonnulli quoque usque ad supremi iudicii diem inter summos cruciatus, & inexplicabiles gemitus morantur: cumque levissimus conatus sufficeret, sæpissimè tamen omni humana se ope destitutos lamentantur. Ego itaque, pro sincerissimo affectu & multiplici

O 2 titulo;

titulo, quo me sanctis hisce animabus devinctum profiteor, earum hodie partes sustinere decrevi, vobisque earum nomine acerbam quidem, justissimam tamen querelam, tribus verbis contentam, proponere: *hominem non habeo*. Ignoscite, si ab eorum, qui de pulpito hodie verba faciunt, more nonnihil deflectam: neque enim longius ferre possum flebiles illarum, multisque singultibus interpolatas voces, quibus opem nostram efflictim exposcunt; cumque noverim vos munificos, liberales, devotos, & ad clementiam propensos, futurum spero, ut copiosum atque efficax à vobis subsidium obtineant. Cur ergo moras trahimus? num videtis eas gravissimè interea torqueri, dum nos de ferenda illis ope deliberamus? Fateor (neque id me angit) me nec satis artis nec eloquentiæ habere, quâ in earum favorem perorarem; scio tamen, me plurimum habere fidelitatis; si enim juxta Salomonem, *Legatus fidelis ei, qui miser sit illum, animam ipsius requiescere faciet*, forsitan ego quoque quietis aliquid animabus illis conciliabo, si commissâ mihi legatione fideliter apud vos perfungar.

II. Denuntio igitur vobis, Auditores, personas vobis unicè dilectas in statu tam miserando esse constitutas, quo peiorem nec Dionysii Syraculis, nec Romæ Nerones, nec Radamanti apud inferos excogitavêre. Faxit DEUS! ut ne unquam illum experiamini! fidem tamen, ut spero, dabitis de eo differenti, qui, licet il-

lum expertus non sit, certam tamen de eo notitiam habet. Lubetne enim uno oculi conjectu eum intueri? Imaginamini ergo vobis profundissimum in terrâ centro carcerem, tormentorum immanitate, tortorum crudelitate, & reorum supplicii inferno parem, eoque solo dissimilem, quòd nullâ in eo blasphemiam, nullâ in DEUM injuriæ audiantur; imaginamini noctem Cimmeriam, densissima caligine mixtam, incumbere, aërem intermicantibus fulgetris scintillare, terram horrendis motibus concuti, antra gemitibus personare, monstra vipereis sibilis stridere; hæc tamen non nisi umbram flammæ purgantis esse credite, in cujus comparatione omnia mundi hujus tormenta refrigerium dixeris, ut S. Augustinus ait: *ille purgatorius ignis durus est, quàm quidquid in hoc seculo potest panarum aut videri, aut cogitari, aut sentiri*. Ponite, eò immigrare, quidquid barbari humana mens concipere potest; certè animæ illæ miserandæ velut ad delicias eò properarent. Statuantur illic famosi Phalaridis tauri; certatim se illuc immittent. Transferat eum in locum Mezentius cadavera vermibus scatentia; in gratiæ loco numerabunt, se illis alligari. Trahi eò jubeat Diocletianus fatales suas rotas; ultrò illas conscendent. Felices se crederent, si Jobum scabiæ & ulceribus plenum amplecti liceret, neque aliter ad illum, quàm apiculas ad fragrantissimos flores, convolarent, ad fluentem è vulneribus tabem mellis instar avidè sugerent; in pocula

Prov. 25. 13. *fit illum, animam ipsius requiescere faciet*, forsitan ego quoque quietis aliquid animabus illis conciliabo, si commissâ mihi legatione fideliter apud vos perfungar.

veneno mixta, velut neque suavissimi se se immergerent, & quas nos spinas dicimus, illi ceu rosas amplecterentur; roris instar lamberent, quod nobis fœtet: verbo, essent amantium vota, quæ nobis sunt reorum tormenta. Et in hoc loco, ô filii, charissimæ vestræ genitrices, vestræ, O mariti, uxores, avi & proavi vestri, O nepotes, dulcissimi quondam Sodales vestri, O amici, arctè conclusi tenentur! Et vos illos opis inopes diutius relinquetis? Profecto non intelligitis, non creditis atrocissimos eorum dolores, cruciatus & tormenta! Sed demus, nil aliud vos eorum, quæ patiuntur, intelligere, nunquid satis est, eos acutissimo igne, quem Purgantem dicimus, torqueri?

III. Ignis vehementior, acrior, magisque activus non est, quam quo aurum & metalla liquantur: ipsissimus hic ignis est, de quo agimus; de hoc enim, Augustino interprete, sermo est, apud Prophetam Malachiam: *Sedebit constans; & purgabit filios Levi, & colabit eos, quasi aurum, & quasi argentum. Sedebit*, ait sacer. textus, ut intelligamus, animas illas non obiter tantum & perfunctoriè, sed lento & diuturno supplicio affligendas; sedebit autem, quasi insufflando & ignem animando: *Sedebit constans*; ut conservet & nutriat ignem illum indefessum, prout eum vocat S. Hilarius, eoque in loco velut in furno & crucibulo animæ illæ excoquantur, usque dum omni vetere scoriâ & retrimento purgentur: *Et purgabit filios Levi, & colabit eos,*

*quasi aurum & argentum.* Quàm ergo acerbis, quàm intensus, quàm vehementis erit animarum illarum dolor! Neque credere vos velim, purgatorii ignem igni nostro elementari esse similem, aut dolorem ex igne purgante esse similem dolori, quem sentimus ex igne elementari: toto cœlo aberrat hæc comparatio, neque aptius exprimere vobis possum vehementiam illius ignis & illius doloris, quàm si dicam, illos esse quintam veluti essentiam omnis alterius ignis, & omnis alterius doloris. Notum vobis est, chymicorum industria ex quavis ferè re talem, ut loquuntur substantiam extrahi, quæ sit veluti medulla illius rei, quæque sit virtutis efficacissimæ & penetrabit, quam propterea *spiritum* appellant. Fingite igitur mecum, ab Angelo quodam omnes illos dolores, quos experimur, in unum cogi, & quidquid in renibus, artuum juncturis, in hominiano, cholica, aut astmate doloriferum est, arte destillatoria *in spiritum* ac quintam doloris essentiam contrahi: superi quis pungentissimum illum dolorem satis explicet? si de cunctis malignis febribus, quæ viscera adurunt, subtilissimus eliquari posset *spiritus* ardoris febrilis; ô quàm penetrans ille foret, & ardens? si ex omni ulcere mordacissimo, quod carnes devorat & ossa absumit, *spiritus* ulcerosus exprimi posset; ô quàm foret ille crudelis? talem vobis imaginemini vehementiam ardoris in flamma purgante. Ne vero hoc, quod dixi, merum figmentum, & phantasiæ ludibrium existimetis, audite, quid dicit Isaias: *Abluet Dominus sordes filiorum* *Isai. 49.*

*Sion in spiritu iudicii*, hoc est, in rigore iudicii immitissimi, vel ut alii legunt, *in spiritu ardoris, in spiritu incendii, in spiritu combustionis*. Usque adeo verum est, auditores, ardorem illum non fore communem & obvium sed ardorem destillatum, spiritum arte extractum tam penetrantem, tam potentem & efficacem, ut vel una stillula virtute & vehementiâ superet, quidquid igneorum torrentium Vesuvius evomit. Et hæc nullum in nobis condolentis animi sensum excitent, ut animabus illis omni solatio destitutis opem feramus, flammæ illi extinguendæ, aut saltem refrigerandæ & mitigandæ opportunam! O animæ afflictæ & miserandæ! quid prodest lamentabili nobis voce inclamare? *Miseremini mei, miseremini mei*; Ah nimium paucis dolor vester perspectus est; & utinam modum inveniam malis vestris explicandis parem, ut viscera commoveam, & audientium animos flectam.

IV. Sed heu, an adjicere quidquam possum ad ea, quæ dixi? possum enim verò! illud, illud, auditores, has animas maximè affligit ac torquet, quod in paradisi conspectu patiantur. Aspiciunt illæ beatam patriam, ad quam electæ sunt; contemplantur ejus delicias, gloriam agnoscunt: sed quàm amarus est hic aspectus constrictis, & quidem cum summa incertitudine, quando ruptis compedibus sibi liceat eò avolare; hoc inquam, hoc illis vehementissimè dolet, atque integro lachrimarum oceano absorptas immergit.

Ut pœnitentia Adami evaderet superior, quid fecit DEUS? *Habitare*

*fecit ipsum è regione paradisi voluptatis; volebat, ut pœnitentiam ageret non procul paradiso, & in tantarum deliciarum aspectu vitam duceret laboriosam, & in sudore vultus sui terram coleret? Adam è regione paradisi habitare iussit DEUS, ait Chrysostomus, ut assiduus conspectus molestiam renouans exactiorem illi praberet sensum expulsiōnis à bonis. Sed quid paradisi terrestris est cœlesti comparatus? & tamen in hujus aspectu patiuntur animæ, quas tanta vobis contentione commendo; hic ardent, hic frident, hic cruciantur! conclusæ in lacu, in quo non est aqua, ubi scilicet siti perpetua, summique boni desiderio ardent, sine ullo tamen siti hujus remedio: Non est aqua, non est aqua. O felices illas, si effracto carcere illuc liceret pertinere! continuo horrores Lernæi in Hesperidum delicias, clamores & gemitus in lætitiæ cantica, serviles compedes in Regia diademata, doloris officinæ in thronos Majestate plenos verterentur; triumpharent in vestitu deaurato; radiis coronati splenderent, immensi illius boni fruitione absorpti, quod temporum cursu non exeditur, nec vicissitudine alteratur, nec amarore mutationis aspergitur, ac revelatâ facie Deum ipsum clarissimè intuerentur. Perpendite ergo, quàm ardentibus desideriis & anxiiis vôtis eò suspirant, & anhelant! Imaginemini vobis quendam, ad Romani Imperii Coronam electum, secundis velis primariæ jam urbi regniq; sedi appropinquare, ut imperii fasces, ac possessionem capiat; non procul tamen inde à pyratu-*

rum classe obfideri, capi, catenis constringi & obscuro carceri mancipari: an non gravissima illi accident hæc vincula & intoleranda captivitas? Graviorem longè esse credite dolorem animarum illarum, quæ ad alius longè gloriæ genus electæ sunt. Detinentur illæ, arctissimis constrictæ compedibus in paradisi limine & conspectu; ubi parata illas Regia regnumque omni ex parte beatum expectat: *E regione Paradisi volaptatis*. Quis ergo inconsolabiles illarum gemitus comprehendat? Nonnullæ earum cum mæstissimo Manasse vociferantur: *Incurvatus sum multo vinculo ferreo, & non possum attollere caput meum*. Aliæ cum Jobo dicunt: *ad DEVM stillat oculus meus*. Aliæ cum Jeremia: *defecerunt præ lacrimis oculi mei*. Aliæ cum Davide: *Oculi mei languerunt præ inopia*. Omnes cum Isaia, *præ conspersione spiritus ululabunt*. Absalon nullis constrictus vinculis, nec carcere clausus continebatur; sed in florentissima civitate Sionis, in aula regia, inter procerum & purpuratorum obsequia morabatur, quia tamen à facie regis exclusus erat: *Faciem meam non videat!* infelicissimum se, multo clamore ac gemitu testabatur, palamque Joabo testatus est, malle se mori, quàm vivere: *Obsecro ergo, ut videam faciem regis, quod si est memor iniquitatis meæ, interficiat me*. Quis ergo dolor erit illarum animarum, dum se ab augustiori longè & pulchriori facie extorres vident? & quidem igneo carcere constrictas in media damnatorum ac demonum societate: *In tenebrosis collo-*

*cavit me, quasi mortuos sempiternos*. Et vos, cum illas in libertatem tam facili pretio asserere, atque ad tanti boni possessionem, Deique conspectum introducere possitis, etiamnum tergiversamini? Ah cur opitulari illis negligitis, cum se ipsas juvandi modus non suppetat? Ecce enim arctissimis vinculis manus, latera, pedes & collum stringuntur; cor solum & animus liber est. Sed id, quid prodest? *Vnâre ad duas diversissimas coarctantur*, liceat cum Salviano loqui, *summa vis exigit, ut libertatem velint, sed eadem posse non sinis, quæ velle compellit*. O igitur barbaros vos ac inhumanos! dum vestrâ facitis locordiâ, ut in tantis potius suppliciiis tabelcant, quàm ut ad unicè optatam gloriam evolent?

V. Sed fortassis hæc gratia magnis vobis impensis stabit? Audire, & erubescite! Minori pretio stat, è flammis purgantibus unam liberare animam, quàm mancipium, è barbarorum jugo ereptum, restituere libertati. Quis vestrum est, qui non ingenti gaudio afficitur, si mille scutorum expensis filium, aut fratrem, aliamve personam propius conjunctam, è Saracenorum manibus, soluta infami compede eripere potest? Quod si tantum æris in promptu non habeatis, sollicitatis consanguineos, cum mercatoribus transigitis, compellit debitores, gemmas & cimelia oppignoratis, bona venum exponitis, neque ullas in transmittendo lytro moras trahitis, ut eorum libertatem quàm maximè acceleretis. O sanctum fidei Lumen! perspicuum omnino est, nihil nos Tuî habere, quàm obscuri-

tate



tatem & tenebras I Edicite, auditores, an non mille scutatorum impensis mediam quasi flammaram purgantium partem evacuare possitis? Et o DEUM! quantum sæpe tergiversamini, vel unam argenti libram dare, ut unico ipsis sacrificio parentetis, unum cereum accendatis? Proh, quàm fordida est hæc parsimonia? & faxint superi! non sitis adhuc inhumaniores, & dum salvis etiam loculis succurrere facillimè possitis, subsidium illis negatis. O quoties vel unius templi visitatione, unico Indulgentiarum lucro, una Synaxi devotè obitâ litrum præsto esset, uni animæ ex illo flammaram ergastulo redimendæ? vos autem amore lusûs, quem non placet deferre; aut negotii causâ, quod non vacat differre, finitis eam sub ferri pondere gemere, cùm tamen facillimo negotio disruptis illam vinculis in libertatem asserere, aut laxare saltem compedes possitis, ut carceris calamitatem mitius ferret. An non hoc est crudelitatis, tyrannidis & barbarici portentum? illi simile, quod crudeli Babylonæ Monarchæ exprobravit Isaias, dum Electo DEI populo vinculis constricto, opitulari renuit: *Vinculis ejus non aperuit carcerem.*

VI. Meritò totius mundi odium incurrit execrabilis illorum memoria, qui, cùm levi incommodo eximium alteri beneficium præstare possent, id tamen facere neglexerunt. Veterum monumenta referunt, Athenis civitate gentili, quotannis ad tubæ sonitum & Præconis voce talibus fuisse maledictum; nec aliam ob causam matrônæ

Romanæ, teste Macrobio, à sacrificiis Herculis exclusæ sunt, & Lyciæ cretenses in ranas palustres conversi, ut Orvidius fabulatus est, quàm quòd illa sitibundo Herculi, isti verò Latonæ haustum aquæ negaverint. Si autem omisis fabulis, sacram historiam evolvere placet, quis non detestetur inhumanam indolem sæminæ Samaritanæ, quæ Christo, petenti haustum aquæ, vario prætextu offerre distulit, cui jam purei ad crepidinem stare, & attractâ situla aquam hauriret? An non execrationem meretur Nabal, qui Davidi modicum annonæ subsidium negavit? an non indignamur Epuloni, Lazaro panis micæ invidenti? quanto ergo gravior est nostra erga defunctos & supplices inhumanitas? ubi non agitur de levandâ tantùm siti, aut sanie hominis famelici, sed de æterna eorum beatitudine, qui interea gravissima sustinent tormenta famis, sitis, frigoris, ardoris, febris, convulsionum, ulcerum, & quidquid denique malorum in illo carcere est, ubi nihil inferni deest, præter solam pœnarum æternitatem, teste S. Gregorio: *eodem igne, & crematur damnatus, & purgatur electus.* An non hoc est de miserorum tormentis exultare, imò tormenta miseris inferre? *Qui enim non vetat, vetare cùm possit, jubet.* Nos ergo formemus illarum animarum incendium, dum aquam, quæ in promptu est, non affundimus; nos ferrum illis & compedes injicimus, dum manum illis laxandis non admovemus; nos carceris fores obseramus, dum vel teruntium in carum lytrum expendere recusamus.

An non igitur rigidum & immitte judicium nobis accersimus? *Mortuo ne prohibeas gratiam*, Ecclesiasticus admonet; & nos non pudet, *prohibere gratiam*?

VII. Si in ullum mortalium divini iudicii rigor unquam sævit, certè præcipuos inter Mauritius Imperator fuisse censendus est; quis enim sine lacrimis interitum ejus à Nicephoro relatum legat? Sed audiamus eum in compendio; multum enim ad propositum meum conducet. Attigerat ille humanæ felicitatis apicem, cum subito totus ab ipso exercitus, levi irritatus offensâ, defecit, & sublatum, uti tunc moris erat, parmâ gregarium militem, Phocam nomine, Imperatorem salutavit. Attonitus ad tam feralem nuntium Mauritius, acceptis secum charis pignoribus, consensâ navi fugam corripuit, cum subito venti, velut cum seditiosis in Ejus interitum conjurâssent, Mauritiû navim summa vi retrò actam ad vicinam maris oram eiecêre. Vix littus conscendit, & latibulum circumspexit Mauritius, cum vehementissimis podagræ doloribus correptus in arena prostrernitur, ibique fixus tamdiu acerbissimè torquetur, donec supervenientes Phocæ exploratores, repertum & agnitum, cum tota familia ad portum Eutropii captivum perduxêre; ibi miserimus genitor suismet oculis quinque filiorum carnificinam intueri & regium suum caput securi subijcere coactus est. Nec tamen calamitatis finis? suffixum enim in erecta lancea Cæsaris caput, ac tabe defluum diu pendit, donec tan-

R. P. Segneri *Quadragesimale*.

dem tumulo illatum, & cum omnibus Augustæ domûs reliquiis æternâ oblivione sepultum est: miseram Mauritiû fortunam secutus est superstes adhuc filius, Petrus germanus Ejus frater, Augusta thori confors, unâ cum tribus filiabus, ætatis & Virginitatis flore spectatissimis. Tantæne ruinæ originem nôstis, Auditores? dicam vobis ex Nicephoro: Cajanus Avarum Rex post superatum infausto prælio Cæsarem, ingentem captivorum numerum abstraxit: actum deinde pro more belli de iis redimendis, ac certa mone-tæ species, modica illa & exigua in ly-trum postulata est; hanc cum negaret Mauritius, in minorem consensit hostis: cumque nec ad illam persuaderi posset Imperator, minimum tandem & vilissimum pretium pactus est Cajanus, quo rursus negato, in furorum actus Princeps barbarus omnium captivorum capita demeti jussit. Hem officinam, in qua tantum divini furoris incendium contra Mauritiû exarsit? brevi enim postea Mauritius ad Divinum tribunal per visionem citatus, miseram interemptorum turbam circa se aspexit, qui sanguinem pro sanguine multis clamoribus exposcebant. Conversus igitur Judex ad Imperatorem pallidum, & metu propè exanimatum sciscitatus est reum, in hac, an in futura vita castigari mallet: cumque ille præsentem eligeret, latâ quamprimum sententiâ, manibus Phocæ adjudicatus, atque ab eodem ignominiosè, & imperio, & honore, & vitâ, & liberis, stirpe tota succisâ, exutus est. Videtis, Auditores! quanti re-

P

ferat,

ferat, nolle exiguo nostro dispendio ingenti alterum beneficio devincire? persuasum autem habete, non nisi minutissimam exigi monetam, quã detentas in flammis purgantibus animas in libertatem asserere, cælòque transmittere possitis: num ergo etiamnum dubitatis, moras neccitis, & gratiam prohibetis? Respondebitis forte, nullo vos, uti Mauritium, ad eas redimendas debito obstringi: sed si de justitiæ titulo sermo est, lubens id vobis permittam; sin charitatis, nego & pernego. Sed quid dico de solo titulo charitatis? O si liceret scrinia vestra, cistas & arculas scrutari! quantum fortassis æris ibi reperire esset, quod mortuis debetis? Eja, ingenuè fateamini! an ad amissum satisfecistis voluntati ultimæ, & tabulis testamenti? an æs alienum expunxistis? an Eleemosynas, sacrificia, pia legata, perfecistis, procurastis? ad hæc omnia autem non charitatis tantum, sed etiam justitiæ lege tenemini. Ad hæc: cujus impensis vivitis? nonne mortuorum? an non suis illi sudoribus vestros proventus, suis vigilijs vestra commoda compararunt? O quàm frugaliter miseri illi, fraudato etiam genio suo, vixerunt, ut vos delicijs indulgere, & numerosiorem familiam alere possentis? an tantum eos in vestri gratiam facturos creditis, si vel suspicari potuissent, vos omnem teruntium, eorum extremæ necessitati levandæ impendendum, rigidâ justitiæ & obligationis bilance libraturus? Siccine statis promissis illis magnificis, quando desreptis vestris seniculis æternam be-

nesiciorum memoriam spondidistis? recordamini, quàm sollicitè vobis inculcaverint, quamque efflictim placentus inter & lamenta rogaverint, eorum post mortem curam negligeretis? Vos autem eodem in tumultu eorum memoriam simul & ossa sepelivistis, & quemadmodum eruditissimus locutus est Guilielmus Parisiensis, *darissimè in purgatorio permittitis flagellari, quorum bonis derelictis satisfacimini.*

VIII. Sed demus, nullâ vos obligatione, nec levi, nec gravi, nec facili; nec onerosâ, constringi: licet vobis impune esse crudelibus in defunctos; demus, miseris illis animabus nec superesse bilem, quam in vos effundant, nec manus, quas in vindictam extendant: nunquid tamen satis efficax ad ferendam illis opem stimulus sit, vos esse orthodoxos, vos esse Christianos, imo vos esse homines? quis enim alius, quàm solius humanitatis affectus tanta ab ipsis etiam Ethnicis amoris, reverentiæ, liberalitatis & obsequij erga defunctos monumenta extorfit? An non mortuorum honori urnas, pyramides & mausolæa, orbis artisque miracula consecrârunt? Nec id satis erat Reginæ Artemisæ, sed, uti ingeniosus est amor, modum insuper invenit, ut animatum conjugis sui sepulcrum fieri posset; mariti enim cineres auro dilutos, suavissimæ instar ambrosiæ guttatim hausit atque intra viscera sua tumulavit. Quid non fecisset hæc matrona, si consortem thalami, uti nos possumus, ad paradisum, campisque elysios trans-

mitte

mittere potuisset? an illa laboribus, expensis & industria pepercisset? an mariti animam inter gravissima ejulantem tormenta, surdis auribus neglexisset? Felicem profectò Hephestionem! si post fata eò migrasset, unde redimi poterat; certè Rex Alexander ne momentum quidem neglexisset, qui ad concinanda ejusdem funeralia duodecim millia talentorum, quæ septem nostræ monetæ milliones excedunt, impendit; tantum enim eboris, peristromatum, panni pretiosi, odoramentorum & aromatum, auri & gemmarum rogo illi inflammando insumptum est, qui tam chari amici ossa absumpsit. An creditis, Alexandrum, si fidei luce irradiatus fuisset, ullum totius Asiæ altare privilegiatum fuisse præteriturum, quin illud floribus aspersisset, funalibus & ardentibus cereis accendisset, & Sacrificia charissimi amici cineribus obrulisset: næ ille Mathildis Christianæ Principis liberalitatem plurimum superasset, quæ conjugii charissimo integro sacrificiorum milione parentavit. Si matronis illis Romanis, quæ se ipsas in flammis & rogos præcipitarunt, ut earum cineres cum maritorum cineribus miscerentur: si, inquam, in flammis purgantes insillire, charòque conjuges extrahere licuisset, an illud neglecturas censetis? quin si Magistratus imperio armata militum manus maritorum corpora ac rogos cinxisset, persuasum omnino habeo, eas nec intentatis lancearum ictibus, nec præfixis ferro periculis arceri se passuras, quin amoris violentiâ omnes

obices generosè penetrarent. Num ergo sumptibus paruras creditis, quæ nec propriæ vitæ pepercunt? Referrunt Romani fasti, in more positum fuisse, ut circa rogos funebres, mæstum sonantibus musicis instrumentis, choros ducerent viri juxtà ac fæminæ, consanguinei, amici & domestici, ac quovis gyro in rogi flammis aliquid de pretiosis mortui reliquiis conjicerent, annulos vimirum, in-aures, gemmas, torques, berillorum lineas, monilia & vestes, quin etiam comam fæminis auro chariorem, quod tamen & fæminis tanto in pretio est, O Christiani! si vel minimam particulam eorum, quæ gentiles putridis suorum cadaveribus insumperunt, liberandis è purgatorio animabus ex-poscerent; quis, obsecro, vobis sensus foret? Quid vos illustres ac nobiles dicturi essetis, si detractos digitis annulos in defunctorum memoriam abjici juberem? quid vos Ecclesiastici, vos sacerdotes ac Mystæ? ut nihil dicam de ijs matronis, quæ pietatem & devotionem palàm profitentur. An non indiscretum & malè sanum me proclamarent, si pulchros capitibus cincinnos vellere, si colli monilia, si gemmatas aurium appendices, brachiorum armillas, pectoris cimelia, sericum, aurum, argentum, totumque ornatum muliebrem, qui mundi sibi nomen mutuavit, quasi aliud non foret aptius nomen, quod universam vanitatis suppellectilem exprimeret & complecteretur; si, inquam, hæc omnia in defunctorum subsidium impendi juberem, Quid amplius di-

cam? claruit olim Athenis quidam, cui Cimoni nomen, qui ad redimendum, ac tumulo inferendum Patris cadaver, se ipsum vendidit, ac pretiosam libertatis jacturam præclarè collocatam censuit, & vos ne frustillum æris, afferendis cælo animis impendatis? O crudelitatem, ô inclementiam, ô barbariem!

IX. Sed necdum satis: si enim rem pro meritis expendere placet, Ethnici illi ac gentiles nullam à defunctis gratiam aut favorem sperare poterant; plerique enim, quamvis fatuè, unum corporis & animi interitum esse credebant. Nos autem, Christiani, quid non possumus nobismetipsis promittere, probè gnari, animas illas vivere, & vivere immortales? O quantum ergo felicitatis nobis accederet, si, quocumque pretio vel impensis, plurimas è flammis in cœleste refrigerium educeremus? an operi magis glorioso vestros proventus ac redditus possitis impendere? certè totidem quasi novas in Cælo stellas accenderetis: totidem pro vobis apud Deum advocati, totidem vitæ vestræ custodes forent; ipsæ etiam in flammis adhuc detentæ animæ, quæ ali-quod sibi subsidio à vobis spondent, suas pro vestra incolumitate preces Deo offerrent. Tutelares earum, quas liberâstis, animarum Angeli sat dignas vobis haud possent referre gratias, ob devotos sibi clientulos cælo assertos. Cælites omnes vobis æternum manerent devincti, quod, novo Divinæ laudis incremento novos Cælo Divinæ Majestatis encomiastas dederitis. Ipsa

DEI Mater & virgo, quantum vobis maneret addicta, si videret, animas adeo sibi dilectas, & Filij sui Sanguine redemptas vestrâ operâ cælo esse restitutas. Quid de Christo dicam, qui animarum amore vitam impendit? quid de DEO ipso, qui in earum gratiam unicum filium donavit? Summè vobis devincitis Divinam Justitiam, cui per vos celerius satisfactum est, Misericordiam, quæ suum officium vestrâ operâ implevit; Charitatem, quæ per vos votorum suorum summam attigit; Cælum denique totum, quod unicè factum est ad beatitudinem mortalium, Quid ergo tergiversamini? liceat ingeminare cum S. Bernardo: *surgite in adjutorium illis, interpellate gemitibus, implorate suspiriis, orationibus intercedite, satisfacite sacrificio singulari.* Quin hac hora modum decernitis, vos totos in favorem flammarum purgantium consecrandi? *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; repetam denuo: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut, cum defeceritis, recipiant vos in aeterna tabernacula.* Ecquos putatis hic à Christo ex composito designari? an pauperes, etiamnum in vita degentes? minimè certè, si gravissimis interpretibus, quos Bellarminus approbat, credamus; horum enim plurimi secum in Paradisum vos recipere non poterunt, cum ipsi ab eo sint excludendi; miseri autem illi, qui flammis purgantibus cruciantur, illi, illi tantum vobis beneficium conferre poterunt, *cum defeceritis, ad vitæ mortalium limina constituti; tum enim verò*

ad lectuli vestri spondam stabunt, tunc vobis opitulabuntur, & certatim accurrent, ut vos triumphabundos ad æternorum bonorum possessionem introducant: *recipient vos in aeterna tabernacula.* Hos ergo, si vobis consultum cupitis, hos vobis amicos facite! an eorum fidei, eorum gratitudini, authoritati, affectui, memoriæ diffiditis? Eja benefacite illis, & experiemini, num verè dixerit Ecclesiasticus: *benefac justo, & inuenies retributionem magnam.* Sed ego, Auditores, defunctorum legatione mihi commissâ perfunctus sum, nec velim, ut linguâ mihi & ore, sed manu & opere respondeatis. Id unum cavete, ne si repullam tulerò, cogatis me Deum precari, ut parem aliquando parsimoniam & inclementiam ab aliis experiamini, quâ modò in alios uli fueritis.

## P A R S A L T E R A.

X. **O**rdinata charitas, ut ait vulgaris paræmia, incipit à seipsa: eum ergo hæcenus egerimus de aliis è purgatorio eripendis, desiderarem modo, ut curâ in nos ipsos reflexâ circumspiciamus, quâ ratione pænis hæc vel omnino subduci, vel ab iis maturè liberari possimus, nec ab aliorum, qui erga nos vel ingrati, vel ad opem ferendam tardi sunt, aut nostri penitens obliviosi, voluntate ac benevolentia posthac dependeamus. Ad hunc terminum multis viis perveniri potest: eligat quis illam, quæ magis aridet; securiorem tamen commonstrabo, quam intento nobis digito demonstrat Ecclesiasticus: *ante obitum tuum operare justitiam.* Hortatur nos

nimirum, ut contractum apud Divinam justitiam pænarum debitum voluntariâ corporis castigatione expungamus; ac pio jejunii, flagrorum, cilicii aut alterius austeritatis usu in nos ipsos animadvertamus, antequam mors nos occupet & Divinæ justitiæ ministris nos tradat. Ridebitis forsitan hoc meum consilium; hac enim ætate nomen *austeritatis* ad eremum & Religiosa claustra ablegatur, neque aliud placet, quàm quod corporis commoditates, delicias, luxum & molliem redolet: quid ergo magis paradoxum, quàm filios hujus seculi ad pœnitentiæ asperitates hortari: est enim vero, fateor insolita & audax hæc mea petitio: si tamen mea me non fallit opinio, rigoris & pœnitentiæ usus nemini magis, quàm secularibus, conveniens & necessarius esse videtur. Ne, quæso, indignemini, Auditores, si in vestram utilitatem vos non nihil offendam; quin majorem à vobis benevolentiam mereor, si ideo solùm vobis minùs gratus esse eligam, ut vestra utilitati & commodo efficacius consulam.

XI. Ex duplici causa, si Angelico Doctore credimus, inductus est ab Ecclesia moderatus in carnem nostram rigor: *ut removeantur ab homine peccata præterita, & ut præservetur homo à peccatis futuris.* Hoc medio, inquit D. Thomas satisfacit homo pro noxis præteritis, quod vobis modò faciendum consulo, & præservat se à culpis futuris: nam ut acutè observat Laurentius Justinianus, contraria prorsus est indomitæ carnis, & ferocium bestiarum indoles: *Blandi-*

*illis fera mansuecunt silvestres, caro autem protervior efficitur.* Quod igitur primam austeritatis causam fructumque attendamus, ut removeantur ab homine peccata praterita: quis, quæso, hoc medio magis indiget? an illi, qui in ætate tenera sacrorum Ordinum Asceteria ingressi, primævum vitæ candorem ac innocentiam, quem intulerant, conservarunt; an verò, qui in summa mundi licentia liberis cupiditatibus suis habenas laxant? qui carnem obscænis voluptatibus marcentem, animum odiis intoxicatum, mentem vanâ gloriâ, ambitione, amoribus, sordibusque obscuratam circumferunt? & ubi sunt bona illa opera, quorum meritum ac pondus flagitiorum gravitatem justâ bilance adæquet? Si verò ad Religiosorum familias, in quibus Instituti amor viget, oculos convertimus, videbimus, alios infirmorum curâ distinctos, alios captivorum Redemptioni intentos, hos reducendis hæreticis occupatos, istos gentilium conversioni insudantes; hic inter lucubrationes & studia vigilat, ille decantandis psalmis lassatur; isti in scholis juventutem litteris erudiunt, illi in templis Sacramenta administrant; hi carcere & vinculis constrictos solantur, illi moribundos ad luctam supremam animant; alii per montium juga inter ferarum confortia venantur animas, ut exultatione digni videantur, etiamsi corpus suum mitius tractent. Econtrario qui in mundo degunt, nullo tali charitatis negotio occupati, an non magis opus habent pænitentia, & carnis

castigatione, quâ culpas præteritas expient? Quodsi alteram austeritatis causam pendere libet, ut prætervetur homo à peccatis futuris: quem hac cautelâ magis indigere censetis? an illos, qui claustris inclusi, aut in speluncis terræ abditi vivunt; an, qui vivunt in medio nationis prava? Nulla est comœdia tam profana, cui non intersint; nullum volumen tam obscænum, quod non evolvant; nulla muliebris forma, cui non oculos lascivos indulgeant, atque interim nec salutaribus documentis, nec sacræ orationis praxi instructi sunt, quibus inter tot salutis pericula se fervent illos? Nec tamen ego hæc ita accipi velim, quasi Viros Religiosos à sancto rigore & pio mortificationis usu eximere velim: minimè profectò! vel unum enim flagitium quo forsitan se contaminarunt, continuam, rigidam & implacabilem pœnitentiam exigit: id ergo unum contendo, pœnitentiæ usum his etiam, qui in mundo degunt convenire. Quis est autem illorum, qui catenâ ferreâ lumbos cingat, vestem asperam carni admoveat, aut sanguinis sui purpurâ flagellum tingat? Ah miserum me! quid dixi? quis eorum est, qui stata jejuniæ tempora ritè observet? an non passim videmus, quot eximi petant ab onere tam sacrosancto, non ex vera aliqua infirmitate, sed imaginaria solum, & ex vanissimo securæ debilitatis metu. Et hocine sit, ante facta & obitum operari justitiam? an non hoc est potiùs, abuti misericordiâ, si bique plus æquo blandiri.

XII. Probè mihi perspectum est, vos inter delicias educatos, ac teneræ complexionis carnisque delicatæ esse, atque ideo similes austeritates minimè vobis convenire videri. Sed hoc ipsum, si rem bene expenditis, necessitatem vobis imponit, noxas vestras in vita præsentis expiandi, si enim in futuram differtis, o quàm gravia tunc & intoleranda vobis illa tormenta accident? Fertur Juvenis quidam Princeps de primis Italiæ, sacrum aliquem Oratorem, ad vilendas palatii sui delicias humaniter invitasse; aula enim ejus omnis Italiæ Magnificentia compendium, & nobilissimum veluti theatrum fuit, quod peregrinorum oculos & curiositatem palcere poterat: cùmque vasorum aureorum, argenteorumque ingentem copiam, mensas achatibus & rubinis accensas, picturas penicilli rari & excellentis, sculpturas inæstimabilis prætiæ, spectanda exhibuisset, ad intima quoque vestiarum reconditoria, & contuendam pretiosissimam eorum suppellectilem; inde ad conclavia aulae auro intertextis superba & ad conclavia exquisitissimis lecticis instructa deduxit; mox per hortos & viridaria deliciosa, per silvularum & nemorum opaca, per antrorum concubiliatos recessus, per aquarum arte Hydraulicâ salientium lusus, inter alabentes identidem Zephyrorum auras circumduxit: cùmque omnia ad libitum lustranda oculis, subjecisset, singulari humanitate sciscitatus est Patrem, ecqui ista placerent? aetis demissè gratis pro tanta in se benevolentia, blandè subrisit vir ille Religiosus, cùmque se ex muneris & status sui ratione censeret obligari, omnem occasionem salubris doctrinæ captandi, summa cum reverentia ad Principem conversus, subjunxit: si ullus in me, Princeps serenissime, ex magnifico hoc deliciarum theatro, affectus excitatus est, fuit is tenerrimæ in vestram Serenitatem commiserationis, dom cogito, quàm longè graviora sint futura flammaram purgantium tormenta, principi inter delicias enutrito, quàm pauperi, & austeritatibus exercito fraterculo. Utinam pari hodie libertate mihi vobiscum uti liceret, Auditores, atque orationem meam digno sine coronare! vobis nasci obtigit inter delicias & opulentiam; in hisce pueritiam ac juventutem, virilem ætatem ac decrepitam attrivistis; unde necesse est, vos minimè assuetos esse iis sustinendis, quæ fututa vobis vita minatur. Quomodo enim supra ignitas & candentes laminas extensi jacebitis, quibus etiam mollibus instrati cignis lectuli, duri & incommodi videntur? quo dolore ac sensu gravissimas corporis puncturas feretis, quibus delicatissima quæque tela aspera videtur? quomodo fetorem sulphuris, vermium horrorem, & ebulliens bitumen tolerabitis, qui pulveri Cyprio, florum ac aromatum odora- mentis, moscho & ambaro assuevistis? Quid ergo consilii Auditores? Pænitentia, Pænitentia: ut indulgentiam absolutionis aeterna (liceat concin-  
*Lib. 1.  
ad Eccl.*  
*ut in-  
dul-*




dulgentiam absolutionis aeternae praesentis pena ambitione mereamur. Quid impedit, etiam sub vestris pretiosae tegmine, Caeciliae, Melaniae, Paulae, Elisabethae exemplo, setosum cingulum celare? cur nobilem etiam & militarem dexteram flagellum sanguine tinctum dedecet quale Ludovici, Henrici, Caroli, Casimiri, Principes tam Illustres vibrarunt; Hoc meum est iudicium, Auditores; ita

ego sentio; nec quisquam vestrum inhumanitatis me arguat, si vos ad vestrimet odium videar adhortari; nullus enim vestri amor pio huic odio praestat, quod praemajori malo minus eligat. Audite eximium Divi Gregorii dictum, & memori illud mente tenere, cum quo & petorabo: *Audenter dico, salutari hostia post mortem non indigemus, si ante mortem DEO ipsi Hostia fuerimus.*

## SERMO DECIMUS.

### DOMINICA SECUNDA.

*Domine bonum est nos hic esse. Matth. 17.*

I.  D caelum! ad caelum! fideles devotissimi! ad caelum! estne aliquis vestrum, qui ad tantam gloriam concupiscat ascendere? Ecquid nobis porro est cum isthac lachrimarum valle, ubi nil nisi singultus & gemitus, arumnae & miseriae audiuntur? Locuples egenum, egenus locupletem, servus Dominum, Dominus servum criminatur, & nemo sorte sua contentus vivit. Formosa est Rachel, sed sterilitate affligitur: Lia facunda est, sed formam destituitur: Naaman locuples est, sed lepra scaret: potens est Augustus, sed liberis caret: formidandum se praebet Tiberius, sed una amicis caret: verbo, nullius,

quantumvis modici boni plena in hoc mundo & quieta possessio est, Potentiam principum infestant rebelles; aulicorum gratia invidiae patet; litteratos livor aemulorum ardit; divitum quietem fures perturbant; aemulorum voluptates corrivalium discordiae intervertunt. Nil aliud mundus est, quam invidiae, rixarum, periculorum, sollicitudinum, & angustiarum coagulum. Et nos in tantarum miseriarum loco morari diutius? Existimabat Seneca, naturam dolo ingenioso hominem circumvenisse, dum illum ratione privatum primo intro duxit in mundum; si enim perspexitam sibi mundi malignitatem ante ingressum habuisset, nullus sane unquam adiecisset animum, eundem intrandi: *Nihil tam fallax*, inquit, ni

bil tam insidiosum, quam vita humana, non me Hercule quisquam accepisset, nisi daretur insidiis. Nos autem diurnam mundum experientiam probe novimus, & tamen eidem arctissime adhaeremus. Ad caelum, ad caelum! O fideles meilad caelum! ad caelum! si corpore illuc ascendere necdum licet, saltem animo licebit: si illic presentibus esse nondum datur, saltem mente eo adspirare concessum est. Sed quid agendum, ut ad locum tam excelsum possimus eluctari? nolite solliciti esse: mutuum, si necesse sit, curram accipiam: non illum Medææ, aut Triptolemi, quid enim mihi cum fabulis? sed curram Eliæ. Nolite tamen timere, etsi igneus sit, *Currus equorum igneorum*: Igneus quidem est, sed lucet solum ac fovet, non amburit. Igneus autem sit, necesse est; non enim omne desiderium in caelum nos rapit, nisi quod fervet. Cum supra nubes paulatim levabimur, ac primum animæ in caelos ingressum videbimus, liquidissimam voluptate animus perfundetur, ut D. Petro contigit, cum in Thaboræo vertice tenuem cœlestis gloriæ radium intueretur: paulatim verò tanto gaudii torrente exundabimus, ut cum Paulo exclamare cogamur: dissolvite catenas, rumpite compedes, & vincula, *quis me liberabit de corpore mortis hujus?* Attentas ergo dicenti aures, præbete, & experiemini, quantum mihi, non dicendi facultate, sed argumenti magnitudine adpromittam.

II. Imaginetur sibi vestrum aliquis, cui lubet, illum fatalis horæ articu-

R. P. Segneri Quadragesimale.

lum, quando à medicis conclamatus, terram cœlo propediem permutabit, fractaque jam voce supremum dicet, valet genitores, consanguinei, amici! paradus me expectat, in domum Domini ibimus. Imaginetur sibi postea, spiritum, corporeis vinculis exsolutum, in paratum Prophetæ currum generoso sese saltu librare: ego me socium addam, & laxatis frænis, ac concitatis equis, volatu præpete in auras levabimur. O quale iter, quam curiosum, unius horæ spatio emeticendum nobis erit? illud nimirum; quod anhelavit Propheta Regius, dum præsentis vitæ calamitates futurorum gaudiorum spe solatus, sæpius ingeminavit: *videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum, Lunam & stellas, quæ tu fundasti!* Transibimus ergo primò per omnes aëris regiones; infimam quidem ex reflexis solis radiis calidam; supremam ex vicinia sphaeræ igneæ calidissimam; mediam autem, utrinque licet caloribus obsessam, admirandam tamen antiperistasi nativum sibi frigus tuentem. In hisce regionibus vastissimam illam ventorum patriam admirabimur, & occultas irarum ac mutæ discordiæ causas intelligemus, unde nimirum corpora subtilissima vim habeant, eradicandis silvis, diruendis ædificiis, totique telluri concutiendæ parem. Videbimus miram genesin Iridis, quæ nubes tam speciose pingit; roris, quo flores lactantur & pluviarum, quæ campos & prata irrigant; nivium, quæ montium cacumina dealbant; grandinum, quæ sementem & segetes depopulantur:

Q

nec

nec ullus erit, qui insultantis more  
 nobis, ut Jobo, exprobrat; *nunquid  
 12. ingressus es thesauros nivis, aut the-  
 sauros grandinis aspexisti?* Tum pri-  
 mum intelligemus, quid fuerint ex-  
 halationes illæ igneæ, quæ sub Co-  
 metarum nomine tantos Principes  
 terruerunt; quid ignes illi fatui, dra-  
 cones volantes, stellæ cadentes, ignei  
 exercitus, hostiliter inter se mutuo  
 intra nubes collisi: cumque officinas  
 illas ingrediemur, ubi fulgura, toni-  
 trua, & fulmina cudentur, non opus  
 erit longo studio; sed palam vide-  
 bimus fulgur non esse aliud, quam  
 ignem latè extensum, fulmen verò es-  
 se ignem arctè condensatum: tunc  
 sciemus, cujus dexteræ impulsu ex-  
 cussa fulminis tela, *tangam à bene  
 Sapiens. 5.22. curvato nubium arcu in locum certum  
 ferantur;* tunc clarè dijudicabimus,  
 an tonitru nil aliud sit, quam titio  
 in nube frigida subito extinctus, ut  
 deliravit Anaxagoras, an verò vapor  
 vehemens è nubibus elisus, ut Aristo-  
 teles censuit. Nec timendum est, ne  
 rerum istarum aspectu terreamur;  
 tunc enim omni turbine ac tempe-  
 state superiores, neque solliciti an-  
 plius erimus, ne vinea grandine aut  
 domus fulmine feriat, neve posses-  
 siones nostræ undarum eluvione sub-  
 sidant: timeant illi, qui in terris mo-  
 rantur, auræ cœlique injuriis obno-  
 xii; nos verò omnem aëris regionem  
 supergressi, innoxie intramus spheram  
 ignis non jam furentis, uti in terra  
 velut in exilii loco solet, sed placidi ac  
 tranquilli, velut in patria ac propria  
 suâ sede constituti. Hæc omnia præ-

tervecti mirabimur, nos centum  
 viginti sex, sexcenta & triginti mil-  
 liariorum millia sine nullo lassitudinis  
 sensu emensos, jamjamque vicinam  
 lunæ spheram hilari vultu salutabi-  
 mus.

III. Hæcine illa est, dicemus,  
 quæ quondam tam parva mihi video-  
 batur, nunc verò tam grandis appa-  
 ret? En facem illam admirandam,  
 quæ tot fatigat ingenia, ac in rubo-  
 rem dare solet, quod Planetam tellu-  
 ri vicinissimum assequi non possit.  
 Jam tandem video, quid sint illæ  
 maculæ, tantæ curiositate à criticis ob-  
 servatæ: jam tandem intelligo, unde  
 lunæ eclipses & deliquia, unde  
 incrementa, & imminutio, unde or-  
 bis plenus & cornutus, unde vultus  
 toties mutatus ac discolor: unde tan-  
 dem mira illa luminis & umbræ vi-  
 cissitudo, quæ maximam quidem  
 mortalibus utilitatem affert, aliam  
 men ab ingratis mercedem non ac-  
 cipit, quam inconstantæ criminatio-  
 nem. O fatui philosophi! qui alium  
 sibi mundum in lunæ concavo fabrica-  
 cati sunt, divisum in planities, suta-  
 gentem in montes, effusum in maria,  
 expansum in plagas inhabitatas; nun-  
 quam miseris illa felicitas obigit, ut  
 huc conscendere, & errorem dedis-  
 cere possent. Quanto multi pretio  
 hanc sibi scientiam compararent, quò  
 ego modò polleo, ut penetrare pos-  
 sent occultos & admirandos influxus,  
 qui hinc in terram derivantur, ac cla-  
 rè nôssent, an luna reciprocantem  
 continuo fluxu ac refluxu impellit  
 oceanum; cur ipsa singulari sympha-  
 thia

thiâ argentum potiùs in terræ visceribus gignat, quàm aurum ut Sol, aut ferrum ut Mars, stannum ut Jupiter, plumbum ut Saturnus, cuprum ut Venus, argentum vivum ut Mercurius, qui horum metallorum progenitores esse creduntur. Sic loquimur, Auditores, ut stupore absorpti in vestro jam cælo vos esse credetis: sed eja, incitemus equos, altiùs, altiùs nobis migrandum est.

Superatâ Lunæ spherâ Mercurio propinquabimus, inde Veneri, nec diu in eorum contemplatione morati, ad Cælum solare properabimus, confecto jam quatuor millionum milliariorum itinere; tanta enim juxta Astrorum peritos à superficie terræ ad solem distantia est. Videbimus igitur molem, centies, sexages sexies globo nostro terraqueo majorem, *gloriâ Domini plenam*, formosam, lucidam atque ornatam, quam sacræ paginæ ad exprimendam ejus magnitudinem *gigantis* nomine compellant, ad describendam verò pulchritudinem *sponsum* indignant. Videbimus, inquam, solem in quarta cælorum spherâ locatum, ac Principis instar in medio territorii sui residentem, suæque virtutis ac lucis radios quaquaversum ita aptè dispensantem, ne aut vicinus nimium terram resolvat in cineres, aut nimium remotus gelu & frigore eandem constringat. Videbimus, illum cor mundi esse, unde vita in plantas, flores, herbas, arbores, & animalia diffunditur; illum providere stellis ordinare dies, dimetiri annos, stationes dividere, atque ut

Principem decet, non pigrum & immobilem, ut quidam Solem sibi finxit, sed strenuum, indefessum, & in subjectæ telluris beneficium semper inquietum, motu continuo circumgyrari: *lustrans omnia in circuitu*: adeo *Zool. 1. 6.* ut unius horæ spatio præter unum millionem centum sexaginta milliariorum millia conficiat, cursu tantò magis rapido, quantò magis alto, & elevato. Ad hunc aspectum exclamabitis, ubi est modò Eudoxus ille miserandus, cui si vel semel solem in tanta contueri vicinia, ejusque metiri magnitudinem, & observare motus licuisset, non horruisset ab ebullienti vapore vivus consumi: en ego hac voluptate perfruo omnis periculi securus! Indignabimini Democrito, Metodoro, Euripidi, & Anaxagoræ, quorum primi Solem frustum ferri candentis, reliqui glebam auro illitam, in primi artificis despectum esse credebant. O Divinam majestatem, & magnitudinem! exclamabitis, qualis erit viva tua pulchritudo, si tantus, actualis in imagine mortua compares! Heu omnis mihi mora fastidiola est, & una dies mille anni videntur, dum accedam vicinior, & Te contuear: *quando veniam & apparebo ante faciem DEI*? Agedum ergo celeriter reliquas spherâs volatu potiùs, quàm cursu permeemus. En vicini sedi Empyræ accedimus, sedi, inquam, illi, de qua David meus prædixit: *videbitur Dominus in gloria sua.* *Pf. 101. 1.*

V. Sed uno saltem oculi obtutu Martis, Jovis, & Saturni globum inspiciamus, per horum enim spherâs trans-

transeundum est, eorumque magnitudine, influxu, & motu observato, calum astriferum ingrediemur, quod ad mentem D. Augustini non ex eo, quod motu careat, sed quod solidissimum sit, *firmamentum* appellatur. Nullus dubito, quin locum tam amœnum Paradisum esse credatis: sed aberratis etiamnum, procul ille adhuc, ac longius à firmamento distat, quam terra à firmamento, & tamen hoc à terra, juxta peritorum calculum, centum & sexaginta millionum milliariorum intercapedine dividitur. Quid vobis inter hæc de vastissimo illo cœli sinu videtur, intra cujus amplitudinem stellarum fixarum statio est? *non deficientes*, Ecclesiastico teste, *non deficientes in vigiliis suis*. Hem iste locus est, quem Græcia superba suam dixit esse coloniam, dum stellas singulas crimine aliquo infames, certique Herôis propriam sedem fecit. Amens certè est, qui sibi fingit, ibi morari Hercules, Perseos, Cepheos, Bootes, Andromedas & Ariadnas, ceterumque stellarum vulgus astronomis notum. Quin obstupescite temeritatem! in loco adeò delizioso, non solum aquilas & cignos, sed urfos etiam, & dracones posuere, fortassis ut hoc figmento Cœli horrorem & nauleam mortalium animis ingenerarent, pluresque in inferno pœnarum socios nanciscerentur. O quam volupe erit, intueri purissimum illud aurum, sed nullâ mixtum scoriâ, ut est omne terrenum; illam crystallum, sed non fragilem, illam lucem, sed nunquam deficientem,

Ezech. 43.  
11.

Movebitur tunc vobis fortassis curiositas, conjecto adhuc uno in terram obtutu, ejus elegantiam cum Cœlesti comparare; sed ô quæ præcipitia, quæ distantia, quæ profunditas! tunc experiemini dictum illud Isaïæ: *tunc vestri cernent terram de longè*. Ubi, dicetis, ubi locorum terra est, mea quondam habitatio? ubi domus mea, ubi penates, ubi villæ & suburbanæ? ubi chara patria? ubi es? ubi Italia, ubi Europa? heu non agnoscitis vos amplius; totum, quod video, mihi tenue punctum videtur: ô quam spissa nox mortalibus incubat, si cum hac luce, cum hoc sereno cœli aspectu, quo perfruor, comparetur! Et tamen erat non nemo, qui suadere ausus est, cœli possessionem periculo exponere, ut unum telluris palmum fundo meo adjicerem. O stulti, ô amentes! ad quid tantum laboris, ad dilatandos possessionum fines? *Punctum est, punctum est, in quo navigatis, in quo bellatis, in quo regna disponitis, punctum est*: angustus terræ circulus, cujus non modicam partem maria & flumina, montium juga, & vastæ solitudines occupant, magnitudini vestræ theatrum est. Ibi, ibi æmulationes vestras & certamina exercetis, ibi gloria vestra constringitur, ibi felicitatis vestræ est meta, ibi animus vester arctatur, quasi cœlestis magnitudinis incapax: ab sursum vos erigite? *Levate in excelsum oculos, & videte!* Nunquid nôtis, amplitudinem loci hujus mille & septendecim milliones, quingenta sexaginta duo millia, quinquies

quies centena milliaria circuitu suo complecti? *Nanquid non scitis? nanquid non auditis?* Hæc omnia vestra sunt: *qui viceris, possidebit hæc* Vestra est hæc pulchra, & vasta planities, vestra sunt sphaera, vestra sidera, quorum minimum telluris vestrae amplitudinem vigesies complectitur.

VI. Ita, si mea me non fallit opinio, exclamabimus, dum interea, peragrato Cælo stellifero, nonam ac decimam Cæli sphaeram, quæ Cælum crystallinum appellatur, permeabimus. E qua materia hi cæli consistunt, inter terræ Doctores tam controversa, sintne nimirum liquidi ad instar auræ, an verò solidi, & ut quondam amicus ille Jobi credebatur, *tanquam are susti*, id modò ad oculum nobis patebit. Posteaquam verò ad primum mobile, ut vocant, accesserimus, ô quanto cum gaudio mensuram, ordinem, & sapientissimas ordinatissimi hujus motus leges spectabimus! tunc videbimus veterum Ægyptiorum, Chaldæorum, atque Græcorum errorem, qui cælos animatos, & non aliter ac corpora nostra, vivente quadam animâ instructos somniabant. Ridebitis Origenem, qui simili errore abreptus stellas virtutis & vitii, defectûs & perfectionis fecit capaces. Ibi agnosceatis, an motus iste à sola DEI voluntate & nutu dependeat, uti placuit Alberto Magno, an verò Angelicarum mentium directione nitatur, ut visum est Doctori Angelico, majori discipulo suomet magistro; ibi intelligetis, an uno mo-

vente rotentur sidera, an verò pluribus; summâ denique voluptate percipietis, an cælorum motus Harmonicum illum concentum efficiant, Pythagoricis probatum, negatum tamen à Peripareticis, qui dedignabantur concedere, quod aurium testimonio nunquam licuit explorare.

VII. Ququam si vel Sirenes ibi inveniretis, à Platone somnias, scio, omnes earum blanditias nec ad momentum vos à cursu vestro retardaturas; meliora cantica, concentus nobilior, deliciae meliores vos manent. Eia lætamini, ecce Paradisum oculis contingimus; Superi! cursu concito properemus, *festinemus ingredi in il-* *Ad Hebr.* *lam requiem.* Non jam Italiam, Italia- *8. 11.* *liam* inclamabo fidelissimus vester Achates; sed ecce Empyrium! Empyrium! cujus desiderio anheli, *su- Ps. 136.* *per flumina Babylonis*, quondam inter planctus & suspiria confeditis. Ecce Empyrium, viventium patria, delictorum refugium afflictorum, naufragorum portus auspiciatissimus, *ecce tabernaculum DEI cum hominibus!* Ecce, ecce, an non pulchrum & concinnum satis? Certè quidquid in aliis cælis formosum, admirandum, lucidum vidistis, sedis Empyriæ intuitu evanescit, haud aliter quàm lux cicindelæ ad solis ortum: quo enim alio sine tam distinctè & singillatim eorum vobis pulchritudinem declaravi; quàm ut inde discatis, qualis civitas ipsa futura sit, cujus suburbana, & primi aditus tam elegantes & pulchri sunt? Ne ergo vos pigeat, mentem mihi advertere, nec ullus vestrum me

accuset, quòd tempus inutilli hypotyposi frustra consumperim: ego non jacturam, sed lucrum me fecisse existimo; si enim tanta est opulencia, tantusque ornatu earum partium, quas Beati vilium instar mapalium despiciunt, & pedibus subjectas conculcant, quanam illa erunt conclavia, ubi residebant? quis aularum ambitus, ubi inambulabunt? quæ hortorum delicia, ubi animos relaxabunt? si tanta est pavimenti elegantia, quanta erit laquearis, camerarum, & fornicum? qualis erit aularum & peristromatum? an non DEUS stationem omnium pulcherrimam amicis suis reservaverit, Petro pro se cruce affixo, Paulo capite plexo, & reliquæ Martyrum turmæ, qui DEI amore se ipsos ad mortem usque odio persecuti sunt? *Non dilexerunt animas suas usque ad mortem.* Si tam magnifica sunt illa, quæ in terris inimicis suis utenda, fruenda indulget, Neronibus nimirum, Diocletianis, Decijs, & Caracallis? *Quam magnifica, quam magnifica, exclamare licet cum S. Eucherio, quam magnifica fulgebit perpetuis forme rebus, cum sit nunc tam speciosa peritura?*

*Apoc.*

*32. 11.*

*usque ad mortem.* Si tam magnifica sunt illa, quæ in terris inimicis suis utenda, fruenda indulget, Neronibus nimirum, Diocletianis, Decijs, & Caracallis? *Quam magnifica, quam magnifica, exclamare licet cum S. Eucherio, quam magnifica fulgebit perpetuis forme rebus, cum sit nunc tam speciosa peritura?*

*Epist. 1.*

*paravit.*

*usque ad mortem.* Si tam magnifica sunt illa, quæ in terris inimicis suis utenda, fruenda indulget, Neronibus nimirum, Diocletianis, Decijs, & Caracallis? *Quam magnifica, quam magnifica, exclamare licet cum S. Eucherio, quam magnifica fulgebit perpetuis forme rebus, cum sit nunc tam speciosa peritura?*

VIII. Interea videbimus civitatem illam majestate eximiam, inexplicabili operis symmetriâ fabricatam, locoque totius mundi maximè excelsio, nitido & puro sitam: ejus vastitas nulla milliarium scalâ mensurari potest, ut ait Jeremias, *si mensurari poterint cæli sursum: omnis crystal- lus diaphanæ murorum transparentiæ cedit, nec gemmæ eorum pulchritu-*

*1er. 31.*

*37.*

*si mensurari poterint cæli sursum: omnis crystal- lus diaphanæ murorum transparentiæ cedit, nec gemmæ eorum pulchritu-*

dini conferti possunt. Quadratam eam scripsit divus Joannes, qui Ichnographiam illius in Apocalypsi sua, quæ *Cor.* si carbone in charta expressam habet. Si fabricæ artificium consideres, superare videtur materiam; si materiam contempleris, dices omni arte nobiliorem. Hæc enim verò est urbs absolutæ pulchritudinis: *Civitas perfecta decoris.* Duodecim vastæ magnitudinis portæ è totidem margaritis constructæ aditum præbent: *duodecim porta, duodecim margarita.* Superi l quæ scalpri elegantia? quæ magnificentia fabricæ? quæ majestas aspectus? *Quam pulchra Tabernacula Jacob; & tentoria tua Israel: verè non est hic aliud nisi domus DEI.* Quin ergo alacres curru desilimus, ac fores pulsamus, ut audiamur? *Attolite portas.* Sed ecce per patentem sponte paradisi portas angelicarum mentium chorus obviam procedit, qui festivâ musicorum organorum symphoniâ, & canoro vocum concentu insonabunt: *intra in gaudium Domini tui?* ut primâ istâ officio salutationis formulâ futuræ beatitudinis magnitudinem designent, quæ usquequaque infinita est, & omni ex parte immensa, atque adeo, ut observavit Anselmus, cum gaudium instar oceani vastissimum in nos intrare non possit, nos gaudio immergamur.

IX. Sed ego jam functus officio meo, melioribus vos ductoribus committo, Auditores, quos video Angelorum consortio jam frui: quid posthac in Paradiso visuri, quid acturi sitis, id enim verò me latet: satis mihi

mibi est, vos ad ejusdem limina statuisse; reliqua à captu meo nimium quantum remota sunt: *nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, que preparavit DEVS iis, qui diligunt illum.* Et quid ego, tam tenui cælestium rerum notitiâ tinctus, de Cælo dicere præsumam? Illud solum scio, ingressuros vos terram novam, è cujus finibus omnis umbra doloris exulat; nulla ibi nox aut caligo, quæ terreat; non calor, qui adurat; non gelu, quod affligat: oculi, quidquid amœnum & elegans; aures, quidquid harmonicum & suave; nates, quidquid odore gratum; palatum, quidquid dulce ac lapidum, tactus, quidquid delicatum & blandum cogitari potest, percipiet: corpus claritate solem, agilitate auras, subtilitate ignem, robore adamantem superabit. Quidquid in singulis hominis ætatibus perfectionis est, complectentur Beati; candorem suum pueritia, vivacitatem juvenia, robur ætas virilis, & majestatem senectus contribuet. Ibi nationum omnium linguæ promptissimè loquemini, omnium temporum gesta & historiarum monumenta callebitis; gratiarum, & charitum lepore affluetis, omnium vocum varietate cantabitis; quidquid mens & animus unquam speculatus est, penetrabitis, & si his majora dixerò, nihil tamen dixerò: si enim non longè ampliora ibi invenirentur, quomodo Paulus dixisset, ea omnem linguæ humanæ mentisque facultatem transcendere? *Arcana verba, quæ non licet homini loqui.* Hæc autem, quæ

recensui, ex omnibus pulpitis perforant, penicillis exprimuntur, libris vulgantur, suntque rudissimæ etiam plebi notissima ac decantata: atque adeò arcana non sunt. Aperiam ergo, quid velut per somnium credam futurum, quando inter Angelorum amicissimos complexus paradisi limen primum subibitis. Ducent vos illi per viam auro stratam ad thronum divinum; prius autem diversas Beatorum sedes ac mansiones, Apostolis à Christo promissas vobis monstrabunt: monebunt tamen, hæc sedium divinitatem nullam movere inter inquilinos discordiam; omnes enim arcifissimo charitatis nexu conjuncti, de singulorum felicitate veluti propriâ, gaudent: est ibi multitudo absque confusione, excellentia gradus & dignitatis absque fastu, ordo inferior absque æmulatione, nec inæqualitas amicitiam solvit; cum enim ibi gratia naturæ dominetur, fratrum nullus aut desiderat, aut desiderare potest majorem hæreditatis portionem, quàm à Patre taxatam. Verbo imperturbata ibi viget concordia, pax summa summusque animorum consensus: *se- 1/a. 32. debet populus in pulchritudine pacis, 18.* hominem inter & DEUM, inferiores inter & superiores, corpus inter & animam, appetitum inter & rationem. Ita vestri comites & illustres conductores Angeli in via vobis loquentur, cum in dictorum confirmationem videbitis, in adventum vestrum beatorum agmina certatim effusa, inter festivas gratulationes, ac latissimos applausus, non aliter ac olim



terrestris Hierosolymæ cives in occursum Davidis ruerunt, cum à celebri gigantis triumpho gloriosus rediret. Et quale, obsecro, vobis gaudium erit, si inter hæc Beatorum turmas in veterem charumque amicum, jam diu ante vos fato functum, felici sorte incidetis; inexplicabili certè lætitiæ sensu in eorum amplexus & oscula ruetis, æterno jam eorum confortio læti, quorum brevem absentiam tantis quondam lamentis prosequabimini. O sponse mi dulcissime! exclamabit vidua: ò mater charissima! dicet filius: verène te video, an mei mihi oculi illudunt? Et tu amicorum meorum intime atque suavissime, ò quàm te video diversum, & pulchriorem ab illo, quem olim amisisti? meministine adhuc, quàm sollicitè olim in vita mortali inter nos contulerimus, quid totà nobis æternitate futurum esset? ecce nos in præsentiarum arctissimè unitos, & indissolubili nexu conjunctos absque ullo metu, ne quidquam deinceps nos separaret: sic semper cum Domino erimus. Nec minori, credite mihi, Auditores, exultabitis gaudio, si inter hæc Sanctorum agmina illos videbitis, quos, velut salutis vestræ Patronos singulari quondam affectu coluistis; si videritis Divum Dominicum, Franciscum & Josephum; si Antonium Paduanum, Philippum Nerium, aliosque, quorum Aras toties frequentastis, quos jejuniis aliisque pijs operibus venerati estis, quorum laudes calamo & libris vulgastis, quorum cultum magno zelo promovistis, quorum glo-

riæ & venerationi vos totos conlocrâstis. Si enim Titum Livium vidisse, uberem suorum laborum ac incommodorum mercedem esse contulerunt, quos è remotis orbis partibus ejus vivendi curiositas traxit, quid erit, videre in cæli gloria Petrum Apostolorum Principem, Paulum gentium Doctorem, Thomam scholarum Oraculum, Hieronymum, Augustinum, Chrylostomum, cum illis familiariter agere, illudque Jobi usurpare posse: *Auditu auris audivi te; tunc autem oculus meus videt te?* Forsan eorum pedibus obsequiosi ac venerabundi vos advolvere tentabitis; sed illi hoc obsequium blandè reculebunt, vosque non jam amplius devotos sibi clientes, sed municipes, contubernales, & socios compellabunt: *jam non estis, ut quondam, hospites & advena, sed cives Sanctorum, quodque reliqua longè excedit, domestici DEI.*

X. Inter hæc supremo paulatim Divinitatis solio vicini acceditis, & postquam cum tenerrimo reverentiæ sensu ad ejus dexteram JESUM Salvatorem, ad lævam verò Virgineam Ejus Matrem videritis, exortum subito, menti que vestræ potentissimè lapsus gloriæ lumen vos confortabit, & videbitis, O superi! quæ visio? videbitis splendoris abyssum, Majestatis theatrum, centrum omnis gloriæ, DEUM ipsum: *videbitis eum, sicuti est.* Et quid sibi, ò Christiani, quid sibi vult: *DEUM videbitis!* quis mihi mentem acuet, quis linguam purgabit, ut vel modicè expli-

v. ad  
Thessal.  
4.

cem, quid sit, DEUM videre? Illum, illum videbitis, qui sibi soli sufficiens, tota vixit aeternitate nemini cognitus, omnique creato confortio destitutus, nec tamen minus beatus, quia solus, nec gloriosus minus, quia absconditus. Illum videbitis, qui est beatitudo perfecta creaturarum omnium. Illum videbitis, qui omnibus dat esse, à nemine accipit; qui omnibus dat vitam, nemo ipsi; qui omnibus dat robur & vires, ipse nullius indigus. Illum videbitis, qui remotissime à vobis distat, & tamen vicinissimus est; illum, qui nullo loco constringitur, & ubique praesens; illum, qui nullam percurrit aetatem, & tamen omnibus seculis convixit. Nolite arbitrari, vos DEUM videndo visuros quidquam eorum, quae modò extra ipsum videtis; ista enim creata sunt, Ille increatus; haec commixta materiae, simplicissimus Ille; haec ab alieno influxu dependent, ipse absolutissimus est; haec certis arcata limitibus, Ille infinitus; haec caduca, Immortalis ille; ista defectuosa, Ille perfectus; quidquid tamen extra illum videtis, in illo clarissime intuebitur. Videbitis illum operantem in omnibus, absque defatigatione; omnia in illo contenta per eminentiam, non per proprietatem; in illo videbitis, quidquid pulchri relucet in sole, quidquid placet in stellis, quod blandum ardet in Iride, quod rapit in floribus, quod recreat in fontibus, quod sapit in cibus, quod delectat in sono; nihil tamen horum est ipse, non Harmonia, non cibus; non fons, non flos, non stella, non sol. In illo rerum omnium perfectiones, nullius tamen rei esse, quia nihil defectuosum, videbitis: in illo videbitis candorem, sed nullam tinctum maculam; pulchritudinem, nulli obnoxiam mutationi; potentiam, nulli aemulo subjectam; scientiam, à nullius magisterio pendentem; bonitatem, nullis corruptam cupiditatibus; substantiam, sed sine accidentibus; vitam, sed nulla morte finiendam. Quid amplius? DEUM videbitis. O vos beatos millies! DEUM videbitis, videbitis, videbitis eum, sicuti est. O si videre vobis modò liceret statum animi vestri ad primum Deitatis aspectum? quae amoris deliqua sentiretis, quae charitatis incendia, quos raptus & extases, quas dulcedines? Tunc enim verò prono corpore, & demississimam animi reverentiam Majestatem illam adorabitis, ac velut tanto bono penitus indigni, in planctus; suspiria aliosque inter mortales consuetos affectus prorumpere voletis; sed id jam vobis minimè permittetur: *non audietur ultra vox fle- Is. 15. tus & vox clamoris; DEUS ipse 19. manum propriam lacrymas vestras ad ultimam usque stillam absterget: aufferet Dominus DEVS lacrymam ab 18. omni facie: nec gemitus, nec luctus, nec lamenta supererunt; unico enim DEI intuitu angustiae veteres aeternam oblivione delebuntur? oblivioni Is. 65. tradita sunt angustiae priores. Non 16. affliget vos tunc acerba praeteritorum dolorum memoria; non jejuniorum,*

R. P. Segneri Quadragesimale.

R

sta.

flagrorum, aliarumque austeritatum recordatio; id unum choro unanimi  
*Psal. 89.* intonabunt Beati omnes, *latati sumus* pro diebus, quibus nos humiliasti, annis, quibus vidimus mala. Ecce non dicunt, se sustinuisse mala, sed vidisse tantum: *vidimus mala, vidimus mala!* quia probe agnoscunt, omnia Martyrum tormenta, cruces, catastas, equuleos, somnium duntaxat fuisse, si voluptatibus, quæ consecutæ sunt, comparantur.

XI. Sed scire forsitan ex me desideratis, in quosnam tunc animi sensus, affectus & verba ad tanti boni aspectum prorupturi sitis. Sed nolite me percontari, auditores; id enim me ignorare, candidè fateor; quamquam probe noverim, quid pro me ipso dicendum paraverim, cum felix illa hora illucesceret, quæ ad tantæ gloriæ possessionem admittat: quam primum ad amplexum pedum illorum, & faciei aspectum pertingam, *Job. 32.* & veniam usque ad solium ejus: dicam DEO meo, nimiam omnino fuisse suam erga me bonitatem; quæ me creaturam vilissimam salvare dignatus est, æternis potius flammis, quam tanto bono dignissimum; hunc esse unice ejus favorem & beneficium: quod citra omne meum meritum, ad Gloriam me destinaverit: *Psal. 17.* *salvum me fecit, quoniam voluit me;* hoc ipsum tamen summo mihi gaudio esse, nec tam charam mihi fore beatitudinem meam, si illam meis potius meritis, quam Divino favori deberem; sic enim crescere meum in DEUM amorem, & gaudium es-

se plenum. Dicam DEO, mentis suram & objectum gaudij, quod scio ex visione beata, non esse propriam meam felicitatem, sed Eam, quæ Ipsum beatum esse video: paratum me esse, millies pati inferni pœnas, & æternum privari deliciosisimâ Ipsius visione, si id vel ad minimum Divinæ gloriæ augmentum cederet. Hæc & centum alia paraverim dicenda, si quando momentum illud fortunatum advenerit, ut de facie illum videam, atque in eandem cum DEO imaginem transformatum me esse experiar, unum aliquid per amorem factus cum DEO, ita ut Ego DEUS, & DEUS ego esse videatur, quemadmodum ferrum ignitum (quæ est similitudo D. Thomæ) unum aliquid cum igne evadit, ita ut ferrum videatur esse ignis, & ignis ferrum. Sed quid somnio miser? quid delirat animus imaginatione futuræ felicitatis, velut extasi, abreptus? anne unquam mihi licebit, ad tanti boni fruitionem admitti? hinc DEUM intuebuntur? *Regem in corpore suo videbunt oculi mei?* Et quando tandem, ah! quando veniet hæc hora? O gravia nimis & importuna vincula! ac compedes quæ constrictionem tenent animam meam! O quando tandem rumpemini, ut ad contemplandum DEUM meum, non aliter ac ignis ad sphaeram sibi naturalem, vel sagitta ad metam liberè avolem? ô vitam nimium diuturnam! ô mortem lentam, & morosam! *quis me liberabit de corpore mortis hujus?*

*hujus* ? O montes & valles, O campi & silvæ, tædet vos diutiùs intueri. Quid enim me delectet in terra, si illa cogito, quæ me manent in cælo? Non jam vobis in video vestras opes, ô Principes! vestras lauros, ô milites! vestram scientiam, ô literati! vestras voluptates, ô amantes! vestros thesauros, ô avari! Utimini, frumini; non in video: Paradisus, Paradisus! *Melior est dies una in atriiis Domini super millia.* Unicum beatitudinis momentum, non jam dicam intra intimos Sanctuarii recessus, sed ad limina tantùm, *in atriiis Domini, in atriiis,* unicum tale momentum plus liquidissimæ voluptatis affert, quàm quidquid omnes simul mortales à mundi primordio ad finem usque degustant. O fortunatum animæ in gloriam ingressum! ô diem lætitiæ, diem triumphi! *Insignis dies solennitatis meæ.* sed quò magis affectibus meis indulgeo, eò magis implicari & longiùs abripi me video: *sive in corpore, nescio, sive extra corpus.* Abrumpo igitur sermonis filum, atque illud duntaxat vobis in clamo terram ac terrena sibi habeat, qui àis delectatur; qui autem beatus esse desiderat, ad cælum! ad cælum tendat! illuc, illuc anhelet; ad cælum! ad cælum! *qua sursum sunt querite, qua sursum sunt, sapite, non qua super terram.*

## P A R S A L T E R A.

XII. **O** Mne quidem studium, atque animi vires in id hæcenus impendi, Auditores, ut primum animæ in gloriam ingressum vivis coloribus exprimerem; video tamen,

nimiùm quantum me à prima idæa aberrasse, nec Eclypon meum prototypo respondere. Ezechiel in argilla & cocto latere terrestrem olim Sionem delineavit; sed ego, ô me fatuum! ausu magis temerario abreptus, cœlestem vobis Hierosolymam descripsi: quàm rudis & imperfecta sit artis meæ opera, nemo non videt; imperito nimiùm penicillo sum usus, non diffiteor, nec opus est, ut illud mihi exprobratis: hæc tamen ipsa imperitia ad scopum meum aptissimè servit, facitque, ut, cum malè locutus sim, meliùs perorem, & cum pauca dixerim, plura concludam. Novi perbenè; me nec umbram eorum bonorum attigisse, quibus beati in cœlis fruuntur; fingite tamen nil aliud ibi inveniri, quàm quod proposui: an non hoc solum vestro labore dignissimum, & quocunque pretio comparandum censetis? quanto ergo magis, cum incomparabiliter majora sint illa bona, imò tanta, ut, etsi multa de iis dixerò, nihil tamen me dixisse profitear. Id unum igitur dubium relinqui posset an bonum illud, quod adumbravi, nostrum conatum ac studium mereatur. Sed: ecce! unico Divi Chrylostomi argumento id demonstrepo. Edicite, si omnibus & singulis, quotquot vestrum senio & ætate confecti sunt, hodie promitterem, me rugosam eorum frontem explicaturum, canas è vertice nives pulsurum, primævum juventæ florem & exhaustum corporis robur redditurum, ut mille annorum decursu formosi, sani, & vegeti vivatis: quàm liberale præmium mihi decerneretis?

Memini, me de quodam Æsone audire, illum spe juventæ recuperandæ non recusasse, bullienti abeno & ardenti sulphure mergi, suumque jugulum Medææ cultro secandum præbuisse, quæ misero seni persuasit, se exhausto senili ac languido sanguine, juvenilem illi ac recentem reddituram. Sed quid opus est fabulis? an non quotidie videmus, quantum mortaliolum plurimi sustineant, ut vel unum annum vitæ suæ adjiciant? an non pretiosam illis mercedem statuunt, qui ferro in eos sæviunt, candentes laminas admovent, pharmaca amara propinant, & medicatos liquores ad nauseam ingerunt? Quid non Antigonus Archiatro suo Erisitrato donavit? quid non Phalaris medico Policleti? nunquid notorium est, celebrem illum Galliarum Regem Ludovicum Undecimum sanitatis amore, medico suo in menses singulos decem scutatorum millia dedisse, quamvis ab illo nil nisi cruciatus & tormenta in dies acciperet? Quid ergo sperare non possem, si pulsus senectutis incommodis, ætatem floridam conferre vobis possem? ad omnem vos nutum promptos experire: inimico, si juberem, veniam daretis, à blasphemis abstineretis, prava consortia vitaretis, imò, si Chrysofostomo fides est, Sanctorum vitam viveretis: *Nihil est, inquit, quod pro hac promissione non eligeres, tam facere, quam pati.* Sed nunquid in Cœlo promissi vobis juventam semper floridam immortalem, æternam? & hanc indubitato? *Renovabitur ut aquila juvenis tua.* Hoc ergo satis esse debe-

*Psalm.  
202.5.*

ret, ut nullus vos à virtutis studio labor, nulla doloris acerbitas abstereret. Sed nunquid vobis his majorum promissi? tot ac tantorum colorum obtutum, tantarum dominium regionum, tantorum Heroum consortium, tantam deliciarum varietatem, scientiarum copiam, tantarum dotum ornamenta, & ad hæc omnia claram DEI visionem, quæ una & sola cordi vestro replendo, & satiando par est: *Erunt omnia in omnibus.* Fierine ergo potest, ut tanti spesucti à vobis obtinere non possit, quod longè minoris expectatio obtineret? Sed quid dubito, num fieri id possit, cum videam, modò id fieri? Video enim, bona terrena, tantò cœlestibus inferiora, *meraque mendacia*, uti illa Ecclesiasticus appellat, æstimari, quæri, & quocunque pretio comparari, cœlestia vero contemni ac negligi; paradisi jacturam omnium nobis vilissima est. Si necesse est, aut cœlum aut pecuniam perdere, perdatur cœlum! si aut scœmina, aut paradisi repudiandus est; repudietur paradisi! si aut cœlo aut honore carendum, careatur cœlo! Edicite, quæso, Auditores, si mercator divitem ex Indiis onerariam reducat, atque alto in mari periculosâ tempestate obruatur; nunquid omni curâ & studio mercibus consulit, easque salvas esse cupit? Si verò ventorum furia, navigii quassatio, fluctuum assultus, Epibatarum clamores, & præsentaneum mortis periculum ad mercium jacturam eum adigunt; quid obsecro facit? an ille forsitan pretiosissima quæque primò ejicit? minimè profectò: quid

quid ergo? vultu pallido, & manu tremulâ à vilioribus orditur; primò capsam pannis oneratam protrahit, & in undas præcipitat; mox ingravescente tempestate, cistam serico gravem arripit, & in mare projicit; si necdum ponunt undarum furia, cedo alteram, inquit, aromatibus onustam, & hanc quoque fluctibus consecrat. Superest theca pretiosissimis gemmis instructa; ad hujus jacturam resolvere se neutiquam potest. Interea tamen mare infremmit, cælum immugit, & prædam exposcit: renitens ille negat, & pernegat, abscondit gemmas, & secretissimo studio occulit; sed nautæ illas deprehendunt, & suis è latebris protractas demergi jubent: hinc enim verò mercator arreptum manibus thesaurum, cordi applicat, humectat lachrymis, & ad oram navigij acclinatus, semel atque iterum brachijs extra navim protensis, illum fluctibus parat injicere, mox poenitentia ductus retrahit manum, mavultque cum gemmis perire quàm absque illis vivere. Ita, ita comparatos vos volo, auditores! nulla debet esse ærumna tam gravis, nulla persecutio tam vehemens, ut paradisi jacturam facere decernatis; immensum enim ejus est pretium, *Omne desiderabile non potest ei comparari*; omnem divitiarum opulentiam, omne voluptatum, dignitatum, honoris & vitæ pretium antecellit, atque ideo, ut rectè dixit Augustinus, *acquiri potest, astimari non potest*. Cur ergo tam multi sunt, qui salutis negotium in postremas curas ablegant? *Salvus & illæsus sit honor, inveniunt, salva sint fortunæ bona, salva*

vindictæ cupido, salva amicitia & sanguinis jura, salva animi relaxamenta; de paradiso postea cogitabimus, noxarum Exomologesin aliàs obibimus, ad DEUM alio tempore convertemur; erit adhuc occasio, cum abjecta animæ bona è fluctibus extrahere & in tuto collocare licebit. O cæcitate! stultitiam! amentiam! O Paradisum incognitum, neglectum à mortalibus, & concultatum! Quis credat, tantos reperiri, *qui oculos suos statuerunt declinare in terram*? Ita enim verò, *statuerant*, decreverunt; brutorum instar animalium oculos de terra non levant, adeo illam deperierunt; terram cogitant, de illa loquuntur, pro illa laborant. An & nos horum numero aggregari volumus? Ah avertat DEUS hanc à nobis dementiam! Ad paradisum, ad paradisum! Statuamus ex hoc momento, mundo libellum repudij dare, & ad cælum conversi exclamemus, *Gloriosa, quis enim negare audeat? gloriosa dicta sunt de te, Civitas DEI!* Sed, heu! tardè nimium gloriosa hæc, quæ de te dicta sunt cognovi: turpiter hactenus terræ te postposui, sed agnosco, & deprecor hanc injuriam, quam luminis & notitiæ defectu in te admisit. Posthac autem quis à te me avellet? *An tribulatio?* sola tui memoria suavem illam mihi reddet. *An angustia?* Spes futurorum me solabitur. *An famines?* Hanc tui expectatio condiet. *An nuditas?* Hanc tu blandissimè fovabis. *An periculum?* Tu mihi tutissimum eris asyllum. *An persecutio?* Tu triumphare me docebis. *An gladius*

*dius ? Sed nulla me arma ab optata patria arcebunt ; tu ferri horrorem in aurum, mucronem in radios, aciem in ferum commutabis. Non sunt condigna*  
*Rom. 8. 28. passiones huius temporis ad futuram gloriam, qua revelabitur in nobis ! in nobis, inquam, quia futura gloria non erit extra nos, sicut vana mundi gloria, sed intra nos : Revelabitur in nobis. Te igitur diu noctuque suspirabo, cum*

*mihî necdum te frui liceat ; Tibi mentem meam dedico : tibi cor depono, & animam consecro. O me fortunatum, si me recipias ; quod si illud inpetrare necdum possum, lubens quidem acquilcam in loco peregrinationis mee, non alio tamen fine, quam ut omnibus innotescat, DEUM verè dixisti per Isaiam, Electi mei non laborabunt frustra.*

## SERMO UNDECIMUS

DIE LUNÆ POST SECUNDAM DOMINICAM.

*Quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Ioan. 8.*

I.



Ntiqui moris est, ut cum mutæ pacis fœdera tractantur, offendenti munus sit, eam petere ab offenso, non verò offensi, ut offerat offenti. Ita Benadad Rex Syriæ, cum Achabo Israëlîs Regi reconciliari desideraret, quem motis prius in ipsum armis irritaverat, Procerum suorum nonnullos misit, qui sacco induti, & cinete caput aspersi ad pedes offensi Principis se abjecerunt, & Regis sui nomine veniam supplices poposcerunt. Diverso prorsus modo vobiscum hodie agi video, Auditores : dicite enim, num DEUS vos, an vos DEUM offendistis ? extra dubium est, vos esse, qui frequentibus illum injuriis læsistis, nec perfunctoriè

tantum, sed multifariam, cogitatis vobis & opere : rationi ergo consentaneum foret, primos vos, missis caduceatoribus concordie fœdera rogare. Sed ecce Deus ipse me, licet indignissimum suum Ministrum, ad hoc negotium vobiscum tractandum ablegat, qui verò ille reus, vos læsi essetis : dumque vestram hîc frequentiam, vestrum fervorem, & pœnitentis animi signum confidero, omnino mihi persuadeo, vos ad pacem cum DEO ineundam esse paratos, eamque conclusam jam esse : quia tamen contumaces & obstinati deesse nunquam solent, qui opportunas reconciliationis occasiones negligunt, ac negotium istud temerariè procrastinare audent, ideo ex Christi imperio dedocere vos jubetis errorem hunc gravissimum, ac palam denun-

denuntiare, quod, si pacem à se modo oblatam repudiatis, Ipse quoque repudiaturus sit à vobis offerendam: *Quæris me, & in peccato vestro moriemini!* Necdum vos terret, ò peccatores, tam formidabilis sententiæ fulmen? *In peccato vestro moriemini: audistis? in peccato vestro moriemini.* Adhuc malè sani creditis, nullum esse in mora periculum? non esse opus bene vivere, sed fatis esse piè mori? O mentem delusam? ò casta consilia, & fatua decreta! unde enim piam mortem temerarii vobis audetis promittere, si is à quo illa unice dependet, disertis ac minimè obsecris verbis protestetur, ac neget, vos piè morituros, sed peccatis vestris immorituros? *in peccato vestro moriemini!* Verùm, ne fortè existimetis, me minis solum vanisque terroribus terrere vos velle, statui, non adhortari vos hodie, sed vestrum tantum consilium exquirere. Proponam vobis igitur anceps salutis vestræ negotium, illudque distinctè examinabo: si vos illud prudenter negligi aut differri posse censebitis, tum enimverò nullos ego deinceps stimulos ad illud accelerandum admovebo. Si verò errorem vestrum clarè deprehenderit, poteritisne mihi indignari, si cum omni vos reverentia adhorter, aut supplex potius exorem, ut omni studio in vitæ vestræ emendationem incumbatis, ne serò cum Phrygibus sapiatis, vestrumque errorem frustra aliquando deplorare cogamini. Attentos igitur animos tantisper mihi commodate.

II. Sed antequam pedem porrò promoveam, edicite: quis unquam

mortalium fuit, qui, cum imminens corporis periculum evadere quamprimum possit, sponte tamen in illo hærete decernat? quis unquam, cum se vinculis facile expedire & rumpere compedes possit, fugam differt? quis unquam, cum nullo negotio malignam viscerum pestem fugare possit, curam omittit? quis naufragorum, cum possit in portum feliciter evadere, cum fluctibus, & procellis jocatus est? Ecquis ergo, cum salutem animæ suæ modò in tuto collocare facile possit, aliam eamque incertam occasionem præstoletur? Ponderâstisne aliquando attentè & seriò profligatam Pharaonis stupiditatem, ad plagas tam memorabiles ferream & inflexibilem? Cave tibi, clamabat Moyles, nisi enim liberum dimiseris populum meum, gravissimas pœnas dabis, non ego in tuam perniciem armatorum exercitus conscribam; non è nubibus fulmina, è silvis leones, è speluncis urfos ciebo; minimè certè: sed in despectum tuum è paludum uligine ranarum agmina evocabo; hæ imbelles bestiolarum meas contra te partes defendent; hæ obsesam occupabunt regiam, teque ex aula tua fugabunt. Risit has minas Pharaon, sed risus iste brevi in lamenta conversus est: ad Moylis enim imperium ex omnibus stagnis, paludibus, ac fluminibus immensus coaxantium ranarum exercitus confluit, qui haud aliter, quàm cum Victores superatis mœnibus urbem depopulantur, omnes Egypti aditus occuparunt, obsederunt vias, penetrarunt domos, ac tandem triumphantium more irrueunt in regiam.

giam.



giam, Pharaoni in proprio throno infestis; si intra conclavia se recepit, fugere coactus est; si mensæ accubuit, importunos hospites expertus est; si fessula ad quietem membra composuit, somnum infestus hostis turbavit. Vos ipsi cogitate, quis Pharaoni sensus fuerit, cum se tam pertinaci obsidione premi videret, ergo vocavit Moysen, & erroris sui pœnitens ingeminavit: Ecce me ad nutus tuos paratum; DEUM tuum pro me ora, ut flagellum contineat, & quidquid iusseris, exequar:

Exod. 8.  
8. *Orate Dominum, ut auferat ranas à me, & à populo meo, & dimittam populum, ut sacrificet Domino.* Moyses,

Exod. 8.  
9. *qui non perire, sed corrigi Regem voluit, annuit roganti, & Constitue mihi, inquit, quando deprecet pro te & pro servis tuis, & pro populo tuo, ut abigantur rana.* Stetit deliberabundus non nihil Pharaeo, ac postea respondit, *cras.* Estne jam vestrum aliquis, Auditores, qui hæc narrari audiat, & stoliditatem Pharaonis non obstupescat? O insensatum! videt se undique obsessum ab hoste tantò ferociore, quantò magis imbelli, minùsque evitabili, videt, sibi suisque ne momentum quietis indulgeri; videt, omnia aulae conclavia in paludes, lectos in stagna converti; molestis ranarum clamoribus aures obtundi, oculos ingrato earum aspectu torqueri, nares fetore affligi experitur; non cibum, non potum, non quietem, aut ullam aliam animi relaxationem capere permittitur, & tamen, cum liberari quanto cyùs posset, inducias efflagitat, & moras necit: Respondit *cras.* Et cur non *hodie* elo-

quentissimus exclamat Ambrosius: cur in tanto periculo tanta moræ tarditas? si nulla liberationis opportunitas, nullum remedium in promptu foret, veniã dignus esset: sed Moyses nulli ponit tempori legem, nec horam determinat: *Constitue mihi, quando deprecet pro te;* quando tibi libitum fuerit, satisfaciam tibi; impera dumtaxat, dispone ad libitum, & *Constitue mihi:* Et amens Pharaeo respondit: *Cras, cum deberet in tanta positus necessitate rogare, ut jam oraret, nec differret, respondit, crastinã die, vixit & negligens, mora pœnam, Egypti soluturus excidio.* Certè neminem vestrum esse arbitror, qui non tantam stupiditatem, aut cachinnis excludat, aut commiseratione dignissimum iudicet: sed si stultitiæ notam mereret, qui corporis salutem tam stolidè curat, quid dicam de vobis? de vobis, inquam, qui nòstis, vos innumeris salutibus non caducæ & fluxæ, sed æternæ periculis expositos esse, qui scitis, vos non ranarum imbellium, sed demonum ferocissimorum arcta obsidione cingi; qui non ignoratis, vos esse DEO rebelles, Paradisi spe dejectos, inferni reos: & tamen necdum decernitis, tot periculis vos extricare, & salutem vestram in tuto collocare. An opportuna fortè occasio vobis deest? an non plurimus & clementissimus Moyses ad manum est; de salute, & incoluntate vestra paternè sollicitus, qui nunquam vobis subsidiariam porrigat? *Constitue mihi!* Expectant vos, in Divinis tribu: ali Sacerdotes innumeri, tutumque vobis refugium offerunt: cur ergo

noxias moras necitis, cur tam temere præstolamini? Erit utique, erit, qui dicat *Craſtinâ die*. Hæc nimiram, ô protervi, confucta vobis vox eſt! ſalutis negotium diſſerre in craſtinum. Ecce enim, ſi cui dicam: infame domi conſortium nutris, quod hirudinis inſtar valetudine & opibus te emungit, ſola tibi ſuperceſt anima: num illi tandem lubet conſulere? *Conſtitue mihi*, quandonam placeat eijcere turpe proſtibus, animam expiare, & cum DEO in gratiam redire? *craſtinâ, craſtinâ die*, reſpondebit obſcænis abſorptus amoribus concubinariis; valetudine etiamnum fruor integrâ, cum mors imminebit, pænitebo. Alium alloquamur: Ecce inimicitie virus à juvenilibus annis ad ætatem decrepitam uſque in corde foves; an non deinceps ſaltem quietè vivere lubet? *Conſtitue mihi tempus*, cum pacem tractare, & partes inter diſſidentes concordiam conciliare placuerit. *Craſtina die*, replicabunt ultionis amantes; ſuppent etiamnum vires; ſi mors ingruat, condonabo. Heu cæci, & rationis expertes! quid dicitis, *craſtina die*? Eja, quod vultis, agite, effundite animum, litate deſideriis: ſed antequam hoc effectum detis, reſponſum ad innumeras objectiones à vobis exſpecto.

III. Et primò quidem, cum tantæ molis negotium ad mortis conſinia diſſerre ſtatuveritis, dicite, obſecro, an perſpectum vobis ſit, quo mortis genere morituri ſitis: creditis haud dubiè, ſupremam vobis infirmitatem fore mitem, tranquillam, facilem & jucundam, voſque animo præſenti, ſen-

sibus integris, & veluti cygnorum inſtar cantantes morituros? O malè credulos, & deluſos! quis Medicorum hoc vobis mortis genus promittet? cur non Eccleſiaſtici oraculo creditis, *neſcit homo finem ſuum*? quid ſi morbus veſter in acutam febrim deſinat, quæ vos à ſenſibus alienet, mentem eripiat, delirantis cerebri vertiginem, & phræneſin moveat? an non lethargo conſopiri, cordis ſpafmo ſubitò obrui, aut furioſo guttæ apoplecticæ fluxu ſuffocari poteſtis? quid ſi tam violentus, & acutus capitis dolor vos occupet, ut nec breviffimo temporis ſpatio mentem ad ſeria advertere liceat? quantumvis modò athletico robore valeatis, his tamen omnibus caſibus obnoxii vivitis, quin ſi Hippocrati credimus, morbis acutis & exoticis robuſti magis ſubjacent, quàm debiles, cum corporis humoribus id ferè accidat, quod chordis muſicis, quas inter maximè ſonoræ, magiſque intenſæ faciliùs rumpuntur. Repeto igitur: ecquâ demum prudentiâ ad ſupremæ infirmitatis conſinia ſpem ſalutis veſtræ rejicitis, cum ne genus quidem ſupremæ infirmitatis calleatis. Sed demus, talem fore, quæ rationis uſum veſtrique dominium vobis relinquat: novum tamen inde periculum emergit; facile enim tunc accidit, ut credatis, infirmitatem iſtam non eſſe ad mortem, dumque periculi magnitudinem non ſatis æſtimatis, ad extrema inſperatò deducamini, non ſecus ac pigro & incauto viatori contingere ſolet, qui ad obiectum ſibi torrentem dubius hæret, ubi cõmodiùs trajiciat, dumque longius

R. P. Segneri Quadrageſimale.

S

gius

gius identidem ac longius per ripam descendit, spe vadi alicubi inveniendi, tandem delusum se sentit, ac crescente profundius alveo desperandum sibi de transitu advertit.

IV. Sed demus, hæc omnia abesse: quibus, quæso, mediis, quo modo & ordine salutis vestræ negotium tunc tractabitur? legitimâ, dicetis, patratum scelerum confessione. Sed num sperare potestis, vos tempore tam iniquo, lubrico, perturbato, ac horrifico, qualis esse solet hora fatalis, ritè dispositos & aptos fore, ut strictum noxarum omnium examen instituire, culpæ numerum distinctè inire, earum species & circumstantias enucleatim explicare, omnesque Confessionis leges ad amissim implere possitis? Nihil interest, respondebitis: esto enim hæc omnia facere non possimus; nunquid tamen Theologorum omnium certa sententia est in mortis articulo sufficere nutus ac signa doloris, piam capit inclinationem, devotam manuum conjunctionem, aut levem pectoris percussione? hoc ipsum morientium privilegium est, ut, etsi linguam in verba articulata formare non possint, Absolutionis tamen capaces sint. Ah Christiani? hæcne deliria sine summa indignatione è vobis audiam? Ignoscite mihi, si acrius in vos invehar, vestramque temeritatem vehementius objurgem. Quid, quæso, dicitis miseri? quis iste phræneticorum sermo est? quis omnem adeò vobis sensum eripuit, omnique humanitate spoliavit, ut minori curâ salutem vestram tractetis, quàm si extranei aut jurati vestri hostis

negotium ageretur. Ergone confessio in mortis articulo per nutus facta, ad absolutionem à noxis sufficiens videtur? Ita enim vero censemus. Si ita res haberet, Comparior Ottoni tertio Romanorum Imperatori, qui ob unicum perpetratum homicidium, quod tamen reipublicæ non intererat, inunctam sibi à S. Romualdo gravissimam pœnitentiam demissè accepit, scilicet ut ad montem usque Ganganum nudis pedibus peregrini & pœnitentis habitu indutus iret, ibique quadraginta dies sacco cilicino indutus, ac jejunus transigeret, & huc cubaret. O te albæ mentis, & simplicem Ottonem! num ultimam vitæ horam prætolari potuisses, & tunc unico nictu oculi obtinere, quod tibi tantis itineribus, tantis ærumnis, tantaque austeritate stetit? Quid ego de Potamio magno Bracarensum prælole dicam? hic gravi carnis flagitio contaminatus, coram pleno ac frequentissimo Episcoporum concilio, quod Toleti celebratum est, fateri illud non erubuit. O stultum te Potamium, qui tantum oneris subiisti! Quid de Fabiola dicam, Principe Romanorum sanguine oriunda, quæ ob unicam Ecclesiæ, gravem tamen sanctionem violatam, summâ sui confusione ac rubore, ad limina Lateranensis Basilicæ, maximo populi affluxu frequentate se accusavit? O fatuam, quæ tantæ se ignominie frustra exposuit! O infelicem, quod vestram de Confessione doctrinam ignoraverit! docete eam saltem miseros illos peregrinos, qui Indies, superatis alpium jugis, non Lau-

retum

retum duntaxat, sed & Romam usque excurrunt, ut à supremo Pœnitentiæ tribunali, reservatarum eidem noxarum veniam consequantur: en miseri illi gravissima vitæ pericula, & iterum incommoda patiuntur; occurrere ergo illis, sistite eos in via, ac dedocete errorem, ex ignorantia grandis arcani, vobis solis perspecti, profectum. Etiam ego, dicite, scateo sceleribus; sacrilegiis abundo, censuris innodatus sum, nec inde tamen anxius affligor; novi enim, me non nisi acceptâ absolutione diem ultimum obiturum. Nunquid potestis moribundi ad simplicissimum quemvis Sacerdotem manus tendere, caput inclinare, & pugno pectus ferire? Hoc autem ad salutem sufficit; eja igitur indulgere genio alacres, nec tantæ vos tyrannidi subjicite, quâ nonnulli conscientiæ arbitri, suâ opinione zelosi, aliorum autem veriori sensu imprudentes & indiscreti, vos tractant. Si hunc in modum peregrinis illis loqueremini, nunquid inconsultam suam credulitatem damnarent, vestigia retrorsum flecterent, viam relegerent, vosque, velut fidissimos consiliarios summis laudibus extollerent? Sed ô infirmitatem animi, ô cæcitatem, ô stultitiam! usque adeo verissimum est, vos ex Theologicæ doctrinæ assertis, quæ à vobis ut plurimum, aut ignorantur, aut negliguntur, illa duntaxat arripere, quæ perperam intellecta, vos in ultimam perniciem præcipitant. Attendite igitur & sapite: hæc, quam memoratis, Confessio est ultima naufragantium tabula, ac supremum remedium: ne-

mo autem ignorat, extrema remedia dubios ac incertos habere eventus, eaque in supremæ tantum necessitatis articulo arripi, non verò consultò eligi, aut temerè assumi debere. Creditisne, omnes moribundos, quibus absolutionis beneficium impenditur, à culpis suis continuo expiari? concedam omnino id fieri, si serius animi de peccatis dolor firmumque emendationis propositum accedat, sique nihil eorum desit, quæ animam ad percipiendum Sacramentalis absolutionis fructum disponunt. Sed quis de hoc vos securos reddit? An non enim inveteratâ peccandi licentiâ sceleribus ita assuevistis, ut sicut sitibundus quondam Lysimachus scyphum frigidæ integri regni impendio comparatum exhausit, ita vos cum salutis Cœlique jactura iniquitatem velut aquam hauriatis? Nunquid gravissima flagitia ita vobis viluerunt, ut de iis, velut præclarè factis, posito omni rubore, gloriemini? quomodo ergo sperare potestis, vos inveterata animi sensa, affectus profundissimè radicanos, & depravata judicia, uno momento ita correcturos, ut illud, velut omnium malorum maximum detestemini, quod hæcenus omni alteri bono præposuistis? Et cui tandem, ô miseri, hoc persuadebitis? an imperito fortassis vulgo, qui nescit, in quo verus animi dolor consistat, Eja persuadete hoc Hieronimo, qui poenitentiam, in mortis articulum dilatam; cum risu exsibilat; *Qua est ista S. Hier. panitentia, inquit, quam solum quis tom. ult. accipit, quia se vivere non posse amplius Enseb. Ep. ad Damasc.* cernit? Persuadete Augustino, qui il-

*S. Aug.* lam appellat, *infirmam*; persuadete  
*ser. 67.* Bernardo, qui *temerariam* vocat, &  
*de temp.* *presumptuosam*; persuadete Isidoro,  
*S. Bern.* qui *suspectam* indigit; persuadete  
*in parv.* Cæsario, Hugoni, Ambrosio, Grego-  
*Serm.* rio, Chrysofomo, Thomæ Aquinati,  
*S. Isidor.* aliisque similibus, qui eandem rident,  
*l. 1. sent.* contemnunt & explodunt. Quin Di-  
*de sum.* vus Cyprianus Carthaginensis Præsul  
*Bon. c.* eò usque progressus est, ut publico e-  
 13. dicto prohibuerit, ne ullus, cujuscun-  
*Hug. de* que gradus ac dignitatis Sacerdos, pœ-  
*S. Vic.* nitentiæ Sacramentum iis administra-  
*de Sac.* ret, qui ad hæc sacra Mysteria, toto vi-  
*l. 2. p. 14.* tæ tempore contemptim neglecta, in  
 15. mortis primùm articulo recurrunt; ta-  
*S. Amb.* lemque pœnitentiam irritam ac nullam  
*l. 2. de* declaravit: *Prohibendos*, ait, *omnino*  
*Pœnit.* *consequimur*, à spe communicationis &  
*S. Greg.* *pænis*, si in infirmitate atque periculo  
*l. 18.* *caperint deprecari*, quia rogare illos non  
*mor. c. 7.* *delicti pœnitentiæ*, sed mortis urgentis  
*S. Chry-* *admonitio compellit*. Scio quidem,  
*soff. c. 25.* *Virum sanctum* hac in parte errasse,  
*in Matt.* cum fieri omnino possit, ut peccator  
*hom. 52.* in supremo etiam articulo sincerum  
*S. Thom.* animi dolorem concipiat; quia tamen  
*in 4. sen.* Vir tantâ sanctitate, doctrinâ & sapien-  
*dist. 20.* tiâ conspicuus adinaton illud & im-  
*S. Cypri-* possibile censuit, tam obvium certè  
*an. l. 4.* ac facile non esse oportet, ut vos arbi-  
*Ep. 2. ad* traminari. Nolite igitur fallaciter vobis  
*Anto-* blandiri, ô Peccatores; permitto enim,  
*nian.* vos in mortis articulo dolere pos-  
 16. se de peccatis, sed Antiochi instar, qui  
*1. Mach.* doluit, se afflixisse Hebræos, quia  
 6. mortis metus, & arrosæ à vermibus  
 carnis fætor hunc illi dolorem expres-  
 sit. Permitto dolere vos posse, sed  
*Gen. 4.* instar Caini, qui doluit necasse fra-

trem, quia profugus & extorris prop-  
 terea oberrare debuit. Permitto, vos  
 dolere, sed Agaris instar, quæ doluit  
 insultasse dominæ, quia ex Abraham  
 domo ejecta est. Permitto, vos do-  
 lere, sed Saulis instar, qui doluit  
 Amalecitis pepercisse, quia regno prop-  
 terea spoliatus est. Permitto, vos do-  
 lere, sed instar Semel, qui palinodiam  
 cecinit ob injurias Davidi illatas, qui  
 in vitæ discrimen propterea adductus  
 erat. Ita, inquam, non magni mo-  
 minis est, tritari de DEO offenso,  
 sed ex servili tantum mortis timore,  
 hiantis inferni metu; hæc enim si ab-  
 essent, parum certè vos angerebat cu-  
 pæ, quarum supplicia vos terrent.

V. Ad hæc an sathanam, veterem  
 animæ vestræ inquilinum, possessorem  
 suâ se dejici passurum creditis & qui  
 omnem tunc futorem suum effunderet  
 sunt spiritus, qui ad vindictam creati  
 sunt, at in tempore consummationis ex-  
 fundent virtutem, ait Ecclesiasticus.  
 Nôstis, totum robur, omnesque vi-  
 res exercitûs tum præcipuè in aciem  
 educi, cum decretoria prælii hora in-  
 minet; nemini in castris licet esse oc-  
 tioso, sed universa militia se ad con-  
 flictum parat; tunc enim de summo  
 rei agitur, quique prælio vincitur, spera  
 porro vincendi non habet, nec, qui  
 triumphat, timorem perdendi. Ta-  
 lis omnino est mortis nostræ articu-  
 lus; dæmon probè novit, ex illo so-  
 lo rei summam pendere; in quan-  
 tam non ergo fetociam tunc assurget  
 neque cupio, ut mihi hac in parte cre-  
 datis, sed oraculo potiùs Apocalyp-  
 tico credite: *descendit ad vos diabolus*  
 habens

12. *habens iram magnam.* Ecce sathana-  
 nam furore æstuantem, vobisque ho-  
 stiliter imminentem? Ecce, ecce ad-  
 est, *habens iram magnam*: sed quã  
 de causa? *sciens, quod medicum tem-  
 pus habet.* Si tunc manus ejus eva-  
 ditis, non est spes porro vos recupe-  
 randi, nec si vos obrinuerit, timor  
 ultra perendi? certissimo igitur vo-  
 bis persuadete, eum omnes inferni  
 furias, velut ad solennem conflictum,  
 evocaturum, & spondam lectuli ve-  
 stri omni quã valet, collectã rabie in-  
 festaturum. Referunt historię, ma-  
 gnã cuidam sanctimonię Monacho,  
 cui Stephano nomen, post vitam sum-  
 mas inter corporis austeritatis, con-  
 tinuas preces, jugesque vigilias in hor-  
 rida eremo atque angusta in casa ex-  
 actam, dæmones in mortis articulo  
 minutissimos nævos proposuisse, ex-  
 aggerasse, miserumque ad despera-  
 tionis propemodum confinia re-  
 degisse. Id ipsum Adelgundæ Virgi-  
 ni Sanctissimæ, Huberto Episcopo,  
 & plurimis aliis fecere, quid ergo vo-  
 bis fiet, si tot exomologes mendaces  
 & fraudulentas, tot Synaxes sacrile-  
 gas, tot obrutus lascivos, detra-  
 ctiones & judicia temeraria, omni-  
 que generis flagitia objicient? num  
 difficile iis futuram creditis, vobis per-  
 suadere, actum esse de salute vestra,  
 nec spem porro aut remedium su-  
 peresse? Ad hæc nunquid de rebus  
 Fidei & Religionis temerè loqui as-  
 suevistis? quã facile ergo fieri po-  
 test, ut spiritus infidelitatis vos aggre-  
 diatur, dubium vobis circa arcanum  
 aliquod fidei mysterium moveat, ve-

stramque in credendo firmitatem la-  
 b. factet? Divino nomine quoties, o  
 quoties projectè abusi estis? quid er-  
 go facilius, quã ut in vos spiritus  
 blasphemię insiliat, & ad præstandum  
 sacrilegæ cuidam maledicentiæ assen-  
 sum inflectat? sed quid necesse est,  
 longitius hoc prosequi? vel unam mihi,  
 nec porro insistam, earum difficul-  
 tatum solvite, quas vobis hæcenus  
 demonstravi: eja respondete, & de-  
 fendite vos, si quis excusationi locus  
 superesse vobis videtur. An fortè fi-  
 duciam vobis in morte faciet virorum  
 religiosorum præsentia? sed quã fron-  
 te intuebimini illos, quorum vel so-  
 lum nomen quondam vobis ludibrio  
 erat, & contemptui? An Cælitum  
 fortè patrocinio confiditis? sed quã fi-  
 duciã ad illos recurreritis, quorum vene-  
 rationem & cultum neglexistis? an  
 spem in Divinæ gratiæ subsidio collo-  
 cabitis, ejus efficaciam aliàs frequen-  
 ter experti estis? sed nunquid videtis,  
 quã fallax hic sit paralogismus, & in-  
 epta deductio? *frequenter alias auxi-  
 lia gratiæ accepimus; ergo rursus ea ac-  
 cipiemus.* Nego, & pernego hanc se-  
 quelam; cujus fallaciam ocyus vobis  
 demonstrabo.

VI. Ullusne vestrum lamentabili  
 Samsonis casui unquam compassus  
 est? neminem fuisse, credo, cum  
 propriã temeritate & culpã, in eos  
 sese calles induerit. Recensebo Hi-  
 storiam, auditu non injucundam:  
 stringebat eum amoris obscœni ulnis  
 Dalila infame scortum, quæ à Philli-  
 stæis subornata, insolitæ fortitudinis  
 causam modumque ab Amasio expis-  
 cari

cari gestiebat : eja , inquit , edic Samson , unde tanta tibi vis , cui domanda nemo par sit ? quo tandem modo vel arte robur tuum enervari ac frangi potest ? Id quidem facile est ,

*Jud. 16. 7.* reponit Samson : *si enim septem nervicis funibus necdum sicis , & adhuc hamentibus ligatus fuero , ero debilis , ut ceteri homines.* Nil aliud consideravit scelerata , sed procuratis per Philistæos septem rudentibus , struxit dolos , tetendit insidias , & Samsoni nervis constricto , inclamavit : *Philistijn super te , Samson !* Excusso Samson sopore nervorum vincula , non secus ac filum cannabis dirupit .

Dalila delusam se videns , civiumque suorum ludibrio expositam , exclamat : *O infidelis , & perfide !* *Ecce illustrasti mihi !* & quâ tandem ratione me à te credam amari , si secreta mentis confidere , & cordis arcana renuas revelare ? respondit igitur Samson : *si novis funibus ligatus fuero .* Stringit illum Dalila , atque iterum ingeminat , *Philistijn super te Samson !* sed ille robustissimos funes , ut aranearum telas dirupit . Instat tertio mulier molestissima , & primo verbis in eum asperis invehitur , mox ad blanditias conversa sciscitatur , quid porro faciendum ? Fatebor candidè , Samson respondet ; si obvolutos clavo crines pavimento affixeris , infirmus ero .

*Jud. 16. 10.* Affigit illum Dalila , & inclamat tertio *Philistijn super te Samson !* Sed ille , concusso modicè capite , clavum cum crinibus , haud aliter , quàm festucam arenæ infixam , avulit . Nescio sanè , Auditores , an ex hoc facto

stupidum magis Samsonem dicam an amantem . Quis enim vestrum post tanta perfidiæ argumenta , tantæ dolos non deprehendisset ? Vix perfidam ! debuerat dicere : sicite fingis , scelerata ? sicine amore pendis ? hæccine fides tua , dum propriis meis armis in perniciem mutabuteris ? Cur non obverbis minuter humeris insidam domum deleruit ? cur non maturè insidias decernavit ? hæret etiamnum stolidè amantem cumque discriminis materiam probe videat , ter à scelestâ muliere inimicorum manibus traditus , ter manifesto vitæ periculo expositus , perdam tamen non deserit , sed gravioribus adhuc sese malis involvit ; alio enim demens fuit , ac mente captus , ut tandem arcanum revelaverit , omnem suam fortitudinem è capillis , ubi hæctenus novaculâ tactis , pendens confessus . Hoc unum perfida expectaverat ; mox igitur Philistæos provocat , insidias iterum adornat , ubi ro Samsoni supra genua compositam lenem soporem conciliat , forfices orripit , capillitium truncat , succussus Samsonem à se abigit , & in manibus inimicorum præcipitat , læto , si unquam , clamore insultans : *Philistijn super te Samson !* Experrectus ille somno insidias ut antè eludere poterat : *egrediar , sicut antè feci ? & excutiam .* Ah , frustra laboras lætue ! jam enim recesserat ab eo Dominus . Ita vinculis constrictus , et fossis luminibus orbibus , in vincula & carcerem raptatur , vitam ibi ignominiosè positurus . Excutate , si lubet .

Auditores, sacras paginas, & exemplum magis accommodum ad explicandam peccatoris stoliditatem non inveniatis. Sinite, ponderemus illud nonnihil: quid tandem, si verum placet eloqui, Samsonem perdidit? amor, dices: minimè profecto! non amor, sed temeritas fuit, quæ futura pericula (previt, quia præterita feliciter vitavit: *egrediar, sicut antè feci, & me excusiam*. Hic certè paralogismus ipsum perdidit, & hic ipse ceteros tandem omnes peccatores perdet, quia nesciunt miseri, quando à DEO deserendi sint? *cùm dominus recedet ab eis*. Proponite vobis juvenem, ob proditoriam æmuli eadem capitis reum: hunc si consolatum eam, ò Pater, inquit, utinam hisce me turbis & angustiis evolvam, quantum in me morum emendationem videbis? valedicam æternum noxiis confortiis, quæ hisce me periculis objecerunt; chartarum folia nec extremo tangam digito; aleas & talos nec oculo dignabor. Evadit, & primò quidem se continet: sensim tamen ad pristinas societates desleclit. Et quid tum? inquit, an non liceat me iisdem conventiculis immiscere? Evasi semel, evadam iterum: *egrediar, sicut antè feci, & me excusiam*. Eia redeamus ad lusum! Senem vobis proponite usuris immersum; cùm graviori morbo tentatur, audite ratiocinantem: ò Pater! si per DEI gratiam veteri liceat valetudine perfrui, aliam pellem induam, & à me ipso plurimum discrepabo: nunquam amplius turpem ex usuris quæstum fa-

ciam; nec viduas opprimam, nec operarios mercede fraudabo. Bene est, valetudo redit, cavet avaritiæ scopulos, sed pedetentim eodem se visco implicat. Tandem, cur cesso, inquit, à prioribus industriis? sic ad incitas redigar: quid impedit, anti- quis me artibus uti? nunquid primò evasi? *Egrediar, sicut antè feci, & me excusiam*. Itane? *egrediar, sicut antè feci? ò fallacem consequentiam? Dominus enim recedet à vobis!* Ab acceptis DEI miserantis auxiliis argumentari ad futura, nec observare, quòd irritatà tandem patientià DEUS vos deserat, se subtrahat, & offensum ostendat, turpissimus est mentis error, qui plurimos in transversum egit. Nolite, Christiani mei, alienum à Divina misericordia arbitrari, si in mortis articulo dæmonum potestati vos tradat, non aliter ac Samsonem Philistæis: an non enim eadem DEI misericordia infinitum Turcarum, Judæorum, Ethnicorum, Schismaticorum & Hæreticorum numerum perire finit? finit enim verò, cur non ergo & vos, qui Christianum quidem nomen profiteremini, sed divinis favoribus tam turpiter abutimini? audite potiùs thesin paradoxam, quam vobis propono: dicitis, vos à DEO in morte juvandos, quia misericors est: ego autem dico, vos in morte deserendos, quia misericors est. Miramini utique hoc effatum; sed finite id vobis perspicuè evolvam; ac subinde perorabo.

VII. Si DEUS misericors est, qualem novimus esse; decetne, illum privatam



vitam solùm vestram an potiùs publicam totius humani generis salutem curare? Certè publicam; quis hoc non videt? quotus autem quisque non pessimo offenderetur exemplo, si vos post vitam contra omnes rationis & honestatis leges impiè actam felici justorum morte defungi videret? an non scandalo id foret animis pusillorum? an non bonis id doleat, an non insolescerent impii? quantum animarum ruinam traheret unius talis animæ salus? Igitur ad DEI misericordiam pertinet, cavere, ne qui malè vivunt, felici sæpe morte moriantur; secus enim totus continuò mundus iniquitate scateret, desererentur certatim claustra, interiret dignitas Cleri, ac ludibrio exponerentur Hilariones; Macarii, Sabæ, Arsenii, aliique, qui tantis sibi sumptibus pararunt, quod à quàm plurimis perfidis ac protervis Christianis tam vili labore ac nullo propè pretio obtinetur. Dixi, *ne felici sæpe morte moriantur*, pauculos enim vitam flagitiosè actam bono nonnunquam sine coronare, haud diffiteor, atque ultrò concedo. Verùm quid inde concluditis? Jonas in mare projectus balenam nactus est, quæ absorptum post tridui spatium vivum ac valentem in littus evomuit: *evomuit in aridam*. Nunquid autem insanus foret, qui hoc exemplo animatus, in periculo naufragii in mare abjici peteret? Josephus ex carceris horrore ad primos Ægypti honores assumptus est; placetne vobis propterea vinculis constringi, ut Illustres evadatis?

Jon. 2.  
12.

Gen. 40.  
6. 41.

Mardocheum æmulatorum calumnia ad supremos Persiæ honores extraxit; nunquid aliorum in te odium concitabis, ut honoratus fias? quod sacris profana admiscere licet, testis Plinius; Phalaræum, pertinaci græna laborantem, cum bona omnia in medicos & pharmaca frustra insumpsisset, cruento seculo cui miscuisset, ut vitam doloribus pro nam hostili ferro finiret; casu autem accidisse, ut sagitta ulcere illapso latenti veneno aperiret, ac purulentam tabem omnem exhauriret. Finge modò, eodem vos morbo laborantem; nunquid tam stolidi eritis, ut solliciti inquiratis, ubinam in civitate rixa inveniat, ubi turbæ & contentiones inoleant, ut & vos illis miscamini? non hæc manifesta foret stultitia, quod enim rarò accidit, pro actionum mensura, & regula servire non debet. Nolite ergo temerè confidere, quam impiorum aliquis ante mortem convertitur & salvus fit; hoc enim nisi grandi miraculo contingit, pluraque DEO, hominibus in via constitutis aliquem semper spei radium suspense, quo à damnatis distinguantur. Quo autem fundamento sortem vobiscum fortunatam arrogatis? An fortè stipulata id vobis manu à DEO promissum, aut cœlitus revelatum est? speratis duntaxat, & spei ansam prebet præsens illa voluntas, quæ in mortis articulo pœnitere statuitis? quod verò hæc voluntas serium DEO placendi studium, & non potiùs DEI contemptum sapiat. Eia, edicite tandem, explicite; quid sibi vult tam

liare & solenne illud dictum vestrum :  
*moriturus panitebo* ? an non hoc juxta  
 genuinum linguæ Idiotismum idem  
 est, ac dicere : Domine DEUS I  
 tunc ab injuriis tibi inferendis absti-  
 nebo, quando nec tempus amplius,  
 nec facultas eas inferendi supererit ;  
 tunc mea consecrabo desideria, quan-  
 do illis indulgere amplius non potero ;  
 tunc de noxis commissis dolebo, cum  
 illas multiplicare porro non valebo.  
 Verbo tunc errores commissos confi-  
 tebor, cum restis collum & chorda  
 gulam constrinxerit : quamdiu verò  
 libertas suppetet, audebo omnia, nec  
 deseram peccata, usque dum illa me  
 deserant. Hoc, hoc est, Auditores,  
 profligatum illud vestrum pœnitendi  
 propositum ! num propitium propter-  
 ea Numen habituros vos creditis ?  
 num præmiis aliquid ob hunc virtu-  
 tis actum speratis, qui rectius summa  
 DEI injuria appellari meretur ? quòd si  
 ita est, victas tandem manus date, fa-  
 temini errorem vestrum, mecumque  
 ad Crucifixi pedes vos prosternite ; ibi  
 enim Divinam vobis misericordiam  
 promitto ; in mortis verò articulo  
 promittere illam non possum.

## P A R S A L T E R A.

VIII. **N**escio, cur tot rationum  
 momentis laboraverim  
 demonstrare, errare ac decipi illos, qui  
 salutis suæ negotium in supremam us-  
 que horam differunt, cum palam sit,  
 respiscere in morte, aliud non esse,  
 quam serò converti. Et quid tan-  
 dem DEUS de hisce miseris pronun-

R. P. Segneri Quadragesimale.

tiat ? *convertentur ad vesperam*, & *Psal. 78.*  
*famem patientur ut canes.* Varia est  
 istius textus explicatio ; placetne au-  
 tem, exquisitam non minùs, quàm  
 solidam illius interpretationem audi-  
 re ? Tu, dicit DEUS peccatori, ca-  
 nis instar me habuisti, & ego te ut  
 canem tractabo ! Non ignoratis, quo  
 modo canes tractentur : mensæ for-  
 san accumbitis ? adest canis, saltitat,  
 strepit, latrat, ut ciborum analecra  
 obtineat : ecquid vos ad hæc ? an me-  
 dullam, & meliorem dapum substan-  
 tiam illi projicitis ? minimè ; sed quod  
 vilissimum est : pulpam vobis servatis ;  
 cani verò ossa, squamas, corticem,  
 & vilissimas mensæ reliquias datis. In  
 hunc serè modum nonnulli DEUM  
 tractant ; ætatem floridam, & me-  
 liores vitæ annos sibi suisque cupidi-  
 tatibus servant ; dum vernat juven-  
 ta, indulgent genio, affectibus litant,  
 & effrænatis vacant desideriis. Quid  
 ergo DEO reliquum est ? quod om-  
 nium est vilissimum, ætatis fæces, se-  
 nium decrepitem, dies vitæ supremi.  
 Ad DEUM volunt anhelare, sed fæ-  
 tente jam anhelitu ; ad cœlum adspi-  
 rant, sed spiritu jam putri, Deoque  
 non aliter ac canis ultimas vitæ reli-  
 quias offerunt. O bene ! reponit  
 DEUS peccatori : habuisti me ut ca-  
 nem, & ego te ut canem tractabo :  
*convertèris ad vesperam*, tristis ali-  
 quando vesper, suprema angustia,  
 agôn fatalis & ultimus ingruet, cum  
 ego te lecto affixum, non aliter ac  
 canem catenâ detentum spectabo ; au-  
 diam latratus, gemitus & clamores  
 tuos ; sed quid inde speras miser ? an  
 ut

ut illi tibi auxiliis succurram, quibus nulla mens quantumvis obstinata solet resistere? auxiliis, inquam, illis penetrantibus, auxiliis efficacissimis: hoc enim verò idem foret, ac pulpam tibi & medullam projicere. Hoc certe necquicquam obtinebis, auxilia dabo, sed ea, quæ ad vitam ægrè trahendam sufficiunt; quibuscum, si velles, posses è noxarum luto resurgere, sed longa flagitiorum consuetudine detentus, non resurges. Hæc, hæc tua erunt; id quod pejus est. Ego tibi canis instar eram, te quoque ut canem tractabo: *convertèris ad vesperam, & famem patieris ut canis.* Peccatores! majori, quæso, reverentiâ DEUM colite; nolite eum canis instar habere, ne horrenda illa in vos sententia fulminetur; *in peccato vestro moriemini* & Eques quidam Illustres (audite eventum horribilem, & expavescite!) Eques, inquam, clarus natalibus, sed moribus obscurus, puellæ cujusdam, quamvis non admodum formosæ, amoribus irretitus, eandem multorum annorum spatio domi suæ ad obscænas delicias aluit, neglectis Virorum Religiosorum admonitionibus, & amicorum consiliis. Ut se ab importunis monitoribus expediret, quoties ei suavisum est, ut scortum abigeret, id unum cum indignatione ingeminavit: *non possum!* quasi verò naturæ necessitas foret, quod erat spontanea libido. Cum ergo infame consortium nollet desere, per mortem tandem ab illo avulsus est: in flore igitur ætatis gravi morbo corripitur, cumque ma-

lum sensum ingravesceret, Vir quidam Religiosus, mihi que familiariter notus ad eum invisit, ut ad supremam illum luctam animaret. Cubiculum ingressus Pater ægrum salutavit, ac pauca prudenter præfatus benevolentiam captavit. Video, equidem, inquit, plus spei, quam timoris adesse, Domine, ætas florida est, virtutum robustus vigor, temperatum optimum. Multi ex eodem modo lovalerunt, sed multi etiam moriuntur; juvat credere, te de prioribus felici sorte futurum: consultum tamen est, ut in omnem fortunam casum te pares. Respondit æger modestè, edic, Pater, ecquid porro mihi faciendum? ecce paratus sum Tibi ad nutum obedire; majorem enim vim morbi experior, quam tu fortè credas, aut placeat mihi aperire; quamvis vitam satis improbam vitarem, morte tamen laudabili cupio perfungi. Mirum in modum hæc ægri responso animatus, & in speciem erectus Pater, nil vehementius exarsit, quam pestilentis consortii ruppulo ulcere, illam ante omnia ex oculis amovere, quam acerbo doloris, & indignationis sensu in moribundi cubiculo oberrantem vidit, quamque æger sub obsequii prætextu semper sibi vicinam esse voluit. Ne tamen infirmum nimia præcipitatione offenderet, dissimulavit tantisper hoc negotium, & per faciliora magisque obvia viam sibi ad magis ardua aperuit. Agedum ergo, subjungit Pater, cum videam te singulari Divinæ Bonitatis favore tam bene animatum, liceat mihi,

mihî, pace tuâ & veniâ, eâ tecum libertate uti, quam & habitus mei sanctitas, & salutis tuæ ardens desiderium requirit: à medicis sanè de te conclamatum est; si ergo rerum tuarum satagere, & rationes animæ tuæ componere placet, pauculæ ad id horæ supersunt. Tantò magis ergo accelerandum, reponit æger: edic, quid factu opus est? An non, subjungit pater, creditor superest, cui satisfaciendum? Erat, inquit, sed omne debitum ritè expunxi. An nihil habes alieni, quod restituendum? Habui, sed restitui. Si clandestini in quempiam odii reliquiæ in animo residerent, an non ejiceres? Ejicio. Veniam offendenti nunquid condonas? condono. Veniam rogas ab eo, quem offendisti? rogo & supplico. An non ergo supremis morientium Sacramentis Christiano more muniri, ac contra dæmonum insultus defendi expetis? Id summe desidero. Sed fili mi, hoc equidem fieri nequit, nisi puellam, quæ domum oberrat, facessere jubeas. Hoc enimverò facere non possum, Pater mi! non possum, Superi boni! quid audio? non potes? & cur non potes fili mi? potes enimverò, & debes, si ulla adhuc tibi salutis æternæ cura est. Edico tibi, Pater mi, non possum! sed nonne vides, pauculas intra horas, velis, nolis deserendam? quàm parùm ergo est, sponte illam modò dimittere, quâ brevè intra tempus invitus carebis? Non possum, Pater mi, non possum! Et cur istud? D E O pro te cruci affixo, idque ut facias, ex-

poscenti hanc gratiam denegabis? Ecce illum pro te saucium, pro te sanguine perfusum, pro te expirantem! an nondum teneritudine commoventur viscera, nondum animus dolore compungitur? non possum, repeto, non possum! sed hâc ratione Sacramenta morientium non obtinebis. Non possum! Cœli jacturam facies: non possum! ad inferos detruderis. Non possum! Heu mihi, an aliam à te vocem exprimere nequeo? ah miser! audi: an non satius est, unâ carere sceminâ, quàm & hanc ipsam perdere, & honorem, & corpus, & animam, & vitam, & æternitatem, & Sanctos cœlites & Matrem Virginem, & Christum, & Paradisum? & insuper Ecclesiæ fulmine percussus atque Excommunicationis anathemate irretitum bestię instar mori, ac mortuum in sterquilinio sepeliri? tum enimverò infelix, tracto profundo, crudoque è corde suspirio, non possum! iterum iterumque repeto, non possum! collectisque omnibus, quæ supererant, virtutum reliquiis procacem illam puellam improvise amplexu stringit, voceque sonorâ ac micantibus obscæno amore oculis, in hac verba prorupit, quibus nec demere quidquam velim, nec addere: hæc, inquit, erat gloria mea, dum vixi, erit & mea gloria, dum morior; quin erit gloria mea æterna! moxque inter ejus amplexus miserabilem spiritum exhalavit. En Christiani, quo tandem perveniant peccatores, ut aliud non ingeminent, quàm illud unum non possum, non possum. Et

Et cur obsecro, si serio vellent, non peræque possent, cum gratia sufficiens nulli unquam denegetur. Sed hoc ipsum est, quod vobis inculco: homini flagitiis assueto, & diuturno vitiorum habitu laboranti, longè alià gratià opus est, quàm sufficiente; illà nimirum gratià, quam D. Augustinus triumphatricem indigitat, quæ omnem perfidiam superat, omnem domat proterviam, omnem pertinaciam elidit, verbo, opus est gratià efficaci. Hæc verò nemini, aut communis providentiæ lege, aut Redemptionis beneficio à DEO debetur; nunquid autem illis meritò eam subtrahit, qui toties oblatam negligunt? *dixerunt DEO, recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* Agedum? adhortamini, si lubet, nonnullos ad frugem meliorem: quid creditis responsuros? Id unicum solenne: *non possum, non possum!* Si enim fæminam hanc, quam domi alo, è laribus meis abigam, vulgi in me sermones concitabo. Eja, quod rapuisti, domino suo reddere: *non possum!* si enim alienum reddendum foret, ad incitas rediretur familia mea. Honorem, quem detraxisti, restitue: *non possum!* si enim id fecero, jacturam famæ, & nominis mei patiar. Veniam, pro DEUM! inimico da: *non possum!* quomodo enim tam recenti injuriæ irritatus, adversarii conspectum sustinebo? Usque adeo hoc quasi scoto perpetuò se protegunt, *non possum!* Ah delusores! ah delusores! faxint superi, ne aliquando serio dicant, quod in præsentiarum velut iniquitatis scutum præterdunt: *Isaiah peccati pana justissima,* ait D. Augustinus, *ut qui rectè facere, cum possit, non nit, amittat posse, cum velit.*

O Christiani, dum tempus suppedit, vobis ipsis consulite, & dum vacat, Divinis gratis opportunè respondeat. *Repleti sumus manè misericordià tuâ.* Nolite, quæso, nolite in serum usque vespertum eandem differre; quæ enim convertuntur ad vespertum, semper patientur ut canes, & cum sero venientibus, soluto jam prandio, remotisque tabulis, ossa cum canibus rodere cogentur.

## SERMO DUODECIMUS

DIE MARTIS POST SECUNDAM DOMINICAM.

*Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.*

Matth. 23.

I. **S** nullus umquam mortalium invidiam meritus est, fuit is celebris ille Gyges, tam prodigioso ac magico annulo instructus, ut presentium oculis ad libitum sese subducere, ac quodvis facinus absque ullo rubore, aut formidine impune potuerit perpetrare. Invidenda, inquam, fuit hominis istius conditio; si enim omnium impiorum proprium est, tenebras & latibula quaerere; quid non facerent, aut darent, si portatilem, ut ita loquar, noctem, & arbitrarias tenebras in digitis possent circumferre?

*Re.* Ego omnino persuasum habeo, Eos non solum exemplo Gygis, qui, ut refert Plato, hac arte Reginam quandam ad stuprum induxit, maritum Regem improvisò trucidavit, atque è vili pastore se Regem Lydiæ fecit, alios, inquam, omni Gyge sceleratioribus nullius castimoniam intactam, nullum thesaurum illibatam, nullum inimicorum inultum relicturos, sed desiderii & effœnatis affectibus suis liberas habenas laxaturos, mundumque totum impudicitii, homicidii, & effuso sanguine sædaturus. Ut tamen meam vobis mentem candidè aperiam, Auditores, crediderim ego, si similis hodie annulus publico in foro venum exponeretur, paucos Christianorum eum sibi, vilissimo licèt pretio, comparaturos. An ideo fortè, quòd palàm peccare non erubescant? aut quòd probè sciant, peccantem Divinis oculis non posse abscondi? utinam, utinam unica hæc eorum ratio foret! vera tamen

causa (ignoscite, quæso, quòd tantam rursus dicendi libertatem mihi arrogem) vera inquam causa est, quòd hac ætate Christiani non vereantur, aut erubescant, fronte apertà, ac die plenà patrare scelus; tantumque abest, ut occulta velint esse sua flagitia, ut potius de iis glorientur in circulis, recenseant in conventiculis, ad fidium & citharæ sonum decantent, in publicis theatris prostituunt, & ut Apostolus loquitur, honori sibi ducant, quod summo deberet esse dedecori; & gloria in confusione eorum. Sed quorsum me importuno Zelo abripi patior, immemor Evangelii, quod præ manibus est? Veniam mihi date Auditores: reprehendit hodie Christus Phariseos, quòd, cum virtutem non nunquam colerent, popularis auræ gloriolam captarent, cuperentque videri, agnosci, & ab hominibus laudari, neque noscent virtutem modestè celare, aut illam, ut mare gemmas, aut terra aurum abscondere: *Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.* Sed ego sanè eorum hoc vitium parvi facio; nostra hæc ætas Phariseos amplius non habet, & si haberet, pace Christi id dixerò, excusatione & veniâ illos haud indignos judicarem, quin plurimis eos hominibus imitandos proponerem. Sublimiorem longè flagitii gradum ætas nostra attingit; si enim tanta olim hominum superbia fuit, ut vitia tegerent, & virtutem palàm ostentarent, contrario hodie more virtutem tegunt, & vitia palàm ostentant. *Iam se Christiani in flagitiis suis jactant,* ait Ambrosius, & *ibi putant*

*Ad Philip. 3. 19.*

tant infigne esse virtutis, ubi lapsus est criminis. Permittite ergo, ut in hocce orationis meae tela convertam, affligor enim & crucior, tantum hodie à peccatoribus obtineri non posse, ut saltem modestè peccent. Sinite itaque, ut in eos asperius invehar. O errorem! ô excessum! ô enormitatem! quis credat, tantos reperiri, qui palam caelum jactitent, libere profiteantur, & ideo solam turpissima facinora designent: ut videantur ab hominibus, atque omnibus constet, se moribus dissolutos esse ac discolos, nulla-que amplius scelerum verecundiam retineri? Vos interim, quos virtutis ac honestatis amantes esse novi, tam efron-tem impudentiam unà mecum detestamini.

II. Neque tamen prius loqui incipiam, quam Regius Psaltes linguam mihi solvat: meoque loco exclamet: *Ps. 51. 3. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* paucissimis omnino verbis grande aliquid innuere videtur Propheta; quæ enim, si rem justâ lance librare placet, major dementia est, quam gloriam quærere ex impietate? si quis omnium hominum conditiones, status, negotia artesque consideret, neminem usquam inveneritis, qui errasse videri velit: Herodes Atheniensis, Oratorum ætatis suæ famosissimus, cum in conspectu Marci Antonii Imperatoris verba faceret, memoriâ deficiente, vacillavit primò, tum obmutuit, cumque abscissum dictionis filum prosequi porro haud posset, rostro cedere coactus est. An id sibi gloriæ duxisse existimatis? quin

tanta erat miseri confusio, ut gravi correptus ægritudine, omnem cibum nauicaret, omnisque solatii incapax ad mortis usque confinia deductus sit. An gloriatum fuisse Labienum putatis, cum editos à se libros solenni Magistratus decreto ad rogam damnari vidit? quin pudoris & ignominie lo-patiens, vivum se tumulo includit. An fortè jactavit se Sophocles, cum turpitudinem in scenam daret, populum probatam, & consueto plaulo stitutam? quis præ verecundia gulum sibi ipsi incidit. Quid invictum ilium Emiliii Scauri filium fecisse creditis? an fortè gloriatus est, se in prælii conflictu, concredito sibi loco cessante, quin indignum se paternis oculis professus, pugionem in præcordia abigit, turpique fugâ se mundo subdit & vitæ. Sola vitæ licentia, & intrinsecus peccandi libido gloriæ ducitur, censetur esse jactantiæ materia. Alterius quis commisit, cujus tantam summam industria texuit: quantus, si peri, inde Jubilus? viudictam alius tentatam tandem consecutus est: quanta inde ostentatio? Aulicus quidam famam innocentiæ, qui fortè in minimis obstitit, calumniis oppressus, quanta inde inter amicos læticia? Noster ille injustitiæ dolosis machinis loculos viduæ emunxit, quanta nocenter suos jactantia? Et hocce cum Davide repetam, gloria vestra quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? An non fidem Orthodoxam & catholicam profitemini? ergo gloriæ vertitis, quod professi tam sanctæ omnino contrarium est.

O vos miseros! qualemne de vobis iudicium feram? nisi ut dicam, morbos & vulnera vestra esse lethalia, nec admittere ullum remedium, foreque prodigio simile, si mortem aeternam evadatis.

III. Minimè me latet, non esse periti & circumspecti medici, de infirmo, esto quòd gravis periculi indicia se prodant, desperare: *Dum in hoc corpore vivitur, nullius est desperanda reparatio, sed omnium est optanda correctio*: Ita me Sanctus Ecclesiae Praesul Leo Papa docet: si tamen de ullius salute desperandum, nunquid meritissimò de iis, qui majori audacià, ac temeritate peccant? quisquis enim omnem ita verendum posuit, ut peccare palàm non pudeat, longo se scelerum usu altissimas vitii radices egisse ostendit; nemo enim, cum scelus primò audet, omnem illico frontem exuit, sed cum circumspicione ac pudore peccat, nec dissimulare omnino potest culpæ horrorem, quem natura nos docet; unde consentit quidem sceleri, sed cum formidine; flagitium patrat, sed animo reluctante, atque ideo hominum frequentiam fugit, umbras quærit & latebras, ipsos parietes expavelcit, & quamvis, ut bene observavit Seneca, utile ipsis & gratum accidat flagitium, peccatum tamen abscondunt & tegunt: *Omnes, inquit, peccata dissimulant, & quamvis feliciter cesserint, fructu illorum utuntur, ipsa subducunt*. Neque id tunc solum accidit, cum ex notitia culpæ supplicium formidamus; quamdiu enim in flagitiis tyrones sumus gratum nobis accidit, scelus nesciri, etsi de sce-

letis impunitate certi sumus, atque in id unum incumbimus, ut occultum maneat, summèque erubescimus, si reveletur; quod certè alteri, quàm horrore à Natura nobis infuso ac congenito tribui non potest.

IV. Et quale unquam delictum magis impunè patratum est, quàm quod Cainus admisit? Nondum ullum tribunal hominum causis cognoscendis apertum stabat, nullus tunc accusator, non iudex, non carnifex timeri poterat, imò nec supplicii nomen constabat. Et quem tandem timere poterat Cainus? unica tunc in mundo familia erat, ut credit Ambrosius, quæ si, Abele occiso, etiam Cainum in poenam interemisset, omnibus orbata liberis remansisset: Quod si in plures familias divisos tunc fuisse homines censemus, ut probata magis fert opinio, quis non honorem & reverentiam Caino detulisset? erat enim primogenitus omnium, juvenis ætate floridâ, robustus viribus, animo audax; & tamen cum homicidium machinaretur, quas non cautelas adhibuit, quàm circumspicere omnia disposuit? quin certò mihi persuadeo, Cainum, cum primum necandi fratris consilium suscepit, ad novi sceleris horrorem contremuisse: *concidit vultus ejus*, ut loquitur S. Scriptura, quasi compendio dicerent sacra oracula, Cainum expalluisse, mutasse vultus colorem, contraxisse frontem, instabiles oculos turbasse, & profundam animi mæsticiam præ se tulisse, noctes duxisse insomnes, diesque inquietos: cum verò atrox propositum executioni



Gen. 4.  
8.

ni dandum erat, quantum non caute-  
læ adhibuit? ad amicam deambula-  
tionem invitavit germanum, blandum  
ac comem se finxit, scelusque aptissimè  
dissimulavit: *Egrediamur foras!* à pa-  
ternis lacibus, quantum potuit, recel-  
sit, locum solitarium in deserto campo  
selegit, ibique assultu traditorio in-  
fratrem assurgens, eundem obrunca-  
vit: *Cumque essent in agro, consurrexit  
Cain adversus fratrem suum, & inter-  
fecit eum.* Ad quid obsecro tanta so-  
litude, ac diligentia? an non ubique  
fratrem in sua habuit potestate, major  
longè illo ac fortior? Abel omni suspi-  
cione offensæ carens, improvidus erat  
& imparatus, Cain verò tacito livore  
atque odio occupatus, promptus sem-  
per erat, & ad audendum projectus,  
tantas tamen cautelas adhibuit, quan-  
tæ vix hodie dum adhibentur à male-  
ficis, et si Magistratûs imperio tot reis  
struantur insidiæ, discurrant explora-  
tores, formentur processus, & pœnæ  
struantur. Quis ergo non videt, ex-  
pressam in Caino horroris illius imagi-  
nem, quem imprimit peccatum, dum  
incipit humano animo dominari; non  
enim apertè comparere tunc audet,  
sed larvâ se tegit, & honestatis spe-  
ciem mentitur: furor mansuetudinis  
formam induit, & livor humanitatis;  
sub amoris exuviis odium delitescit;  
fugit, dum nemo insequitur, abscon-  
dit se, ubi nullus est arbiter; palpitat  
timore, quando abest omnis supplicii  
metus. Nôstisne autem, Auditores,  
quâ pœnâ DEUS in Cainum animad-  
verterit? Certè vivum, ut quondam  
Nadabo accidit, terra non absorpsit,

nec vindex illum flamma consumpsit,  
nec fulmine perit: quid ergo? solus  
cum timore, quem peccando conce-  
pit, Deus multavit, ut hoc velut doctus  
istico tortore peccati pœnas daret: *Pro-  
his omnibus,* ait Chrysoſtomus, *solus  
timore cruciatur.* Solus ille pavor im-  
plicium erat Caini, cum cœpit pecca-  
re, cum necdum habuit conscientiam  
peccandi usu induratam, & necdum  
longâ viciorum assuetudine occalluit,  
incredibile enim est, quantis tunc furis  
animus torqueatur, quantis inquietu-  
dinis fluctibus ageretur, quanto pudore  
suffundatur, quantis suspitionibus de-  
laceretur: *Omnis qui invenerit me, no-  
det me,* dicebat identidem anxius &  
infelix Cainus, *omnis, omnis;* qui  
verò omnes patrati sceleris conscii  
sunt, & feræ ipsæ in delicti vindictam  
adversus ipsum insurgent. *Talis est  
peccantium consuetudo,* concludit Chry-  
soſtomus, *cuncta suspecta habent, omnes  
umbras tremunt, omnem strepitum  
ment, quemque putant contra se venire.*  
Dicite jam, Auditores, si tanto horro-  
re concutitur animus ad primum delicti  
remorsum, ut vel in Caino motus tan-  
insolitos concitaverit, cujus tamen  
mens saxea, & cor tigridis erat; quid  
illis sentiendum, qui, gravissimum  
cœt scelerum rei, nil porro simile ex-  
periuntur? *Abominationem fecerunt,  
ut DEUS per Jeremiam loquitur, &  
confusione non sunt confusi.* Quid, in-  
quam, de illis sentiendum, qui  
conscientiam delicti minime turbantur,  
sed triumphant; non quærunt la-  
tebras & solitudinem, sed hominum  
frequentiam, non jam dissimulant

malitiam, sed impudenter ostentant & jaçant? Verbo, qui latantur cum malè fecerint, & in audaciæ majoris testimonium exultant in rebus pessimis? An non id manifesto indicio est, eos jam rupisse omnia honestatis repagula, ingentiam homini verecundiam exuisse, posuisse omnem formidinem, extinxisse remorsum, & ad omnem mali sensum obriguisse? quamdiu enim hi salutare motus mentem occupant, eam velut fræno retinent, ne in præceps ruat, & equi instar indomiti per vitiorum avia & invia currat; molestus ille vermis, qui animum corrodit, non finit esse lætos, estque incredibile dictu, quantum mæstitiæ & felis in pectus diffundat: frustra sunt omnia remedia, nequidquam latentis vis mali dissimulatur; emicat è vultu, illumque immutat, affligit, dejicit. Cum verò nulla amplius in peccatore tristitiæ aut verecundiæ indicia, sed imperturbata potius animi quies & lætitia deprehenditur, tum enim verò audacter dicite ac credite, illum mali summam attigisse: *Impius, cum in profundam venerit peccatorum, contemnit.*

V. Advertendum hic est, nullam à Spiritu Sancto contemptus speciem exprimi, sed simpliciter dici: *contemnit*; qui enim insitum homini pudorem aliquando exuit, nullum porro frænum patitur, quod non excutiat: suggerite opportuna consilia, *contemnit*; severis iniquitate minis, *contemnit* illatam DEO exaggerate injuriam, *contemnit*; hiantes inferni fauces monstrare, *contemnit*; verbo, contemnit omnia, omnia, animadversiones, preces, præmia,

supplicia, homines, DEUM ipsum, nec horret dicere *quis noster Dominus est?* Vestrum est modò decernere, quæ homini usque adeo miserando & conclamato salutis spes reliqua esse possit? quomodo enim contractum mali habitum corrigent? quomodo ex tam profundo lethargo expergescent? quomodo resipiscent in tanta conscientiæ cruditate? certè nulla moralis verifimilitudo esse potest, eos aliquando salvandos, de quorum conversione & seriâ poenitentia desperari meritò potest. Emendari quandoque illos, qui timidè peccant, & aliquo pudoris sensu tanguntur, id equidem tam difficile non est si Divo Gregorio fides est: *Quia dum mens erubescit videri, quod tamen esse non metuit, erubescit quandoque esse, quod fugit videri; quis autem erubescet esse flagitiosus, quem non pudet palàm videri talem? Ultimus, quem impius exuit, animi affectus est, nolle probum videri. Avari tenacitatem suam parsimoniæ velo contegunt, Judæ instar, qui tantas querelas ac murmur, ob unguentum Christi honoribus à Magdalena effusum suscitavit, quasi verò id cederet in pauperum detrimentum; ignavus & vecors vult cautus videri & circumspectus; arrogans animi sui fastum magnanimitatis schemate convescit; crudelis truculentiam suam justitiæ larvâ cooperit; parem reliqua etiam vitia fucum sibi aliisque faciunt. An ulla unquam fœmina sceleratior erat perfidâ Jezabele? tantum tamen animi illi non erat, ut pauperis civis sanguine seipsam contaminaret, ac vineam illi*

*Pastoral. p. 32. Admon. 32.*

R. P. Segneri Quadragesima le.

V

vio

violenter eriperet, sed obtento religionis velo rapinam celavit: Finxit, se cogi ad supplicium de Naboto blasphemiae reo sumendum; indixit eo sine jejuniis publicum, coegit Senatum, tantum aberat, ut scelestam mulierem malitiam palam proderet, aut jactaret; Ammon obscenos tororis amores naturalis infirmitatis praetextu studiosè dissimulavit; Amman furori suo boni publici speciem fecit. Si ergo eò pertingit peccator, ut liberè & protervè peccet, abjecta larva scelus suum palam ostendet, triumphet, & *Exultet in rebus pessimis*, tunc enim verò necesse est, ut vel peccatum grande malum esse non reputet, vel peccati infamiam velut grande supplicium non aestimet. Quod si eò redigatur homo, quæ oblecto melioris frugis de eo spes affulget? imò timendum potius pares cum Lucifero poenas daturum: si enim Luciferi peccatum subtiliter expendo, quid tandem fecit, nisi quòd vanissimè gloriatus sit; & quæ, obsecro, de causa? de pulchritudine & splendore suo? *Elevatum est cor tuum in splendore tuo?* vanè sibi complacuit in intellectu perspicacia, scientiæ profunditate, & magnitudine dignitatis; gloriatus est, omnem lapidem pretiosum esse ornamentum suum; gloriatus est, se pulcherrimum Majestatis Divinæ Ectiphon & imaginem esse; gloriatus est, se ad Divinæ magnitudinis gloriam quàm proximè accedere, adeo ut DEUM inter & Luciferum alia creaturarum nulla intercederet? Hic certè fastus excusationem forsitan meretur, juxta illud Isaia: *Sapientia*

*tua, & scientia tua, hac decipit te* quod autem infelicissimi peccatores gloriantur, se esse coopertos iniquitate, & infamiâ plenos; quòd jactantur, se esse DEO abominabili quòd gloriose ostentent animam immundam, cor spurcum, corpus sceleratum, vitamque bestialem, quam, quòso, excusationem merentur? an torabit DEUS sua scelera jactantes, qui non toleravit Luciferum, de extima naturæ donis vanè gloriantem? Si tu atrox poenas dedit Gigas Philistinus qui robur virium suarum superbè jactavit; Absalon, qui concinnam arietem, & capilli elegantiam pavonis star ostentavit; Sennacherib, qui militum numero, & potentia intumuit Aman, quem dignitas gradus infert Antiochus, quem triumphus & victoria elevârunt; Herodes, qui Eloquentiâ suâ evanuit; Nabuchodonosor, difficiorum mole fastuosus; Ezechias vanâ thesaurorum suorum gloriatus; quodque magis mirandum est Pharisæus ipse, sibi in abstinentiâ complacens, & ob datas fideliter vicimas, sparsasque liberaliter Eleemosynas gloriosus; quid, DEUM laudabilem I de vobis statuatur, quod gloriæ vobis ducitis, quid quæso? ob scenitates vestras, dolos & fraudes mendacia & perjuriam, prodigalitates & luxum, ceteraque vitia, quæ, cum studiosè occultanda forent, ut opprobria, vos velut res bene gestas, & opera magnifica jactatis? Quid? vultis DEUS vos patienter toleret, qui, sicut Juditha dixit, etiam *In virtute sua gloriantes humiliat?* Num petitis, ut p

*Ezech. 18. 17.* *in splendore tuo?* vanè sibi complacuit in intellectu perspicacia, scientiæ profunditate, & magnitudine dignitatis; gloriatus est, omnem lapidem pretiosum esse ornamentum suum; gloriatus est, se pulcherrimum Majestatis Divinæ Ectiphon & imaginem esse; gloriatus est, se ad Divinæ magnitudinis gloriam quàm proximè accedere, adeo ut DEUM inter & Luciferum alia creaturarum nulla intercederet? Hic certè fastus excusationem forsitan meretur, juxta illud Isaia: *Sapientia*

*Isa. 47. 10.*

vienter vos exspectet, & venia imper-  
tatur? Enimvero non erit hoc, Chri-  
stiani, non erit! Hæc enim nimis ef-  
frons est impudentia, quæ iram DEI  
implacabilem accendit.

VI. Et quis vestrum hanc DEI in-  
elementiam non approbet? si quis  
clam nos offendit, indignamur qui-  
dem, sed facilius tandem est veniæ lo-  
cus, cum lateat offensa, nec in homi-  
num notitiam devenit; cum autem,  
qui nos offendit, id publicè propalat,  
& injuriam nobis illatam sibi gloriæ  
ducit, Superi! quæ irâ excandescimus?  
nullus est aut precibus, aut satisfactio-  
ni, aut excusationi locus; sola vindic-  
ta expungendæ huic maculæ par est.  
Eadem est Divinæ offensæ ratio: qui  
Eum, tentationis vehementiâ victus,  
clam offendit, non sine timore, & ali-  
quâ præsentis Numinis reverentiâ,  
tam gravem DEI contemptum non  
prodit, neque DEUM tantopere irri-  
tat: quantus autem, obsecro, despe-  
ctus est, palam ostentare, se DEUM  
offendisse? An non hoc est, apertè  
profiteri, se legem Divinam flocci fa-  
cere, DEI imperia ridere, minas ex-  
sibilare, nullo honoris Divini studio  
tangi, ejus amicitiam nihili facere, hu-  
jusque contemptus tot adhibere testes,  
quot peccati sui conscios facit? quis  
ergo miretur, Deum tam graves ab  
iis pœnas expetere, & quidem, ut D.  
Chrysostomus docet, longè gravio-  
res, quàm infligere solet illis, qui,  
etsi longè gravius, occultius tamen &  
verecundiùs peccant: *Etiamsi graviter  
quis peccavit & clam, minorem tamen  
penam dabit, quàm qui leviter peccavit,*

*idque impudenter.* Demonstravit id  
DEUS in persona amici in paucis sibi  
charissimi; Moysen intelligo: pluri-  
mas ille & gravissimas exantlavit mo-  
lestias, dum populum Hebræum in  
Palæstinam deduxit; agendum illi fuit  
cum Rege contumacissimo, decertan-  
dum cum impiissimis magis, totius  
aulæ odium & calumniæ devorandæ,  
usque dum migrandi ex Ægypto ve-  
niam extorqueret, Quæ non incom-  
moda per horridam solitudinem pluri-  
morum annorum spatium sustinuit, dum  
suo commissam imperio innumerabi-  
lem, virorum æquè ac mulierum, se-  
num, juvenum, & infantium copiam,  
populum moribus & indole diversissi-  
mum, duræ cervicis, ingenii indoci-  
lis, & contumacis, in terram lacte &  
melle manantem comitatus est? lace-  
ratus est murmurationibus, exaspera-  
tus contentionibus, lamentis & quere-  
lis fatigatus, infamatus calumniis, la-  
pidum grandini sæpe expositus, adeo  
ut Deus ipse non rarè prodigiosam il-  
lius defensionem suscipere & rebelles  
compescere coactus sit, dum eos mo-  
dò flammis & incendiis, modò pestili-  
tate & terræ motibus coerceret. Ad  
hæc hostiles undique copiæ irruebant,  
atque occupatissimo Moysi nullam  
omnino quietis aut otii partem indul-  
gebant: Ipsi soli incumbere aciem in-  
struere, auscultare suorum querelas, dif-  
fensiones componere, leges ac jura dare,  
milleque alias ærumnas perferre; ideo  
duntaxat, ut commissio sibi munere fun-  
geretur, ac dilectum DEO populum in  
terram promissam inferret. His tamen  
omnibus difficultatibus generosè ex-  
hau-

haustis, cum iam in Electæ telluris  
limine staret, noluit DEUS, id vel solä-  
titi, vel gloriæ misero seni indulgere, ut  
solo tot votis optato potiretur. Heu  
quã mæstitiã, si humano rem sensu æ-  
stimare volumus, Moysis animum oc-  
cupari necesse fuit, cum mortem sibi  
tunc denuntiari audivit: *Videbis eam, &  
non transibis ad illam!* Ille sudores spar-  
sit, alius fructum collegit; ille exhaustus  
incommoda, alter honores tulit. Et quã  
tandem de causa tam severè & incle-  
menter Deus Moysen habuit? an non  
fuit moribus compositissimis, indolis  
mansuetissimæ, & zelantissimus legis?  
erat enim verò; sed cum aliquando ver-  
ba quædam minùs considerata ei exci-  
dissent, adeò Divinam in sese iram ex-  
citavit, ut veniæ locum non invenerit.  
Audite factum: languebat siti populus  
in deserto, & Moysi magno strepitu  
circumfusis non sine minis potum ex-  
postulavit; tanta populi contumacia  
fastidium illi & bilem movit, ut prodi-  
giosã virgã in cœlum levatã diceret,  
ecquid prætenditis protervi? *num de  
petra hac vobis aquam poterimus ejice-  
re?* Mox tamen facti pœnitens, ut in-  
credulitatem suam damnaret, datique  
scandali occasionem auferret, rupem  
baculo percussit, & copiosum limpi-  
dissimæ aquæ rivum elicuit. Verùm  
DEUS, hac satisfactione minimè pla-  
catus, feralem illico nuntium Moysi  
tulit, cum morte luiturum fidei de-  
fectum, neque illud honoris habitum  
Divinorum promissorum execu-  
tionem videret, qui in iis credendis  
tam turpiter vacillasset. iusta sanè ani-  
madversio, quam iterato incredulitatis

suæ exemplo promeritus est? aliquo-  
do tantæ multitudini necessarius com-  
meatus defecit, cumque DEUS imple-  
re spem illum erigeret, ausus est incre-  
tus senex in hæc verba erumpere: *So-  
centa millia peditem sunt, & tu dabo  
eis esum carnum mense integri  
nūquid ovium, & boum multitudine  
detur, ut possit sufficere ad cibum, &  
omnes pisces maris in unum congrega-  
buntur?* DEUS tamen amicã tunc  
lùm objurgatione hanc linguæ pro-  
lantiam castigavit: *Nūquid manus  
Domini invalida est? jam nunc vide-  
bitis, utrum meus sermo opere compli-  
tur.* Adhæc quoties non Moyses  
DEO pertinacem exhibuit? quot non  
imperitiis cogi debuit, ut Legati ad Ph-  
raonem munus acceptaret, & De-  
populi esse vellet? quibus non opor-  
tis officium istud deprecatus est? qui  
importunis DEUM precibus fatigavit?  
vit? mortem etiam sibi imprecatus?  
tantæ curarum moli se subduceret.  
*Obsecro ut interficias me, ne tamen  
afficiar malis!* & tamen patiens  
DEUS tulit hanc contumaciam, &  
que irritari se passus est hac diffiden-  
tiã, sed animos potiùs Moysi adhibuit  
deque auxilio suo securum reddidit.  
postea tamen unicus linguæ lubricus  
lapsus, cum de aqua è silice elicenda  
ageretur, implacabilem DEUM re-  
didit, & acerbissimam pœnam tulit.  
Et cur id, obsecro? nolim ego metæ  
interpretationem audiat? sed Divum  
Joannem Chrysostrum percipite:  
*nihil aliud potuit Moysen propositis pro-  
missis privare, quam solum illud, quod  
apud aquam contigit, quod natura quæ-*

dem minus aliis erat, sed multo majus  
 judicatum; & quâ tandem de causa  
 illa enim privatim & occulto accide-  
 bant, hoc autem manifestè, & apud  
 omnem populum contigebat. An quid-  
 quam in rem nostram apertius dici po-  
 test? peccatum scilicet ad rupem com-  
 missum, quamvis in se levius, publi-  
 cum tamen erat; reliqui incredulita-  
 tis errores graviore quidem erant, sed  
 occulti, neque ad communem alio-  
 rum notitiam emanarunt; hic autem  
 toti populo innotuit, & licet hoc de-  
 lictum amare desleret, neque de eo  
 gloriari auditus sit, quia tamen publi-  
 cè deliquit, impunè non tulit. O  
 Auditores mei! cum domesticos in-  
 tra parietes, clausis valvis & in tene-  
 bris delinquimus, malè enim verò;  
 imò pessimè agimus, quia Divinis  
 oculis omnia patent: non sunt tenebra,  
 ut Jobus testatur, ut abscondantur ibi,  
 qui operantur iniquitatem, major ta-  
 men spes veniæ nobis affulget; ubi  
 autem scelus est publicum, timeamus  
 judicium sine misericordia, & gravis-  
 simam castigationem; peccatum suum  
 3.9. predicaverunt, ait Isaias, non abscon-  
 derunt, va anima eorum, va anima  
 eorum: & cur isthoc è quoniam red-  
 dita sunt eis mala. Sed cur Prophe-  
 ta dicit, quoniam reddita sunt eis  
 mala! qui enim minus alteri inten-  
 tat, mala futura annuntiat: dicen-  
 dum ergo esset, va! quia reddentur eis  
 mala. Verissimè id quidem Audi-  
 tores! sed supplicium, quod scanda-  
 losis imminet, usque adeo certum ac  
 indubitatum est, ut de eo haud aliter  
 loqui liceat, quam si jam esset execu-  
 tionis mandatum.

VII. Et quænam tandem peccata  
 sunt, si verum eloqui placet, quo  
 Christi nomen apud inimicos fidei &  
 Religionis infamant? an occulta?  
 minimè profectò, sed publica, Audi-  
 tores, publica! si innotescat genti-  
 bus, pudicitiam Christianorum pal-  
 lam & ubique velut in foro vena-  
 lem; si intelligant, nullum propè  
 apud nos angulum esse, ubi non Tha-  
 maris aliqua sedeat, si videant, in  
 scenis ac theatris patentibus artem  
 obscenam amandi doceri; si in pu-  
 blicis atriiis, & aulis pendeant picturæ,  
 lascivissimæ Veneris fomites, & libi-  
 dinis incitamenta; si in publicis con-  
 venticulis spargantur joci illiberales  
 & facetiæ turpes; si in publicis tem-  
 plorum Basilicis lusus & sales, aspe-  
 ctus lascivus, risus & cachinni exercean-  
 tur; si ibi velut in ganeis & popinis  
 summâ libertate garratur; si publi-  
 cis ac iniquissimis usuris sit locus,  
 idque absque rubore, imò cum laude  
 prudentiæ, & dexteritatis enco-  
 mio; si inimicitia capitales & Vati-  
 nianæ publicè foveantur, idque ge-  
 nerosum ac strenuum credatur, si  
 contumacia contra Præsules, & Su-  
 periores palam dominetur; si lace-  
 retur honor & fama religiosorum; si  
 dignitas Ecclesiastica despiciatur, si  
 Sacrosanctum DEI nomen, dico id  
 horrentibus pilis, si Sacrosanctum  
 DEI Nomen palam blasphemetur in  
 plateis, in officinis, in domibus, in  
 tabernis, in conventiculis, quasi no-  
 men infimi, & vilissimi nebulonis;  
 absque eo, ut nullus mortalium inde,  
 ut deest, commoveatur. Hæc, hæc,  
 V 3 in

inquam, sunt flagitia, quæ Christi nomen, apud Religionis nostræ æmulos, & inimicos exosum reddunt: blasphemare faciunt nomen ejus in gentibus; quamdiu enim vident, inter Christianos peccata modestè abscondi, tamdiu convicti fatentur, suum apud nos virtuti pretium esse, quia nemo abscondit, de quo gloriatur; quodsi verò resciant, scelus ibi apertè dominari, illud cum jactantia approbari, eidem applaudi; quid vultis dicant, & sentiant? existimabunt nimirum, de peccatam & ingloriam inter nos esse pietatem, nec solùm pudori esse, amicum Christi nominari, sed gloriæ & honori duci, ejusdem se inimicum profiteri.

VIII. Et tamen, DEUM Immortalem! ô quoties illa ipsa peccata, quæ occultè patrantur, nostra publicatione fiunt manifesta? nec satis est, lascivias nostras in tenebris nasci, sed à nobismetipsis in lucem protrahuntur, quamvis intra privatos parietes clausis januis, remotis arbitris, & mediis in tenebris fiant, id nobis satis non est Auditores, sed illas in conventibus buccinamus, recensemus in circulis, ad sonitum citharæ decantamus, utque omne peccatum sit patens & apertum, etiam secreta publicamus. An parum hoc vobis detrimenti videtur? aut bene sperari posse de eo creditis, cujus culpâ Religionis honor & autoritas tanto ludibrio, Christi que cultus tanto dedecori exponitur? *va anima eorum, quoniam reddita sunt eis mala!* Hæc

enimverò tales noxæ sunt, quæ viciam sperare non possunt: nunquid *carnes sanctæ*, clamat DEUS ore Jeremix, *nunquid carnes sanctæ auferuntur à te malitias tuas, in quibus gloriatam es* quasi diceret: frustra sunt victimæ, nec sufficiunt holocausta ad me placandum: auferre quidem illa potuissent iniquitates tuas, meamque iram mitigare, si cum pudore, dolore & lachrymis ea fuisses detestata, sed qui frontem meretricis induisti, & de injuriis meis *gloriatam es*, nullum penitus superest remedium, ô infelix civitas! sed certo lues excidio: ecce Chalibon equis sublimes jam advolant, ut debentam exequantur vindictam; nihil tibi oblationes tuas, & abominor holocausta, stragem tuam & ruinas considero. *Nunquid carnes sanctæ auferuntur à te malitias tuas, in quibus gloriatam es* Hæc quondam DEUS minatus est Hierosolymæ; faxint superi, ne idem nostris quoque civitatibus dicatur: dum tempus ergo, & hora suppetit, meliori quo licet modo, DEO placando studeamus, cumque manus operi quam primùm admovenda sit, ad Eleemosynis auspicietur.

## P A R S A L T E R A.

IX. Duo nunc breviter expedienda restant: primum quid faciendum, ut culpam commissam expicemus; alterum quid agendum, ut imminente malo medeamur. Præterea quod attinet, convenientissimum est remedium, ut, qui gravis scandali reus est, suisque delictis aliorum

rum oculos mentisque offendit, morum deinceps modestiā ac decenti compositione omnes ædificet, caveatque eorum morem imitari, qui id unum studiosè declinant, ne à quoquam videantur, bene & laudabiliter fecisse: conscientiae labes clam exonerant; ad Sacram Synaxin clam adrepunt; quin parùm abest, ut exoptent, illa redire tempora, quibus non nisi in Catacumbis sacrae Lyturgiae sacrificia celebrabantur. Non ita, Auditores, non ita! neque enim rustica ac noxia hæc verecundia condonanda est illi, qui palam peccare non erubuit. *Qua dicitis in cubilibus vestris, in cubilibus vestris compungimini*, dicebat David, nec ego repugno; si enim occultè peccastis, concedam, ut secretam intra cubile vestrum poenitentiam agatis; ibi lachrymas fundite, in carnem vestram animadvertite, veniam à DEO exposcite, & *in cubilibus vestris compungimini*: si verò scelerum vestrorum contagio alios quoque infecit, tunc enim verò necesse est, generosā sui victoriā humanum respectum ponere, neque convenit, nos verecundiam inducere poenitendo, quam eximus peccando: necesse est Poenitentiae tribunalia palam frequentare, palam ad sacram Synaxin accedere, quæque DEO palam erepta est gloria, palam est restitenda. Audite differentem ad Romanos Apostolum: *sicut exhibuistis membra vestra servire iniquitati, ita nunc exhibete membra vestra servire iustitiæ*. Animadvertite verbum hoc: *exhibuistis*, & iterum,

*exhibete*. Hic certè sermo non est de opere secreto, sed manifesto: *exhibuistis* vos palam peccatores, eja *exhibete* vos etiam palam poenitentes.

Hæc sufficient ad corrigenda scandala præterita: quodnam autem medium maximè expeditum, facile & securum ad ea deinceps cavenda & eliminanda invenimus? ego illud palam edicam, si lubet. Meâ quidem sententiâ efficacissimum huic malo remedium erit, si illi, penes quos publica residet autoritas, promoveant virtuosos, illorum merita remunerentur, eosque flagitiosis ubique & liberè præponant. Tunc certè quisque suam sibi fortunam cudere studebit, & licet vitam impii vivat; boni tamen nomen & famam aucupabitur; nemo de iniquitate sua gloriabitur, sed abscondet flagitia, quodque Divinae gratiæ amittendæ timor obtinere non poterat, favoris & gratiæ humanæ perdendæ metus obtinebit. O si nôssent Principes tam sæculari, quàm Ecclesiasticâ dignitate fulgentes, quàm exiguo opus sit, ut tota civitas meliorem faciem induat, totusque Clerus ad modestiam & sanctitatem sese componat! Davidem imitentur, & cum eo palam profiteantur: *oculi mei ad fideles terra, ut sedeant mecum*. Facite, ut *constet omnibus, non aliunde vobis commendari subditos, quàm à virtute, neque aliud vobis displicere, quàm vitium: ostendite, vos minimi facere clientum copiam, sed sola eorum merita æstimare; non curate commendationes & suffragia, sed opera:*

Pf. 109a  
ut 6.



opera; non affectum, sed iustitiam: tunc enim verò videbitis, ambitiosos in id unum incubituros, ut virtutis quàm maximè studiosi appareant. Quod de Principe dixi, intelligi volo de quovis privato, domus & familiæ suæ domino: si enim ab aliis virtutem expetat, quâ ipse caret, plus reipublicæ proderit, quàm si ipse virtute clarus sit, & eandem in suis negligat; atque universim loquendo de omni Regimine, tam grandi quàm parvo, tam civili quam sacro, si palàm erit, promoveri bonos, rejici dissolutos, magna ex parte si non omnis impietas, projecta saltem palàm peccandi licentia eliminabitur.

Verùm dicetis mihi fortassis, hoc medium videri aptius ad fovendam hypocrisim, quàm ad virtutem plantandam, nam ad famam honestatis comparandam satis est, apparere, neque necesse est, esse bonum: homines igitur, ut ambitioni suæ satisfacerent, contenti forent occultare vitia, non verò emendare, atque adeo in civitatibus multi invenirentur iusti apparentes, paucissimi veri. Sed ponite hunc metum: hypocrisis enim omnium vitiorum difficillimum est, nec fert ætatem: tegi quidem potest vitium ad tempus, sed paulatim detegitur; simulari potest tantisper virtus, sed vitium dissimulari diu non potest; ipsa enim virtutis simulatio molesta tandem accedit: unde longè plures improbos, quàm hypocritas invenietis; hi enim solam virtutis amaritudinem experiuntur, dulcedinem autem illius degustare non va-

lent, & ideo, licet ad tempus simulant; successu tamen temporis produntur, ut loquitur Theophylactus; occasiones enim mali tam crebre vitiorum irritamenta tam frequentia sunt, ut impossibile sit, ex loco humano respectu resistere omnibus, quòd si leviores quandoque infatigabiles superant, gravioribus tandem cedunt, & succumbunt. Ad hæc si palàm constet, flagitiosos à dignitatibus excludi, id tandem eveniet, ut, qui virtutem simulant, veram tandem virtutis studio exardescant; prius humanis se trahi sinent motibus, sensum illa in Divina convertent; que cetera omnia abstant, innumeræ saltem scandala evitabuntur, quæ necessario abundant, ubi non solum virtutum est, esse malis, sed & malos apparere. Hæc certè utilissima est provisio, quam ego fugiùs tractarem, mei id muneris, & præsentis argumenti foret: permittite mihi solum, ut ex dictis utilissimæ confusionis & erubescentiæ materiam in rem nostram eruam: fieri potest, Auditores, ut Christi amor id à nobis hunc impetret, quod hominis reverentia extorqueret? *Quod à nobis extorqueret hominis timor, deberet à nobis extorqueret Christi amor*, ait in simili Augustinus. Si nobis constaret, Prælolem vel Superiorem nostrum, omnes illos ab amicitia sua excludere, nec honores admittere, nec ad munera & dignitates promoveri, nec beneficium admove, qui non aperte virtutem profitentur, omni certè contentu in studium virtutis incumbere

mus; & Christi imperium non sufficiat, ne saltem tam effrœnatè & impudenter delinquamus? ô confusio- nem! ô dolorem! plus ergo apud nos possit hominis, quàm DEI authoritas? plus commodum caducum, quàm im- mortale? plus humana amicitia, quàm Divina? nunquid publicè Apostoli cor. 6. verbis Christus prædicat? *Iniqui Regnum DEI non possidebunt*: quàm pauci tamen sunt à culpis immunes? *neque fornicarii*: & tamen quanta vitii hujus libertas? *neque adulteri*: quanta in matrimonii infidelitas? *neque molles*: quanta carnis dissolutio? *neque masculorum concubitores*: quanti abusus libidinis? *neque fures*: quantæ fraudes in commerciis? *neque avari*: quantæ proprii commodi sordes? *neque malo-*

*dici*: quanta in calumniis audacia? *neque rapaces*: quanta furum, & fur- torum impudentia? Certè si nihil aliud Princeps faceret, quàm ut contextum hunc Apostoli, manu propriâ in charta exaratum, ad publicas præcipuarum platearum portas affigeret, hoc solo discrimine, ut, ubi dixit Apostolus, *Regnum DEI non possidebunt*, ille sub- neceret: *amicitiam meam non posside- bunt*, neque illos à cœlorum regno, sed à sua gratia duntaxat, muneribus, ac præmiis excluderet; ô quanta vi- tiorum emendatio in rebus publicis se- queretur? sed istæ veritates notiores sunt, quàm ut pluribus argumentis confirmari debeant, unde sermonem abrumpo, cum nihil porro à me dicen- dum superfit.

## SERMO DECIMUS TERTIUS.

DIE MERCURII POST SECUNDAM DOMINICAM.

*Dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo &c. Nescitis, quid petatis. Matth. 28.*

I. Nullus unquàm, ho- nestis artibus fami- liam suam ampli- ficare studuit, id cer- tè mulier hæc E- vangelica Joannis & Jacobi genitrix fortunata ten- tavit. Laboravit illa sollicitò, ut fi- R. P. Segneri Quadragesimali. X dum lios è lembo piscatoriæ ad thronum, ab hamo & retibus ad sceptrum levaret, utque primorum instar assessorum, dexteram unus, alter sinistram Chri- sti, quem Judææ imperatorum cre- diderat, occuparet. Neutiquam ta- men, ut frequenter fieri consuevit, iniquis mediis ad hunc dignitatis gra- dum

dum viam sibi aperire contendit; neminem Apostolorum, quos ejusdem honoris emulos timere poterat, persecuta est, nemini insidias struxit, nec adulationibus, nec muneribus regiam sibi suisque gratiam paravit; sed aliquot annorum spatio Christi obsequiis filios dedicavit, eumque diu notetque, in summa rerum inopia, neglecto scribarum ac pharisæorum odio, sequi iussit; ipsa quoque relicto marito, ac curâ domûs neglectâ, Christo constanter adhæsit: post tanta, inquam, erga Christum merita ad pedes illius provoluta, simplicem ac supplicem suum libellum, nullo verborum furo, nullisque assentatorum formulis conscriptum, porrexit: *dic, ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.* Tantum tamen abest, ut approbationem, aut applausum ambiciosa hæc petitio à Christo tulerit, ut potius acerbè increpitam, velut insensatam ac temerariam feminam à se repelleret, ipsosque honoris expectati Candidatos cum stomacho à se abigeret: *nescitis, quid petatis!* Ubi ergo sunt, qui augendæ ditandæque familiæ desiderio, per dolos ac mendacia, per violentas aliorum oppressiones & injurias, per fas & nefas conantur eluctari? ubi sunt, qui studio ambitionis corrumpunt tribunalia, emunt faventes sibi sententias, testamenta, & codicillos depravant? ubi sunt, qui mercenarios defraudant, ac templorum jura intervertunt? ubi sunt, qui orphanos supprimunt, viudas deglobunt, pupillos defraudant,

& pauperum sanguinem ad summam ulque guttam emungunt? niant illi hodie & me auscultent; ad oculum illis demonstrabo, quomodo malè rebus suis consulant, & fortunam suam evertant. Si enim Christus feminæ tam bene de se merita modestam, sed inconsultam ambicionem, & inordinatum familiæ emendandæ studium, tam severè castigavit, quid illis futurum creditis, qui ad honores & dignitates cum DEI honoremque injuriâ grassari audent? stultos labores! o vigilias male locatas! quisquis sperat, se ex ulione & rapinis, dolis ac fraudibus, iniquitate & injuriis ditandum. Attentè quaeso, mihi aures præbete, & videntibus, hunc familiæ amorem, si tamen hoc nomine dignus est, esse amorem noxium ac crudelem.

II. Et primò quidem non dubito vos ipsos perspicuè videre, artes habere, & inquam emergendi industriam finem quem intenditis, minimè prodessetis enim, hæredes vestros, si Christianos decet, vivere velint, matrimonio malè parto frui non possent, ut quid ergo labores tam improbos eos ditandos? necesse enim erit, eos à morte vestra ad pristinam redire fortunam, ab iniquo luxu desistere, servorum immicuere numerum, evocare equilia, verbo, ut cum Jobe loquar, evomere, quidquid divitiarum devorârunt: *divitias, quas devoraverint, evoment;* quin, si id spontè non fecerint, *de ventre eorum extrahet illas D E U S.* Quodsi alienum aliquid retinere præsumperint, Deum

juratum domus suae inimicum habebunt; num ergo familiae vestrae, tam potenti adversario obnoxia, satis consultum esse arbitramini? Memini me legere de Julio quodam Agricola, magni nominis Senatore Romano, qui supremis vitae annis grave Domitiani Imperatoris odium incurrit, atque ab eodem pinguisimis proventibus spoliatus, dignitate consulari, quam pollebat, dejectus, quin, ut alii autumant, veneno necatus est. Sustinuit ille sortem iniquissimam prudenti dissimulatione, magisque de familiae suae, quam propria incolumitate sollicitus, rarum moriturus consilium arripuit; Testamentum enim condidit, omniumque honorum suorum haereditem scripsit Imperatorem, eam, cum de ipso loqueretur, verborum formulam, quam magis honorificam non posset, si non ex Proconsule in ordinem redactus, sed de servili conditione in consulem erectus esset. Obstupere minus sagaces tam inexpectatum Agricola factum, quin inconsultae simplicitatis reum arguebant, quod citius vivere, quam adulari desisset: qui vero factum istud profundius penetrarunt, laudarunt ejus consilium, agnoveruntque, eum utilius longè familiae suae consuluisse, dum tenuem illi haereditatis portionem, sed faventem ac amicum Caesarem reliquit, quam si pinguisissimi patrimonii, & irati simul Principis haereditem scripsisset; docuitque eventus, Agricolam ex politicae prudentiae regulis, ut semper assueverat, egisse. Hoc si ita est, Auditores, quam fronte, obsecro,

DEUM posteris vestris inimicum relinquitis? an eum adeo impotentem creditis, ut vindicare injuriam non possit, aut adeo vecordem, ut nolit? timendum vobis potius, ne vobis accidat, quod DEUS superbis Idumae incolis per Malachiam comminatus est: *illi adificabunt, & ego destruam.* Hoc ut magis fiat perspicuum:

III. Mecum, quaeso, Divina oracula scrutamini, & familias illas considerate, quae ex bonis iniquè partis emerferunt; & renuntiate mihi, an ulli earum aut splendor natalium, aut possessionum amplitudo, aut proventuum copia, aut ipsa Principatus dignitas quidquam profuerit. Nostis, communi aliàs lege cautum esse, ne ob parentum delicta filii plectantur: *Filius non portabit iniquitatem Patris,* DEUS tamen cujus Dominium nulla lege tenetur, saepius huic regulae derogavit, & ob peccatum patris non à filiis solum, sed & à nepotibus, & pronepotibus in quartam usque progeniem, gravissimas poenas expetiit, non aliam ob causam, quam quòd bonis iniquè partis illos voluerint locupletare. Illicitis artibus ditare suos volebat Achan, dum contra DEI imperium aurum inter spolia Jerichontis inventum furto sublegit; unde non ipse solum, sed & familia universa flammis absorpta est. Iniquè ditescere praesumpsit Giezi, qui figmentis ac mendaciis à Naamano pretiosa munera ab Elisæo repudiata extorsit; sed continuo ipse cum universa progenie, lepra percussus est.

X 2 Modis

Modis injustis augere suos cupiebat Saul, dum contra Samuelis mandatum Amalecitarum spolia avarè sibi servavit; nunquid propterea cum tota profapia regno exutus est? Iniquis modis locupletare suos desideravit Achabus, dum vineam Naboth in justè sustulit; nunquid propterea violentà morte interemptus periit, universà ejus stirpe funditus excisà, quam moriens septuaginta liberis, iisque masculis numerosissimam, pinguis-  
 1. Reg. 15.  
 4. Reg. 10. 11.  
 imis reddituum proventibus locupletem, & amplissimà parentela ita dilatatam reliquit, ut integris videretur ætatibus suffectura; quindecim tamen annorum intercapedine tota quanta interiit, ut ne unicus quidem surculus superesset: & percussi sunt omnes de domo Achab, donec non remanerent ex eo reliquià; ut adeo palàm sit, ob cumulos injustè thesauros non parentes solùm, sed & eorum hæredes multari. Cur ergo ad amplificandas familias vestras iis artibus utimini, quibus illas destruitis? an creditis, illas irato DEO stabilem ætatem laturas, qui familias tam copiosas, tam splendidas, & potentes in nihilum redegit? an non summa stultitia est, posteros quidem relinquere locupletes, sed malè securos, ac summo discrimini expositos?

IV. Cùm fabricam molimini, Auditores, non equidem asperissimo brumæ tempore fundamenta ponitis, sed ver, aut æstatem, aliudve magis mite & opportunum expectatis: quam, obsecro, ob causam? nunquid quoddam ædificia hyeme erecta ætatem non

ferant? frigore enim calx enervatur, & pluviis sabulum mollescit, ut saxa cohæreere firmiter non possunt. Nostisne, quid sit, alienis pecuniis domum struere? est, hyeme ædificare: qui ædificat domum suam in penditiis alienis, ait Ecclesiasticus, quasi si qui colligit lapides suos in hyeme, veteret igitur, Christiani, domus vestra pe vestra rimas ager, inclinabitur, cadet: va, qui ædificat domum suam in injustitia, & canacula sua non habebit in die iudicii! clamabat quondam hominibus: Va, qui ædificat civitatem in sanguinibus, pauperum, & prope urbem in iniquitate! ait Habacuc: cur ergo stultis potius consiliis vestris quàm certissimis Prophetarum mandata fidem habetis? O quot, quantarumque familias hanc unicam ob causam videmus indies interire? nesciunt enim nimverò miseri, torrentes, cùm tumescunt aquis non suis, minus est diuturnos quovis rivulo, qui suas undas trahit. Cùm Zachæus pœnitentiã ductus Christo diceret: quid aliquem defraudavi, reddo ei duplum: reposuit Christus: huic salus domui huic facta est: quid sit vult hæc responsio! an non potius dicendum erat, huic homini? Quod ad Zachæus enim fraudes & furta patraverat, quorum damna reparare suæque saluti consulere laborabat. Verissimè id quidem, sed Christus melius longè rem intellexit, atque ideo non dixit: huic homini, sed huic domui, huic domui; si enim Zachæus aliena non reddidisset, non solus ipse peccati penas dedisset, quamvis id solus admittit.

V. Sed demus, succedere vobis omnia ad votum; demus, familiam vestram ex bonis iniquè partis perennare, crescere famâ, stabiliri autoritate, fautorum copiâ augeri; an operæ pretium vos facturos existimatis? Infelicissimi hominum; finite me uti verbis magni Præsulis Salviani, Infelicissimi hominum! cogitatis, quàm bene alii post vos vivant, non cogitatis, quàm male ipsi moriamini! cur caducam prolapix vestræ prosperitatem tanti facitis, ut animæ vestræ salutem discrimini exponere non dubitatis? O cæcitatem lachrimis dignissimam! tam parvi vos ipsos facitis, ut in gratiam posteritatis æternum ardere, tueri cum damnatis, ac cum diabolis pati eligatis? Credideram ego hactenus, omnem hominem sui potius, quàm aliorum amore teneri, & à teneris usque unguiculis animo inhæsit meo Latini Comici effatum: *Omnes sibi melius velle, quàm alteri*: hodie autem plurimos est reperire, qui fortunam aliis magnificentam, sibi perniciem struunt, & ut alios affluere faciant deliciis temporariis, se tradunt urendos ignibus sempiternis. Quid, quæso, gravius in vos designare posset juratus vester hostis & capitalis inimicus? persequi ille vos potest, sed non nisi usque ad tumultum: *Omnis siquidem inimicitia morte dissolvitur*, ut ait Salvianus; vobis autem id minimè sufficit: *Vos contra vos ita agitatis, ut inimicitias vestras, nec post mortem evadatis*: dum stulto hæredum amore vitam laboriosissimam, jam in foro & tribunalibus, jam in Aulis & Principum atriis, jam in itinerum mo-

lestiis, jam in negotiorum continuis curis vivitis, atque ultra facta ærumnas vestras extenditis, dum post quietis & valetudinis vestræ jacturam animam quoque & paradysum perditum itis. O quàm verè dixit Habacuc, *Va ei, qui multiplicat non sua! usquequo aggravat* 2. 6. *contra se densum lutum?* non advertistis? non ait, *contra alios*, sed *contra se, contra se*; ut enim alteri bene faciat, amore crudeli perdit se ipsum; vos interea considerate Christiani, quo nomine Propheta aurum compellet, adeo à vobis amatum, æstimatumque: *Lutum* nimirum appellat, & *densum* quidem.

VI Sed forsitan solatio damnatis erit, hæredum gloriam & grandem fortunam nôsse: quin hoc ipsum erit, quod acerbissimè illos affliget, si videbunt, illos eorum opibus triumphare, se verò illorum causâ æternum torqueri. O miserum, cui fors adeo luctuosa obtinget, ut animam perdat, dum familiam locupletat! O quoties infelix stultitiam suam damnabit, execrabitur diem, quo solem primùm aspexit, & maledicet horæ, quâ linguam in voces articulatas solvere coepit! Interim infesta dæmonum corona eum cinget, eique amarum insultabunt, ac dicent: *Eja lætare, en recenter ab arce tua gentilitia & magnificis tuorum palatii venimus, ubi numerosam tuam posteritatem licuit contemplari*: vivunt illi valetudine prospera, robusti viribus & læti patrimonio tuo fruuntur, cui accumulando Cælum, salutem & animam tuam dedisti. Eorum nomeno Aulam frequentat, magni Mi-

nister Principis; alter Illustris sibi sponfam copulavit; tertius dignitate Ecclesiastici gaudet, & propediem ad Præfulis honores aspirat: ad quid ergo infelix te ipsum mœreore conficis? nunquid ut grandes eos faceres, sponte infernum elegisti? Jam votis damnatus es; sunt enim verò grandes; lætare ergo & exulta: en filia, pro cuius dote augenda pauperes oppressisti, & operarios mercede fraudasti, illa, inquam, filia honestissimè collocata est, jam crescunt nepotuli, & pronepotum spes affulget; quid ergo miser ululas, teque ipsum affligis? O Christiani, an hocce nuntios solatio illis fore arbitramini, quin potius verba singula, tela illis videbuntur, & sagitta potentis acuta, cum carbonibus desolatoris. Exuite ergo, quæso, inordinatum illum affectum, quo prosapiæ vestræ splendorem & perennitatem quæritis; ille enim in summum aliquando odium, summamque invidiam degenerabit. De Agrippina Neronis matre facti referunt, eam ardentissimè desiderasse, ut filium Neronem Romæ imperantem videret. Monuerant illam Chaldæi Aruspices, in consilium ab ipsa vocati, certò futurum, ut filius ad sceptrum evectus, crudeli parricidio Matrem necaret. Nil interest, respondit mulier ambitiosa: *Occidas, dum imperet!* moriatur Agrippina, regnet Nero! Sed ò quàm alia illi postea mens fuit: cum enim filii crudelitatem, suumque periculum cerneret, inconsulta sua vota damnavit, atque in id unum incubuit, ut pulso Nerone Britannicus privignus suus succederet, cui natalium jure

sceptrum debebatur: quin palam nuntiarî iussit Neroni, ipsam se se ad exitum profecturam, militumque mœros muneribus, adhortatione & criminis permoturam, ut novi Principis electionem decernant. Verùm aliud nihil misellæ proderat vana viribus ira, quàm ut irritatus, Nero Britannicum veneno tolli, matrem rò in speciem honoris ad palatium duci, arctèque ibi custodiri iussit. Fugite jam, Auditores, quempiam in rerum articulo Agrippinam accessit ac in ejus solatium dixisse: *ejus Princeps Serenissima, quid frustra affligentium meministi generosæ illius vocem occidas, dum imperet!* moriatur Agrippina, regnet Nero! Erige ergo mentem, & solatium admitte: en filium throno sublimem, totique Romæ imperantem! en tributa à Provinciis, obsequia à subjecta sibi militia accipietiam ab æmulo Britannico, qui sol de Principatu contendere cum eo poterat, securus: ne igitur te angat, quæcer, quo clauderis, nec mors imminente terreat; utramque calamitatem sponte elegisti ut Neroni tuo imperium parares. Edicite, obsecro, Auditores, si quis in hunc modum Agrippinæ locutus fuisset, an ullum inde solatium capturam creditis? an non potius ferore amens majores in furias ageret? Et verò omni eam solatio destituta, & in furias actam fuisse testatur Tacitus; cum enim stricto acinace subterfugum in conclave Centurionem intraretur, ut vel gulam illi secaret, ut pectus transfoderet, lymphææ simul uterum ei ostendit, dixitque *his* ser-

Psalm.  
110.4.

hic feri! In morte Centurioni ferrum  
 distringenti protendens utrum: Ven-  
 trem feri! exclamavit. An id fecerit  
 in detestationem patricii; an verò,  
 ut de seipia vindictam sumeret, quòd  
 tam crudele monstrum Neronem ge-  
 nuisset, ignoro. Veniam tamen dare,  
 Auditores, si iusto prolixius rei gestæ  
 feriem expendi, profanam quidem, sed  
 proposito meo opportunam. Si mater,  
 amore filii ebria, sanguinem ac  
 vitam dedit, quo filio purpuram tin-  
 geret, & diadema pararet, in mortis  
 tamen articulo mentem adeò & affe-  
 ctum mutavit: quid miseris illis acci-  
 det, qui ad æternos se inferorum ro-  
 gos damnari experiuntur, quòd filios  
 suos & hæredes, non Imperatores,  
 sed è plebeis cives, è civibus Nobiles,  
 aut è nobilibus viros consulares effe-  
 rint? An non præ omni Agrippina  
 frendebunt? Alloquimini, quæso,  
 aliquem, quem modò accumulandis  
 iniuste opibus inhiare nõstis: Eja,  
 domine mihi, quos corradis cen-  
 sus, iniusti sunt, hæc cambia fraudu-  
 lenta; iniquis his artibus filio quidem  
 tuo nomen Equitis, Illustris honorum  
 titulos, aut munus nobile parabis: sed  
 hoc, mihi crede, in æternam animæ  
 tuæ perniciem cedit. Et quid res-  
 ponsurum censeris? suspensio tibi na-  
 so illudet, & si non verbis, ipso sanè  
 facto dicet: *Parvi refert, Occidas,  
 dum imperet!* Pereat anima, modò  
 floreat familia! O miserandi! non ag-  
 noscitis enimverò in præsentiarum,  
 quanta sit animæ vestræ iactura: cum  
 autem vos undique flammis immer-  
 sos sentietis, tunc serò nimis inconsul-

tum posteritatis vestræ amorem dam-  
 nabit.

VII. Si tunc vobis ex inferni aby-  
 so emergere liceret, Auditores, & ad  
 lares vestros reverti, non dubito, vos  
 viso pretiosæ supellectilis apparatus,  
 flammis in omnem partem effusis, om-  
 nia in cineres & favillas esse redactu-  
 ros. Arderent ibi lecticæ auro oblitæ,  
 serica ex Damasceno bombice aulæa,  
 picturæ vanissimæ, serinia pretiosa,  
 vestelque superbæ: mox in equile eo-  
 dem furore delati, equis omnibus in-  
 teremptis, rhedas omnes, carrucas, &  
 esseda flammis absumeretis; subinde  
 in hortos, pomaria, & suburbana egres-  
 si, & per ampla illa domini quondam  
 vestri spatia vagari, simul omnibus  
 ignes & faces subjiceretis, combustis  
 vitibus, arboribus, silvulis & nemori-  
 bus, granariis & fœnilibus, ad effun-  
 dendam calamitatis vestræ rabiem ma-  
 niacorum instar in omne illud, quòd  
 olim pabulum iniquitati, & flagitio-  
 rum materiam subministravit. Sed a-  
 verruncet DEUS à singulis vestrum  
 casum tam funestum; interea autem  
 non mihi, sed Salviano seiscitanti can-  
 didè & ingenuè fateamini, an non ex-  
 tremæ stultitiæ sit, alterius amore velle  
 damnari? *O infelix,* inquit, *& miseranda*  
*conditio! bonis suis aliis præparare beati-*  
*tudinem sibi afflictionem, aliis gaudia, sibi*  
*lachrymas, aliis voluptatem brevem, sibi*  
*ignem perennem!* Vestram potiùs salu-  
 tem cordi habete, vestram felicitatem,  
 & animam vestram: fieri possit, ut  
 illa vobis tam abjecta sit & vilis, ut il-  
 lam amore filii, fratris, nepotis, Patrue-  
 lis, cognati, aut hæredis adscititii, qui  
 aliud



aliud vestro quàm simile nomen non habet, periculo exponatis? Amate consanguineos, non prohibeo, sed post arimam. Amate caducam, fluxamque felicitatem, sed longè magis beatitudinem eternam. Amate gloriam terrenam, sed longè magis cælestem. Verbo: Amate, non obfirmus, amate filios vestros, sed tamen secundo à vobis gradu. Ita illos diligite, ne vos ipsos odisse videamini, inconsultus namque & stultus amor est alterius memor, sui immemor. Hæcenus Salvianus.

VIII. Quamvis nec iste quidem sincerus consanguineorum amor est, sed odium potiùs, ac barbarus, hostilis, quin prope dixerim, sathanicus furor. An non enim videtis, quòd posteros vestros, si quæcunque bona malè parta eis relinquatis, evidenti damnationis periculo exponatis? omnes certè divitiarum, tamen si licitis mediis comparatarum, periculosa sunt, si copiosa sint & abundantes: Quid enim sunt carnales divitiarum, eleganter ait Cyrillus, nisi blandimenta libidinis, fomenta cupiditatis, onera mortis? Idem confirmat Ambrosius, qui & apud eas materiam perfidiarum, & illecebram delinquendi appellat; consentit Petrus Blefensis, à quo virtutum subversio, seminarium vitiorum vocantur. Adhuc graviùs in eas invehitur Chrysostomus, qui, superi boni! quantum non mali de illis pronuntiat? Homicida sunt, inquit, erudeles, implacabiles, quaque nunquam erga eos, à quibus possidentur, remittunt similitatem. Ventos indigitavit, unde tempestates cidentur; feras, quæ corda discerpunt;

flamas, quæ mundum in cineres digunt: Hinc inimicitia, ait, hinc parva, hinc contentiones, hinc bella, hinc suspiciones, hinc convitia, hinc furta, hinc cades & sacrilegia. Igitur, qui majorem auri copiam hæredibus vestris relinquitis, eò majoribus illis periculis obicitis, nec sapientiùs agitis quàm qui imbelli infantulo cultro acutiùsimum, sed auro gemmisque distinctum porrigit. Quòd si de omnibus hoc divitiis verissimè dici poterit, quanto magis de illis, quæ, cum jam eximium effatum Ecclesiastarum sint, inquitatis proles, ut plurimum etiam sunt Mater perditionis: Divitiarum gregata in malum domini sui, locatum sanè hæredi vestro laqueum ponitis, si sciat, se bonà fide possideri non posse, quæ iniquis artibus à vobis comparata sunt: ut enim illa domus reddat, hoc opus, hic labor est: si restituat, heu actum de ipso, & clamatum est! quis ergo non videt, et tremam perniciem, quam vos ipsi struitis? Et iste sit amor atque affectus paternus? quin odium est, & rabie parricidalis, inimici hominis domus ejus. Expediret sanè, ex mente Chrysostomi, illos à vobis mendicos, egenos relinqui; tandem enim ex mendicitate aliquid in animam emolumentum derivare posset, ut quondam egentissimus Lazarus fecit; iniquæ autem divitiarum non servant, nisi ad interitum: non potest ad bonum proficere quod congregatur de malo; nec enim de malè partis aut adornari Basilicæ aut egenis, provideri, aut Religiosorum indigentiarum succurri, aut opus al-

Apol.  
mor. 1. 3.  
e. 3.  
l. 2. in  
Iob c. 5. tis?  
& apud  
Dan. c.  
4. in Iob.

Hom. 17.  
ad pop.  
Hom. 6.  
de avvar  
ibid.  
Hom. 5.  
ad pop.

quid in defunctos conferri, aut placari DEUS potest, & quemadmodum absque culpa retineri non possunt, ita nec absque reatu expendi. An miserandus magis esse potest, quam qui talibus bonis abundat? & horum bonorum patrimonium, vos dilectissimis charissimisque pignoribus vestris relinquitis? O amorem crudelem! O errorem, O impietatem, O insanam mentis barbariem! *F*an sanè atrocissimum Divus *M*emoriarum Archiepiscopus Anton. commemorat, Divitum quidam, de quibus nobis sermo est, jam morti vicinus accesserat; hunc efflictum hortabatur Sacerdos, ut inique parva restitueret; hæsit tamen ille immotus, & quasi in saxum obrigit, nec precibus cedens nec minis: supervenere gemini filiorum, qui idipsum instantissime urgebant, quibus ille, non possum filii mei, inquit, non possum restituere; si enim facta restitutione convalescerem, mihi ostium foret mendicandum; si autem morerer, idipsum calamitatis vobis immineret. Sed malumus, reponunt filii, te salvum nosque mendicos ac inopes, quam nos opulentos ac felices, te autem æternum damnatum ac miserum. Irritatus his vocibus infelix pater, & hircus in eos oculis conversus; obmutescite, inquit, dementes filii; nescitis enim verò, quanta sit Divina pietas & clementia; tamen enim peccator sim, spem tamen in DEI misericordiam repono; vobis autem, si mendici estis, quid spei vobis superest? sicque locutus infelicem animam exhalavit. *I*ngentes motus in filiorum animis ex-

*R. P. Segneri Quadragesimale.*

citârunt hæc suprema parentis verba; sedulâ tamen inter se consultatione habitâ unus eorum competentem sibi infaustæ hæreditatis portionem reddere, alter verò patris vestigiis insistere decrevit: sed quo eventu? non ita multo post flagitiosus iste fatis cessit, innocens autem sacræ militiæ sub D. Francisci signis est aggregatus: hic cum nocte quadam contemplationi vacaret, in extasin raptus hians gehennæ barathrum, ibique inter nimbos fumis permixtos, torrentes inter igneos & flammaram volumina, patrem vidit fratremque, miserimæ damnatorum turbæ immixtos: jacebant miseri rabiosorum instar canum alligati; jam sibi vellebant capillos, jam vultus lacerabant, mutisque in sese maledictis detonabant: propter te, dicebat Pater, execrabilis fili, hæc tormenta patior; & ego propter te, replicabat filius, genitor maledicte. Præstabat viperam genuisse, reposuit Pater, & melius erat, ab urso fuisse progenitum, respondit filius. Tu, infamis nate, me torques; & tu me aduris, Genitor barbare: hisque altercationibus linguas dentesque in se mutuò exacuebant, quasi id unum tot inter supplicia solatio foret, si mutuis sese convitiis proscindere, suamque rabiem alter in alterum effundere posset. Ecce Auditores! quid emolumentum sperandum sit parentibus, à divitiis iniquè partis, quid hæredibus & filiis de mammona iniquitatis, hæreditario jure ad se devolutâ. An tam caro pretio caducam familiæ vestræ fortunam comparandam censetis? si hoc est amare seipsum, quid

Y

quid

quid erit odisse? si hoc est esse beneficium erga sanguine junctos, quid erit eisdem persequi? Fixum igitur vobis, firmumque sit, quod, etiam si male parta ad incrementum familiae servient, his tamen artibus domus vestrae emolumenta augere, nec vobis expediat, nec vestris, cum haec, ut demonstravimus, via modusque certissimus sit, gentilitiam vestram arborem radicibus extirpandi! *Va, qui congregat avaritiam malam domui suae, ut sit in excelsis nidus ejus!* & cur hoc obsecro, Sancte Propheta, cur hoc? *Cogitasti confusionem domui tuae: Hoc vos interea perpendite; ego respirabo.*

*Habac.  
2. 9.*

**P A R S A L T E R A.**

**IX.** **S**I ergo ob haec rationum momenta non expedit, domum aut familiam in DEI respectum amplificare, nil superest, quam ut inordinatam haeredibus vestris providendi sollicitudinem exuatis. Incipite tandem aestimare, quod unice aestimandum est, & cogitate, vos aetate & annis provectos, fractam valetudine, ac morti jam vicinos esse: brevi coram Divino vobis tribunali standum, & exactissima vitae totius ratio reddenda erit. Ex una parte vos mentes Angelicae expectant, operum vestrorum testes fideles, ex altera daemones, accusatores inclementissimi: & vos interea anxie exquiritis, quam lautè post fata vestra victuri sint haeredes, quam deliciosè pransuri, quam magnificè habitaturi. *Ecce exspectat te jam egressurum de ista vita officium tribunalis sacri,* ait Salvanus, &

*Lib. 3.  
ad Eccl.*

*tu delicias aliorum mente pertractas quam bene scilicet post te haeres tuus tuo prandeat, quibus copiis ventrem impleat, quomodo viscera exsaturata intendat: quasi verò causae vestrae prodesse quidquam possit, quod oportet haeredes reliqueritis. Quam, quae fiducia, quo fructu ad DEUM clamabitis? *Salva me Domine!* quia ex tuo consilio nudos vestri pauperculos dotavi, captivos in libertatem asserui, famelicos pavi, & dominis tui gloriam mille modis promovere studui, sed quia familiam opulenter affluentem reliqui, quia postea epulantur quotidie splendide, quia in peristromatis, quae ego fueram, fornicantur in sericis, quae reliqua his potissimum de causis volo, ut loquar me. Si haec argumenta utilia vobis arbitramini, eja sollicitè & indefessè studio accumulate divitias; sin verò la rebus vestris obfutura potius ageritis, mittite noxias has curas, & verè potius ipsorum satagite: *Reverseris in te,* dicam unicuique vestrum cum S. Eucherio, *ut tu sis charior tui quam tui.* Quod si filiorum cura vos angit, DEO confidite, qui plus quam paterno illis affectu providere debet, si filiorum amorem Divino honori postposueritis. Nunquid Ruth, egena & inopina vidua Bethlemum appulit? sed Dei providentiâ etiam in terra aliena victum ditissimum invenit, qui eam sibi conjugem adoptavit. Esther orphanata, & obscura in Susis commorata est, Deo tamen ita disponente, à potentissimo rege in Regni thoricque consortio assumpta est. Itaque DEO confidite.*

cul erit cura de vestris : quod si prototypon desideratis , quod imitari oporteat , Tobiam vobis proponite.

Unicus illi filius erat , spes una stirpis , fulcrum senectutis & cæcitatibus solatium , quem licet tenerimè amaret , nihil minus tamen cogitabat , quam illicitis eum artibus ditare : cum hædum aliquando domi suæ balantem senex optimus audiret , continuè exclamavit : *Videte , ne fortè furtivus sit ; reddite eum Dominis suis , quia non licet nobis aut edere de furto aliquid , aut contingere.* Quidquid præterea necessario familiæ victui subtrahere poterat , summa charitate in egenos , carceri mancipatos , & pupillos distribuit. Poterat enimverò juveni filio species crudelitatis videri , Patrem annis & senio gravem tam parum satagere , ut patrimonium , si non locuples , statui salutem suo conveniens sibi pararet. Has ut filio curas eximeret , ad se vocatum ita solatus est : *Noli timere filii mi , pauperem quidem vitam degimus , sed multa bona habebimus , si timuerimus DEVM.* An inania creditis hæc promissa fuisse , aut eventu fraudata ? certe parùm temporis fluxit , cum filius selectissimam sponsam , dotem liberalem , affinitatem honoratam , hæreditatem amplissimam consecutus est. Hunc ego imitari vos velim , filiosque vestros hunc in modum hortari : Filii mei , perspecta vobis est domus nostræ fortuna ; possem equidem & ego , si vellem , media iniqua tentare , vos divites & opulentos facere , ut multi solent ; possem & ego studere cambiis injustis ; extorquere census malè securos , vacare dolis & fraudibus , &

mille contractuum fallacis uti. Sed avertat à me DEUS hæc flagitia , nec vobis proficua , nec mihi utilia ! DEVM timete filii mei , nec dubitate , vos sub potenti protectore victuros. Nolite aliis invidere , si magnifica struant palatia , suburbana ad delicias ædificent , suasque facultates novis indies augmentis amplificent : *Nolite attendere ad possessiones iniquas , ex sapientis consilio , sed memori temperate tenete , meliùs esse tenuissimum iusti , quàm amplissimum peccatoris patrimonium ! Meliùs est modicum iusto super divitias peccatoris multas ,* <sup>Eecl. 5. 1.</sup> Sinite , ut extollant se modico tempore ; sinite , ut vos multùm excedant ; vos DEI legem sollicitè custodite , omnique Eum honore & reverentiâ prosequimini : *Pauperum quidem vitam degimus , sed multa bona habebimus , si timuerimus DEVM.* Hæc documenta ad imitationem Tobie filii vestris ingerite ; ac de cetero majorem animæ , quàm domus curam habete , conscientiam majoris facite , quàm contractus & commercia , DEVM potiùs , quàm mundum æstimate. Si autem , quod minimè credo , lucris parùm sinceris , modisque non satis æquis hætenus ditati estis , excutite quantocyùs noxias opes , mercenariis satisfacite , solvite debita , quæ hospitalibus , templis & Religiosorum claustris legata sunt , adimplete , & ne brevissimâ quidem temporis morâ æs malè partum retineate ? alias enim nil nisi vestrum interitum & hæredum vestrorum ruinam expectare licebit : *Ignis in domo impii thesaurus iniquitatis.*

# SERMO DECIMUS QUARTUS.

DIE IOVIS POST SECUNDAM DOMINICAM.

*Mortuus est dives, & sepultus est in inferno. Luc. 16.*

I.



Infernus! ô poenitentia! & quid tandem tot concionibus fatigamur? ô infernus! ô poenitentia! eligendum tandem est alterutrum. Adestne aliquis, qui infernum malit, quam poenitentiam? Quisquis ille est, manifestè prodit, se nunquam seriò ponderasse, quid sit tremendum illud: *damnari aeternum.* Hoc ipsum ergo, & solum & unicum, finite, vobis hodie no die demonstrem. O magne DEUS! in cuius manibus claves sunt, ad reseranda illa limina, quorum robori Jaspis cedit & adamas, illarum, quæso, usum brevi mihi tempore indulge; horrendum enim damnatorum carcerem aperite, & palàm spectandum proponere decrevi: nec tamen mihi animus est, quenquam eorum in libertatem asserere, aquas ignibus affundere, balsamum plagis imponere, aut eorum lamenti solatium asserere. Persistant miseri, poenasque iustissimas luant injuriarum, quas DEO intulerunt, nec enim clementiâ vel patrocini-

no digni sunt; dilacerent sese, indeant præ rabie ac suâ culpâ despicere. Unicum est, quod desidero, ne licet ullus Auditorum meorum, quæ tam tenerè diligo, huic carceri mancipetur, quem ideo spectandum exhibebo, ut palàm fiat, quantis quibusque suppliciis, qui gravis peccati reus se se sponte subiciat; satis erit, ostendisse, illud malum eligi, quod cur remedio caret, ubi non nisi doloris supplicium, torqueri & pati, & quibus aeternum, quæ est mali illius summa & extremè timenda proprietas.

II. Iustitia & misericordia sunt geminæ manus, quibus DEUS mundum hunc sustentat, & moderatur. Nisi igitur monstruosum eum esse fatigamus, manus istas in operando quales parisque potentia esse, fatemur, necesse est. Quis autem ignorat, Divinæ misericordiæ opera tanta esse, ut fidem propè omnem excipiant? Non ille solum injurias, à virilissima hominum facie sibi illatas, summa patientiâ tulit, sed eorum etiam amore mortem subiit, eamque tam ignominiosam, atrocem & abominabilem

bilem, ut illam plurimi scandalum, multi stultitiam appellarent. Quam rigidam ergo, immitem & inexorabilem oportet esse DEI Justitiam? *1.16. Effundens iram, ut ait Ecclesiasticus, secundum misericordiam: adeo quidem, ut quemadmodum, cum ostentat misericordiam, nescire justitiam videatur, ita cum exercet justitiam, omni carere misericordia videri possit.* Nemo ergo, hypotyposin inferni facturus, mihi porro memoret cimmerias loci illius tenebras, inexplicabilem horrorem, formidandos daemonum aspectus, enses, pugiones, rotas, sagittas, novaculas, torrentes sulphuris, plumbum liquatum, stagna glacie congelata, vasa aenea, craticulas, ferras, clavosque, subulas eruendis oculis, forcipes frangendis dentibus, pectines lacerandis lumbis, catenas ossibus atterendis, faces urendis visceribus destinatas; nemo mihi commemoret bestias, quae discerpant, fidiculas, quae nervos intendant, laqueos, qui gulam suffocent, venena, quae intoxicent; nemo catastas, equuleos, cruces, uncinos, & secures recenseat. Hæc gravia quidem sunt tormenta, sed ea tandem, quæ humanum quoque invenit ingenium, & tyrannorum rabies exercuit: tauros æneos Perillus, sedile ferreum Agatocles, cannas acutas unguibus infixas, durum sanè & atrox supplicium Ægyptii excogitarunt: Nero serarum exuviis indutos homines canibus objecit; Mezentius vivorum corpora cadaveribus tabe & putredine fluentibus alligavit; Titii vultures, sitis

Tantali, rotæ Ixionis, Sisiphi saxa, pænæ erant è Græcorum ingeniis profectæ. Hæc certè universa minimè sunt tormenta inferni, quia hæc non hominum, sed DEI sunt inventa ingenio, cujus sapientia immensa est, & infinita potestas; cum enim justissimo in reprobos furori indulgebit, justitiæ specimen dabit, *effundet iram secundum misericordiam*, palamque demonstrabit, grandem esse misericordiam suam, dum parcat, sed parem fore justitiam, dum castigat. Enimverò tales esse debent hæc pænæ, quæ omnem humanæ mentis aciem excedant, ut ex suppliciorum etiam magnitudine appareat infinita distantia, quæ debilitatem inter humanam, ac divinam Omnipotentiam intercedit: accedit, tantam esse offensæ gravitatem, ut nullum illam supplicium, quantumvis durum & inauditum, adæquet; quascunque ergo DEUS pœnas à damnatis exigit, nunquam peccator divinæ Justitiæ debitum ita expungit, quin debeat graviore. Cogitate ergo, quanta debeant esse ea supplicia, in quibus infligendis nec excessus, nec crudelitatis nota timeri debet aut potest: necesse profecto est, ut *pluat super illos DEVS bellum suum*, totamque pharetram sagittis, & armamentaria fulminibus evacuet, ut justitiæ, si non condignè, saltem congruè satisfiat: *complebo indignationem meam in eis.* Hæc cum ita sint, nemo vestrum in inferno, aut refrigerium, aut solacium ullum expectet; hi enim misericordiæ, & pietatis, non verò implacabilis Justitiæ effe-

effectus sunt, quibus solis in inferno est locus: *in inferno nulla est redemptio, nulla; nulla: ibi gemitus sunt, & suspiria*, ait Augustinus, *sed non est, qui misereatur; ibi dolor & planctus, sed non est, qui audiat.*

Serm. ad  
Erem.

III. In hac vita experimur, nullum esse malum sine lenimine, nullum vulnus sine balsamo, nullum toxicum sine antidoto: alia omnia damnati in inferno experiuntur; ibi adustio molestissima, sed deest malagma & unguentum, quod leniat; est sitis ardens, sed aqua deest, quæ refrigeret; fames canina, sed cibus nullus; qui restauret; tristitia profundissima, sed quies nulla, quæ sopiat; pudor & erubescencia intolerabilis, sed velamen nullum, quod cooperiat: utinam saltem mori, & tantis malis finem ponere liceret, mori, inquam, mori! sed hæc erit summa miseræ, ut Salomon ait: quod neque remedii tam trilltis & funesti spes ulla supersit, quale est, mori posse, & è vivorum catalogo exterminari: *non est illis medicamentum exterminii.* Mitridates famosissimus Rex Ponti, cum ad evitandam servitutis ignominiam non nisi per mortem viam sibi patere cerneret, poculum veneno dilutum exhaustit; cum autem stomachum antidotis assuevisset, impunè illud digisset, expertusque est miser, se inde nutrir, unde mors illi accersiri debebat. Ingemuit infelix Princeps, in eum se articulum redactum, ut nec mori sibi liceret: verùm ficti erant hi gemitus, & simulata infelicitas, si enim seriò mori statuisset, num mediâ ei de-

Sap. 1.  
24.

erant, id executioni mandandi: hæc quaerebatur de toxicis impotentia: num enim arma ad dissecandum parata, aut rektis ad frangendam pyloram, aut præcipitia ad vitam elidendam ei deerant? Quanta non mortis genera mare illi obtulit? quanta que lubebat irruere, Scyllæ & Charybdes præsto erant ad absorbendum Balenæ & Oræ ad devorandum quivis arboris truncus furcam, quovis spelæum feram, quovis furnus flammam, quovis mons præcipitium suspeditasset. Cum igitur non nisi innoxia & familiaria sibi venena mortem quæreret, manifestum est, non seriò desiderasse mortem, sed animi mollitie oprasse solum, quod est in morte blandum & utile, cupisse autem, quod est doloriferum & acerbum. Tunc ergo miser dolendi causam habuisset, si lucuberto vulnere animæ viam aperuisset, si gulam fune fregisset, si per alperurpem in præceps se dedisset, si mare se demersisset, si ferarum faucibus sese objecisset, verbo, si furas bestias, rogos, fluctus, præcipitia omniaque reorum tormenta tentasset, nec tamen mortem exorare, infelicem animam quâcunque adhibita violentiâ expellere potuisset: talem enim verò damnatorum esse sortem, cogitate, teste D. Joanne: *quærent mortem, & non invenient: erit tristissimus labor, & funestus conatus, qui damnatos totâ retro vitæ nitate occupabit, mortem omnino do quærere, & non invenire.* Etenim mors, mors ubi es? clamabunt in-

lice

lices; heu me miserum! ubi pugio ille, dicit Abimelechus, quo quondam licuit malis meis mederi? ubi rogos meus est, clamabit rex Zambrius? ubi restis & capistrum, subjungit Achitophel? qui fieri potest, ut in tam vasto pœnarum loco nulla vitæ extorquendæ sufficiat? quid agitis vermes, qui vorando nunquam devoratis? quid flammæ, quæ urendo non comburitis? Subinde omnem in partem conversi aspiciunt lacus sulphure & bitumine stagnantes, ac bullientes; eò avidissimè current, seque immergent, ut mortem ibi inveniant, sed non inveniunt. Inde novaculas tentabunt & gladios, molares & saxa, funes & laqueos; sed nequicquam: *querent mortem, & non inveniunt miseri, non inveniunt.* Hiantes draconum rictus impunè insilient, dirissimis leopardorum unguibus innoxie se objicient, omne tormenti genus sine mortis exoptatæ periculo subibunt: *luet, sunt verba Jobi, luct, qua fecit, omnia, nec tamen consumetur.* Achitopheli non deerit restis, nec Zambrio rogos, nec Abimelecho pugio, sed sola deerit mors, quæ summum eo in loco beneficium foret, ubi omne malum æternum est, & terminum nescit, seu natura mutetur, seu sæcula & ætates prætereant; verbo, ubi nunquam dolotis finis, nunquam, nunquam. Quis vobis ad ista sensus est, Auditores? an non pili vobis præ horrore insurgunt? *Cujus cor non concusiat, dicam cum S. Bonaventura; si consideres inferni pœnas, non solum intolerabiles acerbis-*

*te, sed etiam interminabiles aternitate? quis enim capere possit, quid sit pati & torqueri æternum, pati & torqueri æternum? & erit tempus eorum in sacula, dicebat David de damnatis: sed quid hoc sibi vult, in sacula? an fortè in pœnis perennaturi sunt, usque dum avicula, delibatâ quotannis unâ guttulâ, omnia mundi maria exhauriat? heu longè diutius? In sacula. Usque dum forsitan vermiculus, repetito quotannis uno morsu, omnes mundi silvas, & saltus devoret? Ah longè diutius; In sacula. Usque dum limax semel quotannis lentissimum passum promovens, totum terrarum ambitum peragret? Ah longè diutius! in sacula. Quid si totus orbis minutissimo repletus sabulo foret, & post quodvis sæculum tenuissimus pulvisculus auferretur; num miseri illi torqueri desinent, si tota sabuli moles ex uno in alterum orbem translata fuerit? nec hoc quidem; in sacula, in sacula. Quid si mundum universum è durissimo ære fusum fingamus, eumque intra unius sæculi spatium unico mallei ictu pulsari; an fortè pœnarum finis erit, cum totus mundus in pulveres conteretur? Nec isthoc satis; in sacula, in sacula. Fingamus porro, hominem damnatum post sæculorum myriadem, unam ex oculis lacrimulam fundere; an pati cessabit, ubi tantum effuderit lacrimarum, quantum aquarum habuit contactissimus, qui totum olim humanum genus universali naufragio submersit? Ah finem tandem figmentis istis statua-*

Psal. 90.  
16.



tuamus; puerorum sunt hæc similitudines: *in secula, in secula* damnati patientur, *in secula*, id est, absque numero, absque termino, absque limite, & absque ulla mensura.

*Judith. 16. 22. Dabit ignem in carnes eorum, ut comburantur, & sentiant: nōstis quamdiu? usque in sempiternum.* O tonitru horrendum, o sententiam formidabilem! an sola vox æternum ad permovendam mentem non sufficit? Rupes, antra, specus ubi estis? finite me intra viscera vestra concludam, ut omni deinceps lucis usurā, & humano consortio destitutus, perpetuò plangam, & identidem repetam, o æternitas! o æternitas! usque dum ritè penetrem & capiam, quid sit, damnari, & pati, *usque in sempiternum.*

IV. Experimur, etiam animi relaxationes, & delicias, si diu nimium durent, nauseam tandem & fastidium sui generare; unde & cœnas, & lusus, & venationes, & comœdias, & vocum symphonias moderatas esse necesse est, & non nimium diuturnas: ipse ego, dum æstivo tempore in Tusculo degerem, florida nonnunquam prata peragravi, ibique sub arborum umbra, inter mitis auræ tepores, rivulorum susurros, & luscinarum cantus procubui. O quantæ, clamabam in principio, deliciæ? sed paucarum horarum intercapedine animus subiit surgendi; certè si integram diem immoto corpore, atque eodem situ jacere compulsus fuisset, illæ ipsæ deliciæ, o quanta fuissent tormenta? cum sola id mente

cogitarem, jam fastidio erant luscinarum lusus, ingrati undarum susurri, molesta auræ frigora, fastidiosa umbræ, & flores spinosi. O quæ miseris damnatos! quantum illorum tormentum erit, dum non unius sed plurium ætatum & sæculorum spatio eidem foco incumbent, *in seculo ardente*, ut apocalypsis docet, verè stagno, ob spissitudinem, & ardente, ob terribilem ignis vehementiam; iisdem semper scorpiis cincti, iisdem serpentibus obvolvuntur, & ab iisdem draconibus infestantur, tantis annorum spatiis, ne semel quidem liceat respirare; nec erit, ut priano teste, unde habere possint, quando tormenta vel requiem, vel nem. Superi, quæ desperatio, quæ eorum furor, ac rabies erit? Mactent nocti, in qua concepti sunt ventri, à quo portati, uberibus, & bus lactati: *pereat dies: in qua concepti sumus, pereat nox, in qua concepti sumus.* Sed ululent miseri, quantum libuerit; illi enim verò sunt infelix populus, de quo Malachias, *populus cui iratus est Dominus usque in ævum.*

V. Id unum fortassis tantis in solatio illis esse videri potest, nocentios habere pœnarum, unde comperes auditi sunt dicere; & quid mirum? in inferno solus non eris? stulte! o amens! quid effutis? solus non eris? id tantò gravius tibi incidet. An solus esses in Carthagenorum aut Cappucinorum claustro, minimè certè; quin quot sociis, & angelis te stipatum videres, nec

men animus tibi suppetit, eorum te numero aggregandi: quomodo igitur infernum tibi mitiorem fingis, quodd ibi solus non sis? nunc quidem solatio est, ejusdem sortis plures socios nancisci; in inferno autem fallit hæc regula: ibi enim non aliter colligati sunt, quàm falces spinarum, quæ quò arctius se mutuo stringunt, eò pluribus sese puncturis mutuo vulnerant; sicut spina se invicem complectuntur. Hæc ergo tam numerosa societas nihil omnino adjumenti, sed plurimum ponderis, molestiæ, angustiarum, turbarum, & confusio- nis affert. Quanto ergo præstaret, esse solum? Enimverò ob rabiem & insatiabile odium, quo se mutuo persequuntur, copiam ac multitudinem expetunt, ut mutuis sese maledictis lacerare, ac torquere valeant: in ira Domini exercituum erit populus, quasi esca ignis; vir fratri non parceret, ait Isaias, unusquisque carnem brachii sui vorabit, Manasses Ephraim, Ephraim Manassen. Hæc autem malevolentia, & nocendi affectus virus & fel est damnatorum, non solatium, quia tam fatali se odio persequuntur, ut leve illis videatur omne malum, quod inferunt, vellentque semper inferre gravio- ra, eodem Prophetâ teste: & declina- bis ad dexteram, & esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur.

VI. Si tantum damnatorum in damnatos est odium, quanto non in dæmones exardescant, velut primos & præcipuos miseræ suæ Authores? O rem horrendam! cum experientur miseri, eos, qui olim tam fallaces

R. P. Segneri Quadragesimale.

erant, & blandi ad se tentandos, tam crudeles modò, & inexorabiles esse ad se torquendos, cumque se tam turpiter delusos videbunt, quas non diras in eos evoment, quibus convitiis eos proscindunt, quæ non mala iis impre- cabuntur? Et tamen, quod damna- torum furias ac rabiem summè auge- bit, capitalissimos suos hostes, Jobo teste, ante oculos sibi perpetuo obser- vantes intuebuntur: vadent, & venient Iob. 20. super eum horribiles, qui illos gravissi- mè torquebunt, tortisque impunè in- sultabunt; dæmones enim erunt dam- natorum carnifices, non autem dæmo- num damnati.

VII. Tolerabile videri possit hoc malum; gravius longè est, quod proponam; tandem enim & dæmones poenarum socios habent, estque solatii quædam species, una cum hosti- bus torqueri ac pati. Quid autem de Vatiniano & implacabili odio dicam, quo in Beatos feruntur? rabies enim verò dici debet, non odium, quia tam atrox erit & inexplicabile, ut in furorem, & furias non profuturas mi- seri agantur. Erigent illi per inter- valla oculos ad sedem Empyream, cumque viderint alios, impensis tam modicis tantam sibi parâsse felicitatem; ô quos ex imo corde singule- tus, quos stridores evoment? Joso- phi fratres, cum germanum viderent patri chatiorem, tantâ in innocentem invidiâ exarserunt, ut vitam ei extor- quere decreverint: venite, occidamus eum. Et quam tandem paternæ gra- tiæ prærogativam Joseph accepit? To- gulam polymitam, vultum blandio- rem,

Z

rem,

rem, & osculum suavius. Quis ergo animi sensus erit dampnatis, si tantà apud DEUM glorià sublimem viderint, non germanum & fratrem suum, sed forsan etiam inimicum, & æmulum, quem quondam aut despexerunt ut pauperem, aut ut stultum riserunt, aut mancipii instar neglexerunt? Hoc certè tormentum adeo illis grave & intolerabile videbitur, ut, si in eorum potestate foret, vel ad parem cum Beatis gloriàm ascendere, vel eos è cælis in pœnarum consortium deturbare, mallent, beatos secum apud inferos torqueri, quàm sese cum Beatis in cælo latari. Monstruosus quidem & exoticus videri possit iste animi affectus, facile tamen id credet, cui invidiæ indoles ritè perspecta est, quique novit, eam tam grave esse animi tormentum, ut nec Latomiæ Syraculanæ, nec Agrigentini carceres ei possint conferri? nam, ut bene ponderavit Cyprianus, reliquæ calamitates aliquod saltem solatium admittunt, invidia verò nullum: calamitas sine remedio est, odisse felicem. Docuit id nos DEUS ipse, cum Sacerdotem Heli ob filios degeneres, malèque educatos punire statuisset: quas enim minas ei intentatas censetis? an quòd fortunis, & proventibus spoliandus esset? an quòd prole sua orbandus, aut tota ejus stirps extinguenda esset? Nequaquam? sed videbis æmulum suum in templo in cunctis prosperis Israel. Eadem ratione, quid tandem erat, quod tantos huius rugitus & fremitus expressit, Saulemque in rabiem egit, nisi felicitas æmulatorum? Verùm quid

opus est, laboriosè conquirere hujus exempla? sistamus potius à Evangelico epulone, ac perpendamus, quàm de causa, cum inter inferni flammas aquæ guttulam linguæ ardenti refrigerandæ expetiit, à Lazaro sibi porrigi voluerit: mitte Lazarum. An non convenientiùs rogasset, ut se deportari, ubi Lazarus delictatur, quàm Lazarum eò descendere, ubi miser torquebatur: ut quid quietem illius turbari oportuit, qui in placido Abrahamæ sinu quiescebat? nolite mirari præposterum epuloni postulatum, respondet Petrus Celsologus, quod enim miser postulavit, non sensus præsentis doloris, sed non qui in Lazarum odii ei expressit: magis incenditur, quàm gehenna, quæque invidia, quàm flammâ committitur: non potuit nimirum appetere intuitu oculis gloriosum, quem quondam canibus suis viliorè despexerat, nec tam sibi à Lazaro refrigerium ferri, quam Lazaro à se molestiam torri desiderat: est grave illis malum, est incendium non ferendum, quæ hic habuere contemptui, videre felicem, ideo non se ad Lazarum, sed ad Lazarum vult deduci. Credidit ego, quod, si Lazarum præsentem habere licuisset, rabidi instar molossus, aut tauri indomiti in illum insisteret, & pro una aquæ guttulâ ignem ei torrentem reddidisset, ut totum Lazarum derivaret. Sed nequius quam te torques & clamas invidiosus: nec enim epuloni ascensus ad Lazarum, nec Lazaro descensus ad

Lib. de  
Zelo,

2. Reg.  
33.

epulonem unquam patebit : *chaos* magnum firmatum est. Quos non ergo dolores, quas animi angustias hi miseri patientur, cum viderint æmulos suos, ringente nequidquam inferno, æternum beatos? Hoc sanè tormentum erit, quod damnatorum ossa ipsamque medullam absumet: *Putredo ossium invidia.*

VIII. Sed superest adhuc aliquid, quod miseriam damnatorum immensum exasperabit: videbunt nimirum cælum ipsum damnis suis insultare, nec se Cœlitibus solum utriusque sexus, & mentibus Angelicis sed DEO ipsi ludibrio æternum fore: *Dominus iridebit illos*, ait sapiens: *Dominus subsannabit eos*, inquit David; *Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam*, DEUS ipse Ezechielis ore protestatur. Qui in lusu & aleis succumbunt, & molestissimè ferunt, si à circumstantibus ridentur, neque ita illis doleri jactura, quàm insultantium risus; unde non rarò accidit, ut prærabie admordeant aleas, chartas discerpant, alveolos & mensas subvertant, cum alius vindictæ modus non suppetat: quàm acutus ergo, quàm penetrans & pungens erit reproborum dolor, dum videbunt, æmulos suos, quorum gloriæ acerbissimè illacrimantur, ad miseras suas risu & cachinnis dissolvi? Hanc ego enim verò summam malorum dixerim, idque ipsum exemplo vobis demonstrare conabor. Placeat vobis, Auditores, antiquæ Romæ imaginem animo repræsentare, non illam triumphan-

tem & gloriofam, sed fumantem & à Nerone petulanter succensam: jam videre mihi videor, victrices ubique flammæ grassari, easque non inopum duntaxat tuguriis, sed Illustrium quoque palatiis dominari; jam turres sacularum aut Phari instar ardent, horrorem incendii latè diffundunt, jam ingentes ædificiorum moles subsidunt, fitque confusa lapidum congeries, ubi olim tot desudârunt ingenia, totque artificum manus lassatæ sunt. Jam cultissimas hortorum areas, & sæcunda fructibus pomaria victrix flamma depalcit; mox in publica granaria penetrat, ac prandio unico multarum æstatum sementem absorbet: pereunt doctissimæ pictæ penicillo imagines, & peritissimè elaborata cælo marmora; tantorum exercituum spolia, vexilla, signa, arcus, ac trophæa, inimicis quondam, aut victis aut fugatis erepta, velut vilem prædam, exterminatrix flamma consumit. Omni ex parte confusi infantulorum gemitus resonant, atque in materno sinu asylum frustra requirunt; sponsæ nuptiales vident ardere thalamos, sacerdotes Deorum aras dejici, Magnates cumulas diu opes absumi, cives dilectam sibi urbem sus deque subverti: atque adeo incendio latè serpente hic fugâ effusus in campos elabitur, ille antris & spelæis se abdit, hic ad fluminum littora occurrit, unoque quasi ore Tiberi suo omnes inclamant, jam, jam tempus adesse, ut extra riparum evolutus crepidines munimenta transcendat, & flammam restinguat. Roma

miseri! quis te in eum calamitatis articulum redegit? an barbaries Wandalorum, Gothorum furor, aut emissa è styge furia? Heu quid juvat originem mali tui è longinquo petere? Nero, Nero, calamitatis tuæ author est; huic supplicem te fieri oportet, hujus opem inclamare, ut, si adhuc remedio locus est, actutum opem ferat. Verùm cum diu miseri Neronem perquirunt, in eminente quadam & altissima Il-lum turri inveniunt, ubi grassantes flammæ, urbisque incendium, quasi per jocum contemplatur, confusos miserorum clamores ac gemitus lusu cytharæ temperat, eorumque malis amaro cachinno per ludibrium insultat. Quis jam satis explicet furorem, qui in afflictorum civium animis exarsit, dum vident, ardere Romam, & Neronem ridere: quæ non dicitur, convitia & probra in eum conjece-rint, quàm truculenta & furiosa consilia tractarint, quàm funesta in eum proposita animo designarint? Crediderim ego, plures desperatione adactos in medias sese flammæ præ-cipitasse, ne tam diro spectaculo superstitibus viverent, & nisi turrim, ubi exultans Nero tripudiabat, numero-sâ custodiâ cinctam vidissent, flam-mas ei certatim subiecissent, aut im-petu facto impactis eam arietibus di-ruissent, soloque æquassent, cum promptus catapultarum furor tunc ad manum non esset. Parem, imò lon-gè majorem magisque afferatam & inexplicabilem damnatorum rabiem esse cogitate: ardent illi in flammis, & incendio longè magis luctuoso

quod non compita illorum, domos que, & suppellectilem, sed animam. *ca ignis.* Quodsi oculos levant, DEUM, qui rogam illum accendi vident eundem (liceat ex damnato-rum sensu ita loqui) Neronem imitari, qui non solum eos solari, eorumque miseriis succurrere, aut compari non vult; sed potius *plaudis manus manum*, illisque contemptum insultat. Vos igitur judicate, in quam-biem, in quos blasphemus furor erupturi sint; nos ardemus, dicent, DEUS ridet! nos ardemus, & DEUS insultat! ô DEUS crudelissime! non potius vibrato fulmine nos feris quàm ut risu nos torqueas? *cal.* flammæ incendia, at lannis & dibriis abstine! ô risum plaudu-stro amariorem! ô voluptatem con-nibus tormentis nobis graviorum utinam profundior foret inferni ab-sus, ne DEUM ridentem cernere agamur! Heu nimium quantum capiuntur, qui DEI irati aspectum ve supplicium existimant; DEI dentis dicere deberent, DEI ridentis. Utinam montes nos tegant, dehiscens tellus à facie ista nos scondat! ubi sunt jam tenebræ illæ, quibus nobis intentatæ: quibus procella nebrarum servata est in aeternum? *63.* nox & densissima caligo! Heu nimis perspicaces sumus, cæci ad omnia, præterquam ad ea, quæ videre sup-plicium est.

Hunc in modum loquentur misera-biles illi, cumque Gigantum insula arma in cælum stringere non possint, rabiem

rabiam omnem in se ipsos effundent; *commanducabunt linguas suas pro dolore*, ut dicitur in Apocalypsi, carnes ad-  
mordebunt, capillos evellent, genas  
lacerabunt, & forsitan præ rabie infixis  
oculis unguibus sibi eruant, ne illum  
porro videant, cujus risu tam acerbè  
torquentur. Sed faciant miseri quod  
lubet; totà retro æternitate spectacu-  
lum hoc ob oculos versabitur, totà,  
inquam, æternitate. Roma, cum se  
à Nerone in cineres redactam videret,  
suam saltem è favillis & cinere, redivi-  
vi instar Phœnicis anastasin, palatia  
magis sumptuosa, & suburbana magis  
exculpta sperare poterat; damnati au-  
tem semper in ignibus ardebunt, ut  
ardeant, velut perpetuum Divinæ Ju-  
stitiæ holocaustum: *sumus tormenta-  
rum eorum ascendet per sacula saculo-  
rum*; & quidem sine ulla spe, ac mi-  
nimà solatii umbrà, cum videant,  
DEUM ipsum omnia misericordiæ  
viscera posuisse, nullà amplius eorum  
miseratione aut curà tangi, illasque  
Mosis minas in se impleri: *Sicut lata-  
tus est antè Dominus super vos, bene vo-  
bis faciens, vosque multiplicans, sic lata-  
bitur disperdens vos, atque subvertens.*  
Et hoc grande illud malum est, quo ma-  
jus infernus non habet, verè *Locus tor-  
mentorum*, quia ibi, velut in suo centro,  
sunt ærumnæ & dolor; ibi nullum  
omnino solatium, nullum, nullum, sed  
meritissimum pati, & meritissimum tor-  
queri. Claudamus jam infaustum hunc  
carcerem, & clave per Angeli manus  
in cælum remissâ, dicamus cum Emil-  
seno: *Va, va, va!* quibus hac prius ex-  
perienda sunt, quam credenda.

## P A R S A L T E R A.

IX. **A** Udivistis gravissima dam-  
natorum supplicia; ipsimet  
jam judicate, quantopere cuius elabo-  
randum sit, ut illa evadat: si enim  
Achab ad longè minores Elisæi minas  
ita cohorrui, ut regias vestes dilacera-  
ret, & cilicio indutus, ac cinere caput  
asperfus, rigidissimis sese jejunii exte-  
nuaret; quid vobis faciendum, quibus  
minæ longè graviiores intentantur?  
Non mirarer profectò, si tristi silentio  
inter planctus & lacrimas domum re-  
verteremini, mundo nuntium mittere-  
tis, & in religiosa claustra confugeretis.  
Illud autem attonitus miror, reperiri  
quam plurimos, qui profitentur, se vel-  
se ac cupere damnari: quanti enim  
sunt, qui intrepidè affirmant, se potius  
ad inferos ituros, quàm ut infame  
consortium deserant, aliena restituant,  
honorem læsum reparent, aut cum  
inimico reconcilientur? O quanti, O  
quanti! nunquid enim & ipsius Chri-  
sti ore novimus, latam & spatiosam  
viam esse, quæ ducit ad perditionem?  
Patrisis morti proximus erat Cancel-  
larius, ut vocant, Archiepiscopo in  
paucis charus; invisit ille ægrotantem,  
ac jamjam cum morte luctantem, pe-  
tenteque, ut, si divinitus id sibi permis-  
sum foret, præsentem se illi post mor-  
tem sisteret, ac de statu animæ læ-  
edoceret: promisit id datâ fide mori-  
bundus, & è vivis excessit. Post lap-  
sum unius mensis, dum in musæo stu-  
diis vacaret Archipræsul, ecce ami-  
cum præsentem videt, pulla veste in-  
dutum, & profundissimâ mæstitiâ ab-  
sorptionum.

forptum, Expavit ad hoc spectaculum Antistes, resumptoque animo, quid id locorum ageret, percunctatus est. Respondit spectrum, se fidem datam exsolvere, Deique jussu nuntiare, se ob superbiam & libidinem suam æternis flammis addictum. Explicari non potest, quantopere miseram amici sortem doluerit optimus Antistes; quæsit tamen, an nullus ergo veniæ locus, nullus eum juvandi modus superesset, mirari se hanc quæstionem, subjunxit alter, cum vulgo etiam notissimum sit, in inferno locum Redemptioni non esse: *Non est, qui redimat.* Id unum, addidit, scire cupio, quantum à morte mea temporis elapsum sit: tricesimus hodie, respondit Antistes, dies est. Dies tricesimus? cum gemitu replicavit damnatus, non plures? *Væ, væ, væ!* Et quid sibi gemitus iste & admiratio, reponit Archipræsul? O nos miseros! subjungit infelix, putabamus, vicinam jam esse judicii diem; *sicut enim nix ruit de celo, ita anima confertim ruunt in infernum.* His dictis horrendum infremens disparuit. Audistis, Christiani charissimi! ut nivium flocci, ut nivium flocci, sic animæ descendunt in infernum: quàm justam ergo timendi causam habemus, ne vel una, vel unus præsentium infelicissimum aliquando eorum numerum augeat! *Vera nimirum est Isaïæ Prophetæ assertio: Dilatavit infernus animam suam, & aperuit os suum absque ullo termino: ecquis eorum numerum inecat, quos indies absorbet, absque ullo termino, absque ullo termino?*

Isa. 5. 14.

X. Quid ergo hodie faciendum mihi superest, quàm gemino lacrimarum torrente deplorare animas, quæ hiantes Tartari fauces pedem non trahunt, sed temerariæ & amara ultrò in flammis insiliunt. Ab istius gressum infortunati, & priusquam tu præcipiti in profundum abeatis, nite vos Isaïæ verbis interrogem: *Quæ ex vobis poterit habitare cum ardoribus sempiternis?* Nec acûs puncturam ferre potes; an securium æteream carnificinam sustinebis? Quid respondes, si homo delicate, & commodorum studio sissime? *poterisne habitare cum ardoribus sempiternis?* Iquallorem, fatoremque mendici præsentis ferre non poterisne sustinere cloacas illas fastidissimas, quarum halitus pestilens æternum te suffocabit & affliget? Et quid ais, Sacerdos vecors, ac negligens? *poterisne habitare cum ardoribus sempiternis,* qui nec horulæ spatium modicum corporis compositione Divinis officio assistere potes, quin oculis evagantibus & effusæ garrulitati fræna permissa poterisne æternis ætatum ac sæculorum spatiis affixus hætere, non dicam ferre dolata nuce affabrè levigato, sed quæleto ferreo & lecto igneo? Quid tibi cis gastrimarge? quid maledice, ac libidinose? quid respondes juvenis dilibute, cupiditatum tuarum vile manipulum? *Poterisne habitare cum ardoribus sempiternis?* Ah! quis ex vobis poterit quis tandem? Verùm quid de aliis fusè peroro? Date veniam, ut me ipsius potiùs interrogem, me miserandum religiosum quidem, ut vestis loquatur, sed ad eò parum mei potentem, non

impatientem, tam vanum, de agenda pro peccatis meis poenitentia tam parum sollicitum? Si tædet, ea modico tempore ad Domini pedes deplorare: si proprii commodi studiosus; si popularis auræ & gloriolæ sum avidus; quomodo miser æternitate totâ ad pedes Luciferi jacebo? hic enim locus mei similibus destinatus est, illis nimirum, qui cum ex munere, quod profitentur, alios debuissent bonos efficere, exemplo tamen & factis minimè respondent. Misericordiam, Domine! misericordiam! Nemo nostrum est, qui tantis ærumnis ferendis par sit: Peccavimus, Domine, peccavimus, confitentes habes reos: *Peccavimus, impiè egimus, iniquè gestimus, in omnibus justitiis tuis!* Non petimus, ut flagella suspendas, castiga Domine, castiga; promeremur equidem: *redde retributionem superbis.* Sed id unum per immentam, quâ polles, clementiam deprecamur, ab inferno nos serua! O inferne! inferne! Hoc unum supplices te Domine poscimus, non per merita nostra, sed per sudorem tuum, & sanguinem, ne illuc detrudamur: *Corripe nos Domine, verumtamen in iudicio, & non in furore tuo.* Ecce nos promptos & paratos ad omne, quod placuerit, supplicium hac in vita exantlandum: hic puni, hic afflige, hic percutite, *Hic ure, hic seca, ut in aeternum parcas.* Immitte ignominiam, *ut in aeternum parcas;* immitte morbos, *ut in aeternum parcas;* obtrude nos malis omnibus vitæ præsentis, *modo in aeternum parcas, modo in aeternum parcas!*

Quid autem faciendum nobis restat, Auditores, ut hanc à DEO, & quidem offenso, gratiam certius impetremus; Poenitentia opus est, poenitentia! oportet moderari lusum, lascivix terminum statuerè, ad pedes Sacerdotis noxas deponere, lacrimis abluere, reparare jejuniis, elemosynis redimere: hoc sufficit. Et quispiam vestrum est, qui hoc exequi renuat, qui repugnet, qui recuset? Hoc enim verò DEUS avertat! Ego certè ad cælum conversus, protestabor me partibus meis fecisse satis; quid enim amplius possum? Scientia me deficit quâ vos efficacius moveam; omnes propemodum spiritus, vires omnes insumpsi, & inter sudores lassata pene vita fatiscit. Quodsi etiamnum est, qui post hæc omnia insanus ultrò perire eligat, eja, indulgeamus ipsi id gratiæ; pereat! *Intereat in seculum seculi!* cadat in sensum reprobum, ad libitum modò rideat, insolescat, iuduretur, gaudiat ad mortem usque! & si vel tunc errorem suum agnoscat, nihil illi hæc notitia proffit; clamet tunc infelix, tu autem, ô cælum, obturatas aures occlude: moram & inducias petat; tu eas nega & pernega: misericordiam roget; tu obsurdesce: sine, obsecro, sine, pereant pro meritis; neque enim te digni sunt: *In tempore furoris tui abutere ferem; eis.* Quodsi gratiarum tuarum cornu effundere placet; Auditores, quæso, istos sereno vultu dignare, qui delictorum suorum veniam supplices implorant; fac ut in eorum animis contritio velut mare exundet, cum videam teneri doloris lacrimas oculorum ripas pau-

Ps. 91. 9.

18. 23.




paulatim jam egredi: exaudi preces eorum, admitte libellos supplices, ut videant & experiantur, posuisse te in manibus nostris ignem & aquam: *Ap- posui tibi aquam & ignem.* Quid porro superest, quàm ut quis eligat: *quod volueris, porriges dexteram, ut plangendum nimirum cum prænitibus: Ecce aquam!* aut ardere cum *damnatæ æternùm, Ecce ignem!*

## SERMO DECIMUS QUINTUS.

DIE VENERIS POST SECUNDAM DOMINICAM

*Malos malè perdet.* Matth. 21.

I.  Rgone suggestum hodie concendendum, ut tristia huic civitati denuntiem, quæ fausta omnia promeretur? Avertat hoc à me munus propitium Numen! quodsi tamen Tibi placuerit, ut Jonæ vices agam, cur non potius in Niniven, aliamve civitatem sceleratam me ablegas? illuc promptè volabo, intrepidè nuntiaturus, quidquid dirum & ferale imperare placuerit: Cùm autem ad civitatem Catholicam mittar, quid aliud, nisi omnem felicitatem, vitam longævam, cælum propitium, & messem lætam illi augurer? Id quidem mihi unicè esset in votis. Video tamen gravissima ubique scelera dominari, & ideo non vanè metuo, urbs chara, ne tu quoque Divinum in te furorem provocas; jubeor enim palàm hodie tibi denuntiare: *Malos malè perdet.* Non attendit DEUS, aut generis antiquitatem, aut progenitorum merita; quinque reus est, seriùs aut citius nas delicti sui feret. Quænam, & secro, civitas gratior DEO est Hierosolymâ? nunquid illam, sicut dilectam sibi vineam sollicitè coluit, in amantissimis Palestinæ montibus plantavit, legem suam circumdedit, & protectio- nem suâ velut muro cinxit? nunquid vineam præsertim spinas, quibus tantum suffocabatur, vicinas nimirum gentes, Cananæos, Amorrhæos, & Philistinonitas, radicibus sustulit? nunquid celeberrimum in ea Templum, de quo scriptum est: *Quis speculam posuit?* nunquid Altaria velut Vino & Sanguini destinata, & cularia erexit? *quid debui facere in domo mea, & non feci?* Verùm in quo tempore tu hodie famosa illa civitas sit, ita videte! periit omnis decor illius, & que nullâ aliâ de causa, quàm quod *Malos malè perdit.* Verum, quid mirum, si que repetitæ, dicent nonnulli com- credulis Israëlitis, *Non venit super nos malus*

malum : *Propheta fuerunt in ventum locuti* ; puerorum hæc sunt terculamenta : eja rideamus hæc pericula , & genio alacriter indulgeamus ! Sed nunquid super gentem hujuscemodi non ulciscetur anima mea , dicit Dominus ? O gentem contumacem & duræ cervicis ! utinam Christiani Hebræorum damno saperent ! utinam non è nostro quoque numero forent quamplurimi , qui dicant : *Non veniet super nos malum , non veniet*. Decevi igitur hodie confundere incredulos hosce , ipsique Dei nomine denuntiare , quòd , si minarum tonitruis non moveantur , acutum fulmina sint experturi.

II. Inter maxima , si mea me non fallit opinio , Divinæ in nos misericordiæ argumenta censeri meritò debent comminationes , quibus terrere solet peccatores : certè voluntatem ferendi non habet , qui diu minatur ; minæ enim , ut acutè non nemo observat , pro clypeo serviunt , quo reus se tegat , suæque salutis maturè consulat ; si enim DEO volupe esset , nos punire , fulgur fulmini non præmitteret , ut advertit D. Augustinus , *si nos DEVS nosse punire veller , non nos tot ante sæcula commoneret , invitus quodammodo vindicat , qui , quomodo evadere posimus , multo antè demonstrat : non enim te vult ferire , qui tibi clamat , Observa !* Et lanè vix unquam DEUS severius in genus humanum animadvertit , quin Prophetas suos præmitteret , qui cladis futuræ nuntium ferrent , ac peccatores monerent , ut iectum declinarent. Cum Jerosolymam hostibus in prædam dare vellet , præcepit Isaïæ , ut

nudus civitatis compita obambulet ; eum populo Judaico ignominiosam servitutem & captivitatem minaretur , Jeremiam præmisit , vinculis & catenis onustum , cum famem extremam ,

quæ oblessis Solymæ civibus imminabat , denuntiare veller , Ezechieli præcepit , ut trecentis nonaginta diebus unilateraliter incumbens , non alium cibum admitteret , quàm sicca boum excrementa. Verissimè propterea dixit Regius Psaltes : *Dedisti metuentibus te significationem , ut fugiant à facie arcum , & liberentur dilecti tui*. Et tamen , quis credat ? his omnibus mediis obtinere DEUS non potest , ut homines terri se patiantur ; imò quò magis & crebrius DEUS ingeminat , *Malos malè perdet* , tantò liberiùs & impudentius eum offendunt , quasi impressum cordi charactere indelebili gererent stultum illud effatum : *nisi videro , non credam*.

Quis autem incredulitatis istius tandem est fructus , nisi quod iritet DEI patientiam , cogatque mittere fulmina , quæ intentat. Hæc certè incredulitas mundum diluvio demersit , dum Noëmum prophetantem ridebat ; hæc in lascivos Sodomitas sulphureos imbres depluit , dum Lothum meliora suadentem ludibrio habebant ; hæc contumaces Ægyptios Erythraei maris fluctibus involvit , dum ominosa cæli portenta obstinati spernebant ; hæc in deserto innumerabilem populi stragem fecit , dum Moysis minas contempnit ; hæc ad Bethulæ mœnia Assyrios delevit , dum Achiozem imminens exitium denuntiantem , cum fastu & indignatione repellerent. Faxit DEUS Auditores ,

tores, ut non nostrâ quoque ætate calamitates, quas patimur, incredulitas ista pariat, nôsque DEI flagellis exponat: certè non defunt, qui animum ad omnes minas protervè obfirment, dicântque, *non veniet super nos malum, non veniet super nos malum!* Et quibus tandem signis persuaderi te patieris, ô peccator, ut credas DEUM è cœlo spectare flagitia tua, gravissimè illis offendi, & jam parare ictum, quo te feriat? an propriis fortè oculis intueri cupis, quomodo intorqueat fulmina, quæ minatur? Satis igitur tristi hoc spectaculo, si lubet: neque opus est, ut ad antiqua tempora mentem reflectas, satis erit præsentem ætatem contemplari; præsentia enim fortiùs movent, quàm longè petita.

III. Dicite, quæso, nunquid nostrâ etiam ætate palàm ostendit DEUS, minimè vanas esse minas, sed vanissimam potiùs esse spem, quâ nos ipsos lætamus, *non veniet super nos malum?* Quis non videt stagnantes passim sanguinis rivos, ossium cumulos, & cadaverum acervos? an non militaris furoris velligia ubique impressa apparent? an ullum Europæ Regnum, Provincia, Principatus, aut Civitas est, quæ non ad portarum suarum limina tristes tympanorum strepitus, tubarum fragorem, tormentorum currulium tonitrua exaudiit? Nec Italiæ, nec Hispaniæ, nec Franciæ, nec Alemanniæ, nec Belgio, nec Angliæ, aut indulgere otio, aut securos ac tranquillos somnos ducere licuit. Quot non animas universali hoc tumultu de statione vitæ dejectas esse existimas? quis illorum

numerum ineat? sola primæque huius expeditio in Ostendæ expugnatione octoginta millium interstetit: atque hinc cogitare facile est, quanta hominum strages in reliquis passim orbe, tot in conflictibus, contentione & pertinaciâ repetitis, facta. Sed quid præterita commemoro, eaque negligo, quæ oculis manibusque palpamus? quot prædia nunc vastata & deserta? quot parvissimi virentia, nunc inculta, arida & steresta? quot agros & oppida inhabitata, quæ numerosis olim incolis floribus, quot civitates, olim magnificas & perbas, nunc dirutas & desolatæ. Quid aliud hæc tristes rerum facies quitur, quàm impletum esse illud vitici: *Si spreveritis leges meas, venabo super vos gladium, eriguntur vestra deserta, & Civitates vestrae ruitæ?* Et etiamnum miser dicis, *veniet super nos malum?* Leva dumtaxat oculos, & vide tot hostiles populorum motus, quibus Germania, Lætania, Catalaunia, Anglia, Neapolitania, Polonia agitantur: hic in sua fisco addicta queritur, alteri in ptos honores, hic ademptam libertatem, ille dejecta sua palatia, alii in jacturam, alii memoriam quoque in perpetuam infamiæ notâ lætam deprecant. Quo alio, quæso, sæculo videntes magis pertinaces, aut conjurationes magis frequentes, aut deprædationes magis injustæ, aut homicidia magis barbara, aut crudelitatis exempla magis nefanda sunt visa? An mitius hostis actum cum Italia nostra?

altâ etiamnum mente reposita est desolatio Montisferrati, depopulatio Mantuæ, & Calamitas Taurinensis: si quis verò pedem porrò proferat, & curiosius exploret; quid in aliis orbis partibus Orthodoxi ab hæreticis, ab Ethnicis Christiani, & quod longè pejus est, Christiani ipsi à Christianis passi sint; certè præ horrore pilos sibi capitis erigi experietur: videret enim impressa in amœnis Poloniæ campis trecentorum ferè millium, Tartarorum & Turcarum, Sultano Duce, tristia vestigia, quamvis omnibus Turcis & Tartaris immanis ipsimet postea Poloni in seiplos sævierint, ut nihil dicam de damnis, quæ rebelles superbiq̃ue Cosacci finibus illis intulerunt. Infelix Germaniam adhuc in sinu tuo fumant reliquæ grandis illius incendii, à jurato inimico, Rege Gustavo excitati, qui fulminis instar Provincias tuas pervagatus, Herbipolim, Bambergam, Moguntiam, Augustam Vindelicam, Franconiam universam, Sueviam ac Palatinatum subjugavit, vastavit. Turca ipse occupato Varadino, Nitriâ ac Novarino, totque aliis Hungariæ propugnaculis, in nova identidem Christianorum damna intentus est, & si vota succedant, nil aliud agit, quàm ut plures indies vasallos & mancipia in ignominiosam servitutem abstrahat, & victrix Luna toto passim orbe triumphet. Hinc novis continuò excursionibus finitima nobis maria, portus nostros depredationibus, & novis terras nostras extorsionibus infestat. O si Candia, jugo barbaro pressæ, planctus & la-

menta ad nos liceret transmittere, quas non lacrimas ex oculis nostris cieret? An ullum unquam sæculum fuit, quod tantos vidit Principatus venales, tot Principes captivos, aut exules? Quæ ætas tantum crudelitatis portentum tulit, quantum Anglia nuper peperit, dum Regem suum, longa progenitorum serie gloriosum, ferali in pegmate carnificis securi subiecit, eamque potestatem subditi in Principem suum usurparunt, quam totus hæcenus orbis ignoravit? & adhuc dicimus: *Non veniet super nos malum?* Sed forsitan, qui ferrum evasit, etiam fami subducere se potuit? Heu video, quod cum Jeremia exclamare possim: *Si egressus Ierem. fuero ad agros, ecce occisi gladio, & si 14. 18. introiero in civitatem, ecce attenuati fame.* Loquantur id tot tantaq̃ue familiarum, multorum annorum calamitatibus extinctæ, tot communitates desolatae, tot ubique mendicabula, & hominum umbrae. Et quasi hæc annonæ caritas satis non foret, ipsi etiam cælum in hominum exitium juravit: An non enim paucis ab hinc annis Budæ civitate Hungariæ liquato plumbo pluit, ut impleretur ad litteram illud Deuteronomii: *sit cælum, Deus. quod supra te est, aneum, & terra, 28. 13. quam calcas, ferrea.* Contrariis omnino eausis ad patriæ nostræ flagellum, terræque sterilitatem inducendam Deus est usus, dum horridæ aquarum eluviones agros & prata vastarunt, ac sementem in flore suffocarunt; unde plebs misera fame emarcuit, victusque inopiâ ad terræ culturam, cæterò que labores inhabilis facta est. Ipse ego in

civitate mundi domina, publicis in compitis, inopes & mendicos exspirare vidi quàm plurimos; hos gelu obrigescens, illos fame prostratos, & licet profusa multorum charitas in subsidium properaret, miserorum tamen infinitus numerus opitulantium misericordiam plurimum superavit. Quid de aliis terris, pagis & oppidis dicam, ubi tantundem miseræ, minus autem auxilii suppetebat? An non Divinum illud Oraculum in nobis impletum est, *Percutiet te Dominus egestate & frigore; & populi erunt projecti in viis pro fame?* & adhuc dicitis: *non veniet supra nos malum?* O cæcitatem! quæ ad tot contagia, pestilentiam, epidemiam totâ Europâ diffusam, aperire oculos noluit: & fortè calamitatum istarum nuntius fuit datus ille, & feralis comes, qui nostrâ memoriâ integrî mensis spatio cæli stationem occupavit? illius certè tristi præfagio adscripta est mors summi Pontificis, geminorum Regum Hispaniæ & Succiæ, Filii Imperatoris, Matris Augustæ, Magni Turcarum Sultani, aliorumque Principum, qui intra anni spatium in libitunæ censum venerunt. Nec tamen ego crediderim, has Cæli linguas Principibus solùm infausta nuntiare, uti rudis plebecula & communis plerumque sensus interpretatur, quasi verò vulgus ab his DEI minis immune foret: nunquid enim illico vidimus, post fatalis illius sideris occasum pestem illam invaluisse, quæ tot florentissimas Europæ partes absumpsit, & etiamnum absumit? gemunt etiamnum miseræ matres liberorum orbitatem, viduatos thalamos, & sponfos præcoci fato sublatos. Quàm triste fuit spectaculum, vix urbes paullo antè florentes, populi summaque rerum copiâ affluentes nunc autem squalore obfusas, vixitum planctibus resonantes, & in solitudinem redactas: quacunque te intueres, nil nisi infirmos sine remedio moribundos sine solatio cerneres, & effusa cadaveribus onusta, matrem velut in triumpho passim circumvehebant, quanto magis pallidam, quanto minus sua damna erubescens nulla domus erat, quæ non aliquo tributum solveret; hic amicos, filios, hic conjugem, ille sororem re coactus est, nescius, an non ipsa vesperi sequeretur, quos sub ætæo tumultu intulit. Vultis scire, primum hæc pestilens lues triumphum ducere cœperit? Sicilia prima crudelitatem ejus excepit, inde Italiæ strâ est superfusa, quæ belluæ insatiæ integri millionis pabulum nequicenti objecit: tum Franciam, Hispaniam, Dalmatiam, Sardiniam, Corsicam, Candiam porrò & Angliam, Peniniam, Catalauniam peragravit, in quibus mortalitatis vestigia, haud alia quàm post naufragium tristes tabularum & navium reliquiæ etiamnum parent, ut impleretur ferale illud Divinum augurium, *Augebit Dominus plagas vestras, plagas magnas & persequent, infirmitates pessimas & perpetuas desertaque sient via vestra.* An etiamnum obstinati solenne illud occurrat, *non veniet super nos malum?* deservitne plura adhuc testimonia, quidam *vos male perdet?* Placetne videre terra,

Deut.  
28. 22.  
Jerem.  
14. 16.

undarum eluvione haustas? interro-  
ga Flandriam: prata & campos flam-  
mis absumptos? Neapolim vade: po-  
pulos integros terræ motibus sepultos?  
Calabriam inspice. Quàm tristia spe-  
ctacula in harum Provinciarum thea-  
tro cum totius retrò posteritatis hor-  
rore exhibita sunt? prodigiosi cine-  
rum imbres, immanium saxorum  
grandines, torrentes bituminoso sul-  
phure stagnantes, rivi ignei & bul-  
lientes, domuum ruinæ & strages,  
bestiarum interitus, & quid dico be-  
stiarum? dicere debebam populorum,  
dum unicus hiantis terræ rictus mul-  
ta hominum millia absorbit? Nun-  
quid id recens Epidauri & Arimi-  
ni strages demonstrat? uterque hic  
populus nil minus tunc timebat,  
quàm id, quod ei subito accidit; eme-  
bant, vendebant, mercaturæ & lu-  
cris operam dabant, credebantque &  
ipsi, felix lætū nque Pascha se cele-  
braturos: sed heu! quàm triste illud  
& funestum utriusque illuxit! subito  
enim concussa sub pedibus tellus tre-  
mebat, nec terram miseri inveniebant,  
cui tuto niterentur; è penatibus in-  
patentes campos, & campis iterum in  
domos confugerunt, ubique tamen  
sub pedibus terram hiantem, immi-  
nentem capiti mortem, & obversan-  
tem ante oculos tumultum habuerunt:  
an non in his miseris populis adim-  
pletas videmus minas illas divinas:  
*timebis nocte & die, & non credes vi-  
ta tua, manè dices, quis mihi det ve-  
esperum: & vespere, quis mihi det ma-  
nè? propter cordis formidinem, quâ  
terreberis; eja agedum! dicite teme-*

rarii: non veniet super nos malum,  
non veniet super nos malum! que e-  
nim narraui, oculis propriis usurpa-  
stis, aut publicis in factis legitis, aut  
ex innumeris testibus didicistis, sunt-  
que centenis famæ buccis adeo divul-  
gata, ut illa scire, honorificum non  
sit, ignorare autem summè ignomi-  
niosum.

IV. Verùm ó me fatuum! qui ad  
confundendam incredulitatem ve-  
stram tantum laboris insumpsi; an  
non enim cæcum esse oporteat, qui  
tot flagella non videt? Perperam di-  
xi, vos non credituros, nisi videatis;  
dixisse debebam, vos non credituros,  
etsi videatis. Et hic est ipsissimus  
incredulitatis excessus, Jeremiâ teste,  
*flagellasti eos, nec voluerunt credere:*  
quasi diceret, ecce genium peccato-  
rum! quamdiu minas duntaxat au-  
diunt, rident, exhibilant, dicuntque  
nisi viderint, se minimè credituros;  
ubi vero supplicii fulmen eos ferit,  
persistunt in contumacia, neque cre-  
dunt, quod vident: *flagellasti eos, nec  
voluerunt credere.* Sed quomodo id  
fieri potest, Propheta sancte? an non  
flagelli ictus vident, palpant, experi-  
untur? ecquomodo ergo non cre-  
dunt? dicam, dicam: *negaverunt*  
*Dominum, & dixerunt: non est ipse.*  
Sentiant enim verò flagellum, & a-  
trox quidem; negant tamen, esse  
flagellum DEI; non credunt,  
DEUM esse, qui bella immittat, fa-  
mem, pestem, eluviones, incendia,  
turbines, terræ motus; *negaverunt  
Dominum & dixerunt: non est ipse.*  
Venite, & demonstrabo palàm, quod  
A a 3 dico:

dico : sensit enim verò prodigiosas calamitates Rex Pharaeo , palpabiles nimirum tenebras , insolitas grandines , muscas infestas , locustas immites , molestissimas ranas , plagas hominibus ac pecoribus exitiales ; celeberrimi , quique totius regni incantatores & arioli consulebantur , num creaturæ alicui , aut diabolicæ potentia hi effectus adscribi possint : cùmque omnes cum Rege purpurati fateri cogentur : *Digitus DEI est hic* : num cessit Pharaeo , num se se submitit , ac fidem dedit ? quin conceptam semel opinionem mordicus tenuit , omniâque Moysis prodigia , non nisi præstigias & maleficia interpretatus est. Tanta est peccatorum in cognoscenda ferientis DEI manu contumacia , qui tamen omnis nostræ calamitatis est author. Ego non dixerim , etiam Christianos ad similem Pharaoni mentis duritiem pertinere : verum quàm difficulter ipsi etiam percussi manum percutientis agnoscant , vos ipsi nôstis. Ingressus ovile vestrum lupo , & gregem devorat , id custodis negligentia abscribitis : rapax domi vestrae flamma exoritur ; vicini incuriam accusatis : lenta febris depascit viscera ; medicorum imperitiâ tribuitis : bella ferè omnia aut Principum avaritiâ , aut regnandi , dominandique libidini , aut subditis jugi impatientibus adscribitis ; camporum devastationes , civitatum deprædationes militum licentiâ , profligatos exercitus & strages ducum ignaviâ , navigiorum interitum & jacturam mercium epibatarum væcordiâ , tributorum extorsiones , &

oppressiones populi Ministrorum pacitati , ruinas patrimoniorum , ac res perditas Judicum iniquitati & injustitiâ adscribitis. Novam etiam verborum nomenclaturam , informem nimirum , casus & fati excogitare præcipitari è rupe , undis submersis flammis comburi , opprimi ruinâ , fortunium dicunt , aut casum ; quæ ipsas etiam stellas , velut calamitates nostrarum auctores accusant , & nolunt illas creaturis sensus expectibus , quàm Divinæ Providentiæ ascribere. O cæcitatem , ô stultitiam , ô deliria hominum improborum ! qui cum DEI flagella negare non possint , DEUM tamen contra Authorem negant : *flagellasti eos , noluerunt credere , negaverunt Dominum & dixerunt , non est ipse.*

V. Ah ! non decipiamus nos ipsos Auditores ! gravissimus iste , & incumanus est error. Nec mihi in de stellis est sermo , quæ ad summa signa quædam , & quidem erroris & noxia , non verò causæ sunt eorum effectuum , qui à libertatis nostræ studio dependent , ut sapienter monuit Jeremias : *à signis cali nolite merrere , qua timent gentes.* De reliquis modò creaturis loquor : nunquid probè scimus , has omnes nihil aliud esse , quàm Divini furoris instrumenta ? *virga furoris Domini , & calculus , ipsa sunt* : quis ergo hic error est , virgam aspicere percutientem & manum percussoris non agnoscere ? quis adeo stupidus est , ut ab inimico vulneratus dicat , gladius me vulneravit , non hostis ? quis infans

Exod. 8.  
19.

ludi moderatore percussus, queritur, se à virga percussum, non à moderatore? quis reus, Principis sententiâ ad mortem damnatus, carnifici eam potiùs, quàm principis sententiâ tribuit? Cur ergo, si à DEO corripimur, DEUM pœnæ autorem agnoscere recusamus? *Dicimus, non est ipse.* Stupidos nimirum canes imitamur, qui saxum admordent, quo impetiti sunt, non manum projicientis. Vultis, dicam, quod sentio? dicam enimverò. Hoc totum haud alio fine facimus, quàm ne delicti nostri gravitatem agnoscere, vitâque in melius mutare cogamur; quâdiu enim mala, quæ patimur, alienis causis adscribimus, tamdiu culpam, propter quam castigamur, non apprehendimus, nec irritati Numinis manum, à qua vapulamur, reveremur, atque adeo sensim exuimus timorem illum à natura ingentum, quòd DEUS mundum gubernet, actiones nostras arbitretur, omnia singillatim flagitia consignet: & hic ipsissimus timor est, quem peccator è corde suo radicitus evulsurum veller, juxta illud Prophetæ Regii: *dixit insipiens in corde suo, non est DEVS: ubi voci DEVS, hebræo Idiomatico respondet vox Eloim, quæ arbitram, Judicem, & ultorem sonat; quasi dicat insipiens in corde suo, non est ultor: molestissimum enim est peccatoribus DEUM credere, non quòd providus sit, aut benignus, sed quòd sit severus culpârum censor & vindex: hæc illos cogitatio torquet & cruciat, atque ideo ut se molesto hoc aculeo liberent, æ-*

rumnas, quas in delicti sui pœnam patiuntur, non DEO, sed homini, fortunæ casui, aut stellis adscribunt, *flagellasti eos, nec voluerunt credere, negaverunt Dominum, & dixerunt, non est ipse.*

VI. Et quomodo, quæso, fieri posset, nos fide firmâ credere, Deum ob culpas nostras tam severè in nos animadvertere, & tamen multiplicare culpas, propter quas castigamur? *ecce irrogantur divinitus plaga & nulus DEI metus est, liceat cum Cypriano lamentari, ecce verbera desunt, & flagella non desunt, & nulla metria.* *Ad De.* *trepidatio est, nulla formido.* An non quotidiana hoc experientia probat? quàm pauci sunt, quos præsentium etiam calamitatum sensus vel hilo meliores reddat? dum pestis & morbi grassantur, crescit morum dissolutio; dum fames sævit, invalescunt injustitiæ, & usuræ, inter bella & hostiles tumultus dominatur libido: *ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis urbibus vestris, ait DEUS per Prophetam Amos, & non estis reversi ad me, dicit Dominus, prohibui à vobis imbrem & non rediistis ad me; ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in naves vestras, & non rediistis ad me, dicit Dominus.* *Amos 4. 6.* Nostilne, Auditores, quò potissimùm tempore Rex Balthasar solenne illud, imò sacrilegum convivium celebraverit? *Balthasar Rex fecit grande convivium optimatibus suis.* *Dan. 5. 1.* An forsitan dedit epulum nuptiale, aut magnorum Principum adventum eâ pompâ honoravit? an stabilita pax, an populi subjugati?



jugati? Nequaquam, sed, Hieronymo teste, ipsissimum illud tempus erat, quo à Cyro arctissima obsidio-

*In Dan. 5.* ne premebatur, in tantam venerat Rex oblivionem sui, ut obsessus vacaret epulis: tunc ille inter scortorum ac concubinarum turbam ebrietati in vasis sacris, è templo sacrilegè ablati, litabat, & neglectis miserorum civium clamoribus, qui è murorum pinnis ruebant præcipites, bibebat vinum, & laudabat Deos suos aureos, & argenteos, aeneos, ferreos, ligneos, & lapideos, Quam funestum & triste fuit, videre aquas diluvii toti terrarum orbi ad ejus turpitudinem abludendam superfusas, & tamen eo etiam tempore Noëmi filius de impuris voluptatibus cogitabat. Quàm ferale spectaculum, videre diluvium illud igneum, quod Sodomam ad execrandam libidinem castigandam consumpsit, & tamen tunc non deerant geminæ Lothi filiæ incestuosæ, & infames. Sed ne alienis miseriis insultemus, cum proprias deplorare oporteret, dicite Auditores! an aliqua morum emendatio secuta est post solennem illam castigationem, cujus pars magna in nostrum quoque dorsum incubuit? an non potius cum

*Isa. 46. 5.* Isaia dicere possumus, ecce tu iratus es, & peccavimus: sed hoc, quâ ratione? si diceret: peccavimus, & iratus es; id enim verò probè intelligerem: sed dicere: iratus es, & peccavimus; hoc certè incredibile est, quantumvis verissimum. Egredimini, obsecro, in compita civitatis, & observate, an post tanta supplicia mi-

nor sit dissolutio morum, aut contumtuum iniquitas. Ingrederimini domos, & videte, an minores sint assensiones fratrum, familiarum obprobria & persecutiones. Intima secretorum conclavia, & observate, an minor obscœnitas turpiloquorum, major verentia thalami connubialis. Accedite conventicula, & considerate, an minor sit maledicentia linguæ, aut reborum petulantia. Peragrate vestigia, & explore, an minor sit intemperantia in crapulis, major in ludibundatio. Ipsas Basilicas, & templum sitate, & inquire, an minor sit sacrilitatis irreverentia, aut oculorum profana licentia: ecce tu iratus es, & peccavimus, ecce tu iratus es, & peccavimus. Et hoc sit credere, non verum, rumnas & calamitates esse irati hominibus flagella? ore quidem & lingua id dicimus, sed corde minime credimus: flagellasti eos, nec voluerunt credere, negaverunt Dominum, & deriderunt, non est ipse. Ah fidem carissimi præstemus veritati, nimium quantum perspicue. Confiteamur patrem DEUM esse Judicem nostrum, severum illum, & fulminantem, & elabi patiamur tempus & horam placando oportunam.

VII. Non me latet, esse non paucos, qui hoc studiosè considerant. Sed qui è illi nimirum, qui minime harum calamitatum causa sunt, & vitæ innocentiam ac pietatem colunt, qui autem rei sunt, heu me! id nimè cogitant, nec pensant habere. Contingit nimirum, quod in navi per fractarii Prophetæ Jonæ accidit

nautæ omnes, & Epibatæ, omnesque peregrini, exorta repente gravissimâ tempestate percussî, properârunt vela demittere, purgare sentinam, exonerare navim, imperare, consulere, opitulari, accurrere ad temonem, urgere remos, ligare rudentes, plangere, clamare, suspirare. Ecquid interea Jonas, qui maximè reus erat in fundo quassati navigii altum ac tranquillè dormiebat, nec ventorum sibilis, nec undarum mugitu, nec stridore tonitruum, nec fremitu fulminum, remigumque clamoribus expergefactus: & *Jonas dormiebat sopore gravi*; adeo ut navarchus ipse cogere compellere dormientem, eumque concutere, ac ingestis etiam probris excitare: & *accessit ad eum Gubernator, & dixit ei: quid tu sopore deprimeris? Surge invoca Deum tuum, si fortè recogitet DEVS pro nobis & non pereamus.* O quàm metuo, ne id ipsum nobis contingat: ominosa videmus signa & tristia portenta, cælum undique minatur, excandescit, infremit, & extrema quæque intencat: an quisquam est, qui placare illud studeat; sunt quidem nonnulli, sed illi duntaxat, qui alieno scelere patiuntur; miselli isti lachrimis, elemosynis, veste cilicinâ, jejuniis, flagris, in se sæviunt, necquidquam tempestatî sedandæ intentatum relinquunt: qui autem maximè rei sunt, usurarii nimirum, vindictæ cupidi, carnales, & obscæni, tantum abest, ut doleant & conterantur, ut potiùs altissimo somno vacent, suisque cupiditatibus in sinu otii, & in-

R. P. Segneri Quadragesimale.

tra brachia iniquitatis indulgeant. O Christiani, estne inter vos quoque somnolentus quidam Jonas, cujus culpa procellæ timeri possint, quæ nos absorbeant; Si quis talis est, edoce te me; ego enim ocyus accurram, illumque zelosi, ac prudentis illius navarchi verbis excitabo: *quid tu sopore deprimeris; Surge, surge, ingeminabo, invoca DEVM tuum, si fortè recogitet de nobis, & non pereamus.* O, quisquis demum es peccator, quid tu sopore deprimeris? quis veterus hic tuus est, quis stupor, quæ stoliditas; in horas è cælo ingruunt supplicia, & tu dormis? *sopore deprimeris, nec ad DEVM tuum recurris, nec illius gratiam prenas, nec relipiscis? Surge, surge, expergiscere è somno, excute torporem tam perniciosum, surge, & delere infame illud consortium; DEUS enim propter luxuriam, & libidines tuas pestilenti nos luc consumit, surge, & tandem reconciliare inimico tuo, ecce DEUS ob simulates nostras & odia provincias integras hostili ferro devastat. Surge, & restitue usuras, en DEUS ob avaritiam nostram, prædia nostra sterilitate flagellat. Surge tandem, surge & invoca DEVM tuum, si fortè recogitet DEVS de nobis & non pereamus;* videtur enim ad clementiam nolle inflecti, usque dum videat supplices illos ipsos, qui indignationem ejus provocârunt.

VIII. Nolim tamen ego, dum aliis prædico, infelix ille Jonas esse, qui sæviante tempestate dormiat: O DEUS, si ego forsitan accensum

B b

furo-

furorem tuum nutrio, ecce me *imitate me in mare*, modò incolumes conserves eos, qui fidelem Tibi servitutum serviunt. Horreo revera, cum confidero, sanctum Dominicum, cui tamen debet humanum genus, quòd colabantem Ecclesiam suis humeris sustinuerit, quoties civitatem quandam accederet, anxie timuisse, ne fortè illi infortunii alicujus causa foret; unde antequam illam ingrederetur, gressum sistere & in genua provolutus DEO supplex accidere solitus est, ne ob peccata sua in eam adversi aliquid designaret. Quid ergo misero mihi peccatori dicendum est? vix dubitare possum, quin Jonas ille sim: veni quidem in civitatem hanc, ut sermonibus meis ei prodessem: sed avertat DEUS! ne meâ forsan culpâ eidem noceam! Ne id permittit, quæso, mi DEUS! mori potius & adversa omnia pati malo: ecce me ad sacratissimos tuos pedes abjectum, furori tuo victimam immolo! si veniam non amplius mereor, me ferri, & fulmina, modò alii delicta mea non luant. Ego quidem nil vehementius desidero, quàm vivere, ut Tibi serviam; sed paratus sum mori, si longior vitæ usus mundi calamitates & crummas adauget.

PARS ALTERA.

IX. **P** Arum omnino foret, si incredulitas nostra vitæ præsentis duntaxat supplicia nobis accerferet, quæ brevia tandem sunt & fluxa; pessimum est, quòd nos etiam futuris involvat: edicite ergo, quid excusatio-

nis, cum damnabimur, præteremus? *Narra*, dicam tibi cum *illa narra*, si quid habes, ut *justificeris*. Num fortè patrocinabitur nobis, si *camus*, DEUM pericula illa non oportune denuntiâsse? sed nunquam innumera identidem media nobis *legerit*, ut caveamus? quàm potè nobis consulit, quot inspirationibus animum pulsât, quot stimulis movet, ut salutem in tuto collocemus? Si igitur ultro perire lubet, cui *eam ruinæ nostræ imputabimus*? *ctenus* quidem attentos vos esse *lui* ad auscultandum, nunc autem *dices* vos esse desidero ad decedendum: sed tantisper illustrem ac *stem* eventum percipite. Valens Imperator, mortalium ingrattissimus, exilio in Regiam, à lacerna ad puram vocatus, vix Regni gubernacula suscepit, cum DEI sui que *ctus*, orthodoxos persequi & Ariam favere cœpit, ut Ecclesia tota *hujus* dentibus discerpta, in lachrimis & gemitu solveretur. Irritatum injuriis Numen, potentissimum & *tritione* hostem evocavit, quem à finibus suis averteret Valens, cum numero exercitu obviam illi progressus est. Innotuit id viro *cuæ* sanctitatis, Eremitæ & mortuus incolæ, cui nomen Isacio: hic divini instinctu in occursum Imperatoris *peravit*, eumque magna vocis & *mi* libertate sic ferè hortatus est: *filias Orthodoxorum*, à te *clausas* quantocyus aperiri jubeas, Imperator & *victor* è pralio redibis, si *secum* seris, moriêre. Audivit hæc Valens.

sed stultum esse arbitratus, nec responso eum dignatus est. Sequenti die rediit Isacius, parique libertate eadem verba ingeminavit: turbatus iteratâ denuntiatione Impius Valens, variisq; animi motibus agiratus, indignum ex una parte, adhibere fidem, ex altera verò, contemptui has minas habere, temerarium censuit. Itaque ducum suorum concilium cogit, & quid consilii capiendum, in commune conferri jubet: plerique Arrianæ sectæ fautores facile persuaserunt Imperatori, audienda non esse Monachi deliria, sed temeritatem ejus castigandam, si denuo comparere præsumeret. Et ecce die tertiâ animosior longè adest Isacius, & per medium agmen ad Imperatorem eluctatus frænum sonipedis arripit, eumque sistit in via: iterum ingemino Tibi, inquit, Imperator, templa Catholicorum à te clausa aperiri jube, & victor revertèris; nisi parueris, morieris. Indignatus Imperator importuno monitori, jubet eum ocyus in proximam viâ fossam, carduis & vepribus horridam præcipitari, sicque occisum illum arbitratus, sceptum iter prosequitur. Exercitu paululùm prætergresso, tergemini è cælo juvenes adsunt, qui Isacium illæsum omnino & incolumem extraxerunt: agnovit ille continuò Angelos esse, humanâ formâ indutos; unde in genua prostratus, debitas DEO grates egit, atque viarum compendiis usus, ac Imperatorem prope affecutus, exclamavit: tu quidem credebas, Imperator, in vepreto illo me moriturum; ecce ite-

rum ingemino, ut resipiscas, clausaque Catholicorum Ecclesias aperiri jubeas; nisi feceris, morièrè: intellexistin? morièrè. Necdum tamen, quis credat? prodigiosa hac admonitione movere se passus est Valens, sed Isacium, vinculis constrictum, geminis Senatoribus Saturnino & Victorio custodiendum tradidit, ut ab expeditione reversus meritas ab eo pænas expeteret. Omnino, respondit Isacius, iisdem verbis usus, quibus in simili occasione Michæas Propheeta impium Achabum terruit; tu è prælio reversus me castigare? Eia, vade alacriter; si reversus fueris, non est locutus per me Dominus! Prælio quidem cruento cum inimicis tuis conflixes, sed turpiter fugies, flammisque absumptus morieris. Eventus docuit, vera dixisse Isacium: ivit Imperator, cum hoste conflixit, profligatus est, acie fusâ fugam arripuit, stramineo se mapali abscondit, ut insequentes falleret; hi verò, recognitâ, flammis tecto subjectis vivum Imperatorem cremârunt: solutus dein de vinculis Isacius, omnium plausu exceptus est, & in præmium duo Monasteria, regiis sumptibus ædificata obtinuit. Audivistis successum Auditores, judicate modò, quod responsum Valens mereretur, si in extremo Judicii die litem DEO moveret, diceretque, se non suâ, sed DEI culpâ flammis exustum, an non Isacius elinguem illum reddere, & impudentem hanc quærelam compescere posset? Tace, diceret, & obmutefce arrogans, nunquid quartò

ad te veni, mediūque proposui facile,  
ac expeditum, & vitam salvandi, &  
animam? Tu autem postquam DEO  
perduellis, & monitis meis contumax  
fuiti, quā fronte conqueri audes? Eja  
dicite, Auditores, cui suffragari oportet,  
Isacio, an Valenti: an non DEI  
causa triumpharet? si ita est, o peccatores,  
contra vos ipsos sententiam tulistis.  
Heu quot Isacii aliquando contra vos  
stabunt in iudicio, qui vos confundent,  
& obmutescere facient! Veniā vestrā  
dixerim, ego ipse in die illa contra vos  
insurgam, vobis os obturabo palāmque  
testabor, quoties Isacii instar ex hoc ipso  
suggestu DEI nomine vobis denuntiaverim,  
ut, nisi rogos æternos experiri velletis,  
infamia consortia relinqueretis, fugeretis  
obscæna colloquia, desisteretis ab iniustitiis,  
restitueretis læsam famam nominis,  
pacem & amicitiam cum inimicis  
stabiliretis. Vos autem admonitiones  
tam salutares pessumivistis; nolite  
igitur alteri, quàm vestris delictis &  
contumaciæ interitum vestrum imputare.  
An non partes suas DEUS abundè  
implevit hac ipsa, quam hodie vobis  
proposui atque iterum repeto, denuntiatione:  
*malos malè perdes?* Nec respondeatis,  
secuturos vos quidem hæc consilia,  
si de eorum veritate certi essetis;  
meis autem verbis fidem adhibere,  
vos minimè teneri: idem certe  
dicere potuisset Valens Imperator;

ereptas nimirum Catholicis  
fias promptè se restitutum, si  
monitu certò novisset, se alia  
cremandum; interea id se facere  
fuisse, quia pudebat, nimis esse  
lum, & fidem dare homini nudi  
cujus nec nomen, nec natales  
set, aut vitam. Hæc tamen excu  
nec ipsi, nec vobis patrocina  
satis enim est, doctrinam esse  
oraculis, & sacris codicibus  
mem, nec interest, à docto vel  
cto, à sancto vel à peccatore prop  
tur. Ego certè me peccatorem  
nuè fateor, Auditores; fateor me  
dissimum & postremum eorum,  
hac in urbe tantā doctrinæ suæ  
perorant; hoc autem non ego,  
Evangelium docet, quòd, si corrup  
mores emendaveritis, infernum  
tabitis, & non aliter; intellexistis  
aliter. Necessè igitur est, operi  
num quantocyus admove, foris  
enim ultima hæc erit admonitio  
*visima tuba, novissima tuba.* Plur  
vestrū sunt, qui Isacios admo  
tes non duabus tantū, aut quat  
sed denis, ac pluribus vicibus  
stis, adeo ut facilè fieri possit,  
mam à paleis vestris haud pro  
abesse. Agedum ergo, acturū  
quid si hæc sit ultima denuntiat  
enim post toties repetitum Divini  
bi tonitru fulmen sequatur, id  
culpā accidet!

# SERMO DECIMUS SEXTUS. DOMINICA TERTIA.

*Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace  
sunt ea, quæ possidet. LUC. II.*

I. Ingeniosa mihi semper visa est cautela Trochili, Platonis discipuli: ille felici forte periculosam maris tempestatem evasit, dum rupto temone, malo diffracto, ruptisque antennis in manifesto naufragii periculo versabatur. Vbi hoc periculo defunctus domum apulit, geminas aulae suae fenestras lapide & cæmento obstrui iussit, quamvis per eas amenissimus in mare prospectus pateret, veritus, ne maris tranquillitatis ac placidi aspectu, novo se discrimini rursus committeret. Non dubito, plurimos vestrum hoc sacro verbi jejunii tempore, piis adhortationibus & Christianæ pietatis exemplis adjuvos, ex salutis naufragio ad portum feliciter enatasse: fateor tamen, me vobis necdum integrè confidere; imò metuo, ne ad antiqua scelerum irritamenta denuo incautè convertamini, illos imitati, qui vix è fluctibus in litus emerferunt, cum reparato navigio, denuo mari committunt, illique rursus elemento salutem credunt & vitam, cujus perfidiam tristi antea expe-

rimento didicerunt. Itaque suadeo vobis hodie, ut omnes fenestras ad periculosum mundi mare fitas obstruatis, id est, ut peccandi illecebras & occasiones, quæ ad antiqua flagitia trahere vos possunt, sollicitè caveatis. Sed nimii fortassis & inconsulti rigoris arguar, cum durum nimis & difficile videatur, à levi etiam oculorum jactu, & aspectu abstinere; contraria tamen Evangelium nos docet, dum liquidissimam voluptatem & summam animi pacem nobis promittit: *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet.* An observastis? non loquitur de intimo mentis recessu, & internis animæ facultatibus, sed *atrii* duntaxat meminit; qui enim primas tentationi fores recluserit, resistere amplius vix poterit. Itaque si seriam veramque de peccatis penitentiam agere statuistis, non solum scelera, sed ea etiam vitare necesse est, quæ ad scelus perpetrandum alliciunt & invitant. Id si facere detrectaveritis, conversio vestra non erit vera, sed simulata & mendax: benevolas mihi aures præbete, & perspicuè vobis ostendam, vanissimè sibi blandiri, qui inter vitiorum

B b 3 tiorum

tiorum irritamenta, & præsentis scelerum occasiones, innocentiae servandæ spem sibi promittunt.

II. Habet id sibi proprium omne objectum delectabile, ut, quamdiu est præsens, rationem turbet, intellectum velut fascino occupet, & voluntatem in sui favorem rapiat, uti Princeps Philosophorum in Ethicorum libris nos docet. Exemplum petit à consiliariis Urbis Trojæ, qui, cum de Helena absente in senatu ageretur, sapientissimè judicabant, eam civitate pellendam, ut iram Deorum juxtà ac hominum evaderent, cum verò coràm causam suam tueretur, blandâ formæ elegantia excæcati mentem continuo mutârunt, ac reclamante licet totius populi suffragio retinendam statuerunt. Quotidiana etiam experientia hanc veritatem nos docet: nunquid difficillimum accidit famelico, ad mensam lautè instructam à cibis abstinere, aut febricitanti, oblatum frigidæ cyathum repudiare? facile se cohibet lusor, cum procul abest à fritillis, cum verò eas à sociis tractari videt, continere se amplius vix potest, quin ludum repetat. Pariter gravissimum nobis accidit, in præsentia æmuli iram continere, in conspectu auri manus abstinere, aut præsentem amicâ amorem moderari:

*Dial. 1. tanta præsentis illiciti vis esse solet; Ad 3. 6. 7. hoc quod malè concupiscitur, ut ait Papa Gregorius, præsentia concupita forma validissimè famulatur. Non parùm mea dicta confirmat ultimus ille dæmonis conatus, quem Christo Redemptori in solitudine sternendo adhibuit: terræ dominum se cum factu-*

rum spondit, si Inferni Principem adoraret; utque hoc certius à Christi obtineret, audite, quâ fraude sit aliis altissimi montis jugum Eum debent cumque omnes mundi regiones omnium terræ regna ei monstrasset, primùm temerariam Ei petitionem suam proposuit: eorum hoc an ipsum facere potuisset vastos inter vae horrores, aut tenebrosam auri cuius caliginem? etiam ibi eruditissimus Geographi dicere potuisset: Terrarum orbis ea ætate in ternas divisa est partes, Europam, Africam & Asiam: has Provincias includit Asia nium vastissima, istas Africa montium ferax? & tales Europa è longè pulcherrima: in hisce Provinciis civitates cæteris nobiliores sunt ita campi amœnitate, hi fluvii piscibus lebres, hæc maria magis nominata ultra isthæc terra jacet inexhausta mineris dives, innumerabili populorum multitudine affluens, & naturarum multarum curiositate copiosa hæc quidem mundi pars altera cunctis num latet mortales, sed & hanc regionem juribus addam, si flexo genu hoc regnum præstiteris: *Hæc omnia dabo tibi si cadens adoraveris me.* Cur ergo Christum in altissimi & inaccessibilis verticem deduxit, qui teste Celsostomo excelssitate omnibus terrarum montibus dominabatur? In montem excelsum valde: ibique omnem mundi pompam, terræque elegantias spectandas exhibuit: ostendit illi omnia regna mundi: nisi quia vim habuerent objecta præsentia, quodque ob pugnatis sensibus, longè facilius

*Aristot. l. 2. Ethic. c. 9.*

voluntatis usque dominium posset grassari. Hæc ipsissima est conditio nostra, cum inter præsentis peccati occasiones vivimus; nam voluptatis illecebræ oculis obversantur, audimus illicia, adulationes videmus, blanditias sentimus; & quis sperat illis resistere, illas contemnere, repudiare? Hæc enim vero temeritas est, & arrogantia, exclamat justâ indignatione concitatus Hieronymus, *Sensus enim noster illud cogitat, quod videt, audit, odoratur, gustat & attrahat; ad ejus rei trahitur appetitum, cujus capitur voluptate.* Hæc si ita sint, quis vobis promittit, tam profana in theatris ac voluptuosa objecta absque complacentia posse intueri? quis legere teneros amores, absque delectatione? quis audire cantatrices tam formosas, nec inardescere? Edicite obsecro, quis vobis hoc promittit? hinc enim statuendum est, an prudens sit spes vestra, an verò temeraria præsumptio.

III. Cum ergo regula à nobis data sit universalis, dicere sanè necesse est, spem vestram motivis particularibus inniti, si à nota temeritatis velit excusari. Dicite ergo, in quo tandem confiditis, dum tantâ securitate in manifesta peccandi pericula vos conjicitis? Sed, etsi mihi id aperire vereamini, suspicor, me id probè nòsse: Nisi enim mea me fallit opinio, in vestra virtute, aut gratiæ Divinæ efficaciam spem vestram collocatis; illa vos fortis efficit; hæc reddit armatos: necesse est, vos credere, tanto vos in affectus vestros dominio pollere, ut insurgere contra rationem non audeant,

id quod vos fortes facit; aut tam speciali à DEO curâ vos protegi, ut ab eo nunquam sitis deserendi, id quod vos reddit armatos. An non ita est? ego enim porrò non video, quod aliud fiducia vestræ fulcrum habeatis. Sed videamus, an hæc ita sint solida ac firma, ut satis armati & fortes sitis, neque necesse sit, ultrâ ad excubias stare, & atrium tueri. Dominium passionum quod attinet, creditisne, vos illas melius moderari nòsse, quam noverunt Sancti illi, qui toto vitæ decursu orationibus & lachrimis, asperitatibus & pænitiæ vacarunt? Difficulus certe adduci possum, ut ego id credam: & tamen video, Sanctos hosce ad omnem peccati umbram trepidasse, ac ingenuè fassos esse, se sibi victoriam minimè spondere, neque aliud sibi consilium suppeterè, quàm fugam. Satis sit nobis testimonium D. Hieronymi, qui, cum à Vigilantio interrogaretur, cur salutis suæ adeò timeret, cumque posset in civitate, velut animal societatis amans, habitare, eremum potiùs & ferarum consortium eligeret? Audite, quid Sanctus timeat, quid responderit? *Te, inquit, videre, te audire, tuamque audaciam sufferere timeo; quod si hæc tibi vana timoris causa videatur, timeo tot alia pericula, quibus tu vivis involutus; timeo occasiones iræ; timeo otiosa colloquia; timeo avaritiam tenacem; timeo ambitionem superbam; timeo lascivos obitutus: & quasi hæc omnia parùm forent, non erubuit addere, quæ ego non dicerem, nisi ex ipsius ore essent profecta: *Timeo, ne me capiat oculus**



lib. ad  
versus  
Vigilan-  
tium.

meretricis, ut forma pulcherrima ad  
illicitos ducat amplexus. Cúmque Vi-  
gilantius instaret, hanc non esse victo-  
riam gloriosam, sed turpem & igno-  
miniosam fugam. Patientia! subjunxit  
Hieronymus, non possum dissimula-  
re meam fragilitatem, *Fateor imbecil-  
litatem meam!* tantum mihi animi non  
est, ut tuo exemplo cum tam potenti  
inimico congrediar, quamvis enim  
victor forte reverti possem, magis ta-  
men metuo, ne victus succumbam:  
*Atque ideo fateor imbecillitatem meam:*  
*fateor imbecillitatem meam, ne perdam*  
*aliquando victoriam, cum in præliis*  
spiritualibus tutius semper sit fugere,  
ne vincamur, quam superari, quia fu-  
gere nolimus. Si ergo vel ipse Hiero-  
nymus tam parùm sibi confidit inter  
occasiones, non proximè, sed remotè  
solum periculosas, qualis est, ex im-  
provviso intueri mulierem formosam,  
unde, quæso, tu tantam tibi promittis  
securitatem inter pericula non remo-  
ta, sed vicinissima? quale est, oculos  
in aliena forma defigere, cum feminis  
vanè conversari, & familiari cum illis  
consuetudine uti? Tu verò, an risus  
& blanditias illius non timeas, cujus  
ille occursum formidavit? an forsan  
pectus tibi magis liver ex ictibus fili-  
cum, quam Hieronymo? an genæ  
tue pluitibus ex abstinentia rugis con-  
tractæ? an genua tua ex orationis affi-  
ditate duriorum callum obduxerunt?  
an corpus voluntario rigore magis ex-  
haustum? an oculi flutu turgentio-  
res? num totidem vigilias agis, tót-  
que laboriosas in Sacram Scripturam  
commentationes, paraphrases & in-  
terpensationes summo studio con-  
nâsti, ut D. Hieronymus? Eja, quæ  
noctes gelido super pavimento egis,  
quot cilicia attrivisti? quot oblitivi-  
regrinationes? quot psalmos recitasti?  
Et adhuc persuadere mihi cona-  
te affectus tuos magis habere obli-  
vitas, quam habuit Hieronymus.  
Pace tuâ dixerò, non credo, non  
do, quantumvis juratò id asseras.  
cessse est ergo, ut & vos, quantum  
robustos & fortes vos esse fingitis,  
gam cum Hieronymo arripatis: *erunt*  
*vabuntur, qui fugerint, ait Esaias*  
*& erunt in montibus, quasi columbæ*  
*convallium, omnes trepidi.* Columbæ  
in montium jugis habitare assue-  
runt, quod timeant, quàm  
in terræ superficie morantur, ne  
autem tantundem timendum in  
celso, & in apice, ut ita dicam, va-  
fectionis, quàm in infima ejus va-  
*Erunt in montibus, quasi columbæ*  
*vallium, omnes trepidi.* Unde, ut  
dicitur, quòd *perfecta charitas*  
*mittit timorem, id ex mente D. Tho-*  
*mæ non de timore culpæ, sed de*  
*more pœnæ intelligendum est, qui*  
*solam justi nec timent, nec curant*  
*morem pœnæ, non timorem culpæ.* Cha-  
ritas timorem culpæ non solum  
abjicit, sed auget, qui enim DEUS  
amat unicè sollicitus est, ne eum pe-  
dat. Ne verò mihi fortè objiciat  
Divum Hieronymum ex animi puri-  
lanimitate, nimisquæ peccatoris ang-  
stias his timoribus indulgisse, certo  
bis velim persuadeatis, me numerò  
Sanctissimorum Virorum elevari  
texere posse, qui suam inter peccato-

pericula fragilitatem ingenuè confessi sunt, eamque turpi non raro lapsu confirmarunt. Quis non totus exhorrescat, si meminerit, famosissimum quondam Anachoretam Jacobum, horridæ solitudinis veteranum incolam, fronte jam rugis exarata, & cano capite venerandum, occasione blandienti succubuisse, & post quinquaginta vitæ annos, inter summos rigores exactæ, infami se stupro polluisse, inde in homicidii scelus, ac demum in desperationis barathrum ruisse, æternum periturum, nisi misericors DEI manus prodigiosè illum sustinuisset? Haud ab simili casu, D. Gregorio teste, corruit Victorinus Eremicola; ita Theophylus, ita Ptolomæus; ita Macarius Romanus, recensente Palladio, qui suo nos damno docuerunt, verum esse illud axioma: *Nemo repente fit optimus; fallere autem non raro illud alterum, Nemo repente fit pessimus*: exiguo enim opus est impulsu, ut in præceps abeamus. An etiamnum angusti vobis animi argumentum videtur ille timor, quem Hieronymus de se ipso confessus est, & non potius meretur dici iustissima sollicitudo, tot tantisque aliorum ruinis ionixa? cur ergo vos soli omni vos timore immunes jactatis? vos, inquam, bysso vestiti, fumantes odoribus, voluptatibus innutriti & inter delicias educati? an tantum vobis inter medias peccandi occasiones animi robur promittitis, quod Viri inter ferarum spelæa tabescentes promittere sibi non audebant? O fatuitatem! O superbiam! sapite, quæso, ex Sapientis oraculo: qui

R. P. Segneri Quadragesimale.

*confidit in divitiis suis, corruet.*

IV. Si ergo isti, tantâ meritorum copiâ instructi, eam sibi Gratia uberatam, quæ illos sat fortes & armatos redderet, promittere sibi ausi non sunt, quid de vobis dicam (ut alterum etiam temeritatis vestrae fundamentum subvertam) qui temere illam expectare præsumitis? Certissimum quidem est, DEUM nemini necessariam protectionem negare, considerandum tamen pariter est, DEUM non uti exquisitis & extraordinariis mediis, cum ordinaria ad finem sufficiunt. Universalis est hæc regula, in operibus naturæ non minus quàm gratiæ, atque ideo rectè observavit Tostatus, DEUM nunquam parare miracula minus necessaria: scilicet, ubi deficit humana potentia, ibi Divina incipit subvenire; c. 13. q. 108. *ideoque miracula solum sunt, quando non potest aliter humanitus provideri.* Quodsi veritatis hujus obvium specimen ex sacris literis desideratis, tres Magos Orientis attendite: stella illos ad Christum deduxit, sed ubi debitum Christo homagium præstiterunt, & reditum in terras suas parabant, evanuit stella, et si novum nunc, laboriosum & incognitum per solitudines iter ingressi sint, ac priori duce opus habere viderentur. Et cur hoc? ad Christum nemo mortalium deducere eos poterat, unde cælesti duce indigebant; iter vero in patriam, quantumvis sibi incognitum, aut pretio conductis viarum ductoribus, aut obviis interrogatis, aut præmissis exploratoribus, facile discere potuerunt. Ita Angelus Petro in carcere constitu-

C c

10

to catenas rupit & vincula, non tamen eum vestivit, cum propriis illud manibus facere non difficulter posset. Sic Angelus Pauli navim omnesque vectores inter procellas & tempestates servavit, non tamen suis illos manibus in littus exposuit, nam ad hoc ipsorummet industria sufficiebat. Parem ob causam, cum Christus Lazarum ad vitam prodigiosè revocaret, potuisset utique pari prodigio & facilitate sepulchralis lapidis molem à tumulo remove, sed id adstantium operà fieri voluit: *Tolite lapidem*; hoc enim vires eorum nequaquam excedebat. Atque hinc perspicuè liquet, minimè nobis singularia à DEO & insueta Gratia auxilia expectanda, cum ordinaria sufficiant. Ut ergo ad propositum revertamur, facillimum nobis est, fugere pericula, in quæ sponte nos ingerimus, & sic cum communibus gratia auxiliis à lapsu immunes nos servare: *Qui cavet la-*

Io. 11.

39.

Prov.

11. 15.

cum longè facilius esset, eas non in di, & non ardere. O præsumptiose fallamque fiduciam! non me quælatet, tergeminos quondam Hebræi juvenes in rogis Babylonici ignis servatos, non tetigit eos omnia neque contristavit; scio, Moyses vulum ex Nili fluctibus feliciter tāsse; novi, Daniele inter famelicos innoxie vixisse; non pro, Jonam intra horrida balneum mansisse indemnem, & quod minoris prodigii est, integram Noë familiam in Arca, vel in canionibus leonum, aprorum, luporum, pantherarum, tigris & leopardorum, que ullo detrimento servatam esse nunquid videtis, neminem omnium ultro se hisce periculis cisse? saluberrimo vestro documento neminem speciale sibi auxilium promittere posse aut debere, qui voluntate & petulantia peccatorum culis committit. Quis ergo sperare meritò potest? qui non nisi ex merito sui ratione, obedientia præcepti lege charitatis, aliave urgente necessitate id facit: *Angelis suis DEUS dicit de se, ut custodiant te in omni viis tuis.* Audistis? ubi operam auxilium sperare conveniat? in periculis? minimè profectò, sed in viis & quidem in viis tuis, quasque impetere necesse est: qui se rupibus ac precipitiis credit, certè se ruinæ committit: *Spes ejus frustrabitur eum*, ait Dominus ipse ab Jobum; *videntibus cunctis contumeliosè conturbabitur.* Opportunè hic mihidit notatu dignum discrimen, quod Juditham inter & Dinam, Patri-

Jacobi filiam adverte: notum vobis est, Juditham, cum Assyriorum castra, & superbum Holofernis tentorium ingressa est, multis ibi diebus inter petulantissimos milites commorata, nunc colloquentem exploratoribus, nunc aulicis & purpuratis, nunc cum ipsis Principibus conversatam, pretioso vestium apparatu ornata, sandaliorum, annulorum, armillarum, ac gemmarum splendore formosam, odorum fragrantia fumantem, omnique muliebri elegantia admirandam: nihil horum habebat Dina, sed in fratrum suorum consortio ad confinia Civitatis Salem appulerat, ubi explicatis tentoriis stationem in planitie, paulo ante coempta, fixerunt. Improvida virguncula, ut tempus falleret, & innocenti curiositati nonnihil indulgeret, egressa est tantisper e papilionibus suis, ut *videret mulieres regionis illius*, forsitan ut exquisitam vestitus diversitatem, elegantiam morum, ac pompam earum observaret. Verum enimvero vix columba hæc innocens nidum deseruit, cum in rapacis accipitris unguis, Regionis nimirum illius Principem juvenem incidit; cumque Juditha casta & illæsa domum reversa esset, Dinæ non licuit, in tentorium, quod deseruerat, virgini reverti. Qui obsecro, contigit, ut ista periculo longè minori, ruinâ irreparabili succumberet, dum altera inter gravissima pudicitiae pericula secura maneret? Juditha integro se armatorum exercitui immiscuit, Dina vix e tentorio egressa est: Juditha cum viris conversata est; Dina peregrinas mulieres videre deside-

ravit: Juditha & videri volebat, & amari; Dina nil simile cogitabat: Juditha profano vestitu superbiebat; Dina consuetis vestibus induebatur: Juditha ex composito moras nexuit; Dina timidè ac modicè solum excurrebat. Et tamen infelix Dina turpiter cecedit, dum Juditha gloriosè triumphavit: quam, quæso, ob causam? nisi quod Juditha Divino instinctu agitata, & sancto fine id fecerit, *Non ex libidine, sed ex virtute*: Dina verò voluntate propriâ & muliebri curiositate stimolata, *ut videret mulieres regionis illius*. Hic nimirum DEI genius est, Auditores, ut longè majori illum curâ protegat, qui similibus periculis DEI causâ se exponit, quàm qui propriâ libidine easdem ultrò accersit. An non ille Saram, etiam intra Pharaonis, qui eam rapuerat, unguis illibatam; an non Rebeccam in domo Abimelechi, qui eam exarserat, securam; Josephum inter Dominæ blanditias constantem; Susannam intra senum insidiantium assultus intemeratam servavit? Verum hi omnes, aut Divino jussu periculis se objecere, ut Sara & Rebecca, aut saltem non propriâ voluntate, ut Josephus & Susanna. E contrario David, cum animi gratiâ e fenestrarum projecturâ Bethsabeæ pulchritudinem arbitraretur, à DEO derelictus, non tantum cecedit, sed in abyssum nefandi adulterii, & injustissimi homicidii præcipitatus est. Hinc discite, Auditores, Deum vobis quoque in inevitabili peccati occasione non defuturum; si verò, velut per lusum & jocum: ultrò vos ingesseritis, timete; ingentis

Ecl.  
11. 13.

enim tunc arrogantia est, à DEO  
auxilium vel petere vel sperare. *Quis  
miseretur incantatori à serpente per-  
cussio?* dicebat Ecclesiasticus. *Quis mi-  
seretur incantatori à serpente percussio?*  
quasi diceret, si hortulanus, petegri-  
nus, aut pastorculus quidam morfu  
viperae intra carecta dolose delitescen-  
tis fauciatur, quivis merito illi compa-  
ritur, & in subsidium accurrit, si au-  
tem circumforaneus vel agryta, qui in  
publico foro gesticulabundus viperam  
tractat, ei blanditur, ori temerarie ad-  
moveret, & basium figit, si, inquam,  
in sperato morfu feriat, quivis exclama-  
t, O factum bene! sibi imputet!  
peccandi occasionem viperam esse  
cogitate, neque parem à DEO openi  
expectate, si vipera ista inopinato in  
vos irruat, & cum vos ipsi viperam pe-  
tulanter irritatis. Necdum tamen,  
quae vestri a est caecitas, veritati tam per-  
spicua subscribitis, sique conscientiae  
arbitrè in sacro tribunali noxarum vos  
bis veniam, nisi remotà prius proximam  
peccandi occasione, deneget, illico  
eum velut rigidum, indiscretum nimi-  
umque dissidentem arguitis. Quis  
autem vobis confidat, cum certus sit,  
DEUM in tali articulo vos minimè  
protecturum? sed mentem, quæso,  
ad aliud documentum, auditu dignis-  
simum, advertite.

V. Si sacras paginas consulimus,  
deprehendimus, DEUM, quoties a-  
liquid prohibet, prohibere unà omne  
illud, quod vel levem transgressionis  
occasionem præbere potest. Ita, cum  
primis Parentibus usum arboris vitæ  
interdiceret, tactum etiam illius inter-

dixit: *Præcepit, ne tangeremus.* Non  
ter egit cum Israëlitis; cum enim ce-  
cepisset, ne ulli simulacro Latine  
tum deferrent, prohibuit etiam, ce-  
lum ejusmodi domi- (ux: retinere  
cum prohiberet in paschate usum  
nis fermentati, jussit illum unitatis  
domibus ejici; cum prohiberet  
juga montis Sinai conscenderent,  
tuit ne monti appropinquarent,  
Nazarenis usu vini interdiceret,  
ut ne uvam, seu recentem seu ex-  
tam, vel primoribus labris degre-  
rent, ne fructus dulcedine inescer-  
liquoris quoque suavitate ab-  
rent. Idipsum majori adhuc solen-  
dine in lege nova promovit: ceteri  
Chriostomus docet, Christum in  
Evangelii legibus in nihil aliud  
incubuisse, quam ut occasiones  
earet, quæ hominem ad infringenda  
DEI mandata inducunt. Exemplum  
demonstremus: prohibet Decalogus  
homicidium: *Non occides.* Verum  
cum homines frequenter verbis  
mordacibus irritent, & facile à ver-  
ad verbera, & à verberibus ad ip-  
necem descendant, dixit Christus  
*Audistis, quia dictum est antiquis,*  
*occides; ego autem dico vobis, quod  
nis, qui dixerit fratri suo Raca, &  
erit iudicio.* Hem! ut homicidium  
lat etiam occasiones amputat ver-  
rum mordacium. Lex antiqua  
dixit perjurium: *Non pejerabis.* Verum  
cum hominibus in more positum  
verbis exaggerantibus uti, nil prohi-  
est, quam ut ab his ad juramenta  
istis in perjuria prolabantur: legem  
go istam novo munimento

Christus, audistis, quia dictum est antiquis; non pejerabis, Ego autem dico vobis, non jurare omnino; sit autem sermo vester, Est, Est, non, non. Ecce, ut perjuriam tollat, etiam iuramenta non necessaria, & superflua auferat. In lege antiqua prohibetur adulterium: non machaberis. Sed, cum humana fragilitas formae pulchritudine capiatur, sitque difficillimum, oculorum obtutus ita moderari, ne ab his ad prava desideria, à defideriis ad lasciva opera perveniatur; etiam huic praecepto stabile fulcrum Christus apposuit: audistis, quia dictum est antiquis non machaberis; ego autem dico vobis, quod omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam machatus est eam in corde suo. Ecce ad impediendum adulterium etiam lascivorum obrutuum occasionem amputat, atque adeo totum Christi Evangelium eò præcipue collimat, ut proxima peccandi pericula à fidelibus avertat: ad quod fortassis magnus Propheta Isaias alludit, dum Christum insolito proterus titulo fabricatorem sepium appellandum prædixit: vocaberis edificator sepium. Ex his omnibus manifestè patet, DEUM in periculis voluntariè quaesitis nolle suam nobis manum porrigere: ut quid enim tantà sollicitudine, tot legibus & præceptis ad periculorum fugam invitamur, si DEUS insolitis nos auxiliis protegere, & extraordinariis gratiæ præstidiis munire statuit? cur nos inutiliter torquet, & à præcipitiis absterret? possit utique ad extremam usque crepidinem nos per-

ducere, & prompto subinde auxilio ruinam amoliri: possit effrenatis oculis omnem pro libitu licentiam, plenamque loquendi, exaggerandi, & mordendi libertatem indulgere, & tamen nos continere, ne in lascivias, perjuriam, & homicidia laberemur: cum ergo severis omnino legibus hæc omnia caverit, manifestum est, DEO minimè placere, ut Divinæ gratiæ fiducia peccandi periculis nos exponamus. Si ergo ita se res habet, quid ultra requiritis? an necdum videtis, quod, nisi sollicitè cordis vestri atrium custodiat, indubiè sitis perituri? videtis enimverò, nec virtuti vestræ, quæ vos fortes facit, nec Divinæ gratiæ, quæ reddit armatos, vos satitudo inniti posse; aliorum insuper exempla trepidare vos docent, & aliena damna ac ruinae merito vos cautos efficiunt. quid ergo adhuc expectatis? Nimiùm præceptum est, qui transire conspexerit, ubi conspexerit, alium cecidisse, ut ait Augustinus: nimiùm certe audax est viator: ille, qui vadum torrentis tentat, cum videat eos, qui præcesserant, undarum vorticibus haultos: temerarius nimis est peregrinus, qui nocte intempestà densa se silvæ committit, in qua paulò antè, qui transierant, in latronum manus inciderunt. Claudite ergo tandem & abjicite libros obscænos, qui adeo vos delectant, volumina infida & toxica plena; fugite confortia propudiosa; valedicite lusu periculosi; coërcete impuri amoris praxes, sique vobis salus vestra cordi est, expellite è penatibus vestris pe-

tram illam scandali, ad quam toties impegistis. Ut quid obtruditis mihi, nullum porro periculum superesse? ut quid sponderis, vos fore cautos, constantes, & sine DEI offensa huic vel illi personæ conversaturos? Ego autem contrarium ingemino, *ejice, ejice!* Hoc enim id unum est, quod DEUS à vobis expetit: quisquis Idololatriam seriò damnat, & Idolum rejiciat necesse est; nunquid documenti hujus neglectus misero Salomoni, ut plurimi sentiunt, æternæ damnationis causa fuit? Idolomania vestra jam patet: ô quoties enim caudæ cujusdam formæ, & vultus adoratores fuistis? nunquid Divinam & cælestem, blasphemò illam titulo sæpè compellastis? nunquid tergum Christo vertistis, ut Idolo possetis adherere? Ejicite ergo, ejicite, & auferite offendicula! quin omnem quoque memoriam, vellem, si quæ superest, aboleretis. Respicite nonnihil picturas lascivas, quæ è conclavium vestrorum parietibus pendent, cum summo tot Cælitum, & Ipsius quoque Virginis Deiparæ, quibus locus ibi nullus est, despectu: simulacra illa impuritatis, & impudentiæ sigilla, quid representant? vah Idololatria! Idololatria! ejicite, ejicite hæc idola, ne ea Christus in mortis articulo domi vestræ inveniat; hoc certè propitium à vobis Numen avertat! in summo enim discrimine salus vestra versaretur, si cum Salomone hæc inter idola mors vos occuparet. Facite ergo, quod jubeo, imò quod DEUS disertis verbis imperat: *idola*

*conminuite, diffringite statua, imburite sculptilia, disperdite nomina eorum de locis vestris. Abjicite figuram funestas, quæ damnationem vobis parient; disperdite illas, & dissipate, ut si laudem mereri vultis, flammis comburite; ut: que olim Philophorum celeberrimus Crates, dum divitias suas mare demersit, clamavit identidem *mergo vos, ne mergar à vobis: mergo vos, ne mergar à vobis!* Ita vos, ubi Vulcano impia hæc ipsa consecraveritis, dicite magnum ah traditores! *uro vos, ne urar à vobis: uro vos, ne urar à vobis.* Hoc mihi dicetis, palàm vobis denuntio, si hæc ac simulatam esse conversionem vestram; cogimini enim vel invitati facere neminem è corde suo arcere peccatum posse, qui patentem ipsi portam, atrium aperuerit.*

## PARS ALTERA.

VI. **S**ed quid ego tamdiu laboro, ut demonstrem, quam difficile sit, propinquas inter occasiones non secus ac lubrica in glacie non bi. O me fatuum! quòd tam tam malè collocarim: manifesta quidem est hæc veritas, atque omni experientia patet; interea tamen nemo moveri se patitur, hæcque occasiones nemo fugit. Nempe plerumque hominum tacitum ad peccatum exitum nutriunt; Potissima pars mortalium flammis effrenis concupiscentiæ suæ in sinu fovet, atque occidit: solum diverticula captat, quæ occasiones alicujus delectationis pabulum præ-

Abulensis in l. 2.  
Reg. c. 7.  
9. 3.

bent: currunt ad choreas, symposia, ac frequentes hominum cætus, & quamvis ibi Veneres, vanique amores apertè non dominantur, gaudent saltem personati Cupidinis lufibus & præfentiâ. Unde si quos videritis, ad talia loca frequenter divertere, cujuscunque demum sint conditionis aut gradus, sine omni temeritate & injuria sentite ac dicite, eos peccare, si non ipso facto, certè illicitis desideris, lascivis aspectibus, libidinoso risu & nutibus. *Omnes adulterio incallescunt, quasi clibanus, accensus à coquente*, ait Oseas: furno ardenti similes sunt, cujus flamma se non prodit, quia clausa est; tolle obicem, & videbis illam plurimis cubitis flammæ instar Babilonicæ erumpere, ac dirè grassati: *incendit, quos reperit*. Erunt fortassis vestrum nonnulli, qui insolitum hunc ac durum loquendi modum obstupescant? sed ignosce, ô dilecta Civitas! tuum enim periculum sic me loqui cogit. Fierine potest, ut non erubescas, quòd tu quoque à recti tramite, & famâ virtutis ad effrænam vitæ morumque licentiam sensim deflectas? Tu enim verò es urbs illa, quæ aliis exemplo gravitatis, vitæ modestiâ, sapientiâ, & verecundiâ prælucebas; cur ergo libertati fræna laxasti? ignosce amicæ loquentis libertati! anni certè complures sunt, cum illa & publicè, & privatim non modicè dominatur, & nisi retrahis habenas, quid fiet tandem? *Quomodo facta est meretrix*, dicendum brevi erit de te cum Isaia, *quomodo facta est meretrix!* & quæ

tandem civitas? illa, illa civitas *fidelis*, illa, *civitas Iudicii!* ad vitam enim propudiosam regia via est, morum vitæque libertas. Lybia præ cæteris orbis partibus, sæcunda monstrorum parens dicitur; sed dubito, an omnibus hujus rei causa perspecta sit: dicam ego. Terra illa siccissima est, & aridissima ob pluviarum defectum: itaque feræ urgente siti ad eandem fluminis ripam magno numero congregantur, cumque animalia sexu ac specie diversa conveniant, vagâ ac promiscuâ libidine copulantur, illâsque oras portentosis partibus implent. O quàm tremendum, ne nostra quoque patria paulatim in Lybiam degeneret, ac monstra parturiant, cum videam, personas sexu & conditione diversas, in conviviis & in theatris, in lusu & deambulationibus nimiam omnino libertate congregari: atque utinam non jam enata sint portentosa similia; nec enim carnis & sensuum peccata amplius æstimantur: pro levitatibus dumtaxat, pro peccatilis, & ad summum pro humana quadam infirmitate habentur, quæ homini æquè connaturalis sit, quàm febris leoni.

VII. O Quoties hæc, aut non ab similia verba non paucis excidunt? Ecquod tandem grande malum est, sensus fragilitas? quòd blasphemiar, perjuria, furta & odia, peccata gravissima sunt, id enim verò novimus; sed quid tandem est sensuum fragilitas? quid est? inquiunt. Vos ego appello, mentes Angelicæ! vos edicite, quantum mali sit, quod tan-



ta pars hominum contemnit! nunquid enim vos estis, qui cœlorum cataractas aperuistis, quando immensum aquarum diluuium tellurem inundavit? & cur, obsecro, tantam stragem fecistis? an non in illius flagitii vindictam, quod hodie usque adeo contemnitur? Certum est, Auditores, dum mundus cataclysmo castigatus est, plurima scelera haud defuisse: grassabantur tunc furta & odia, perjurya & blasphemix, quin, ut Divus Thomas observavit, excepta Idolomania, flagitiorum omnium turba dominabatur. Nihilominus, ut nos Divina docent oracula, sola & unica diluuii causa fuerunt peccata carnis:

Gen. 6.  
12.

*quia omnis caro corruerat viam suam.*

Tanta nimirum aquarum inundatio mundo superfusa est, ut sordes libidinum, & luxuriæ mephitim purgaret, & eluceret: & vos etiamnum dubitatis, quid tandem mali sit carnis & sensuum fragilitas? Circuite, si lubet, & infinita cadavera numerate, quæ immenso mari supernatabant; colligite illa in unum cumulum, cumque integros & altissimos cadaverum montes non sine horrore videbitis, eja dicite exiguum esse scelus, in quod DEUS adeo inclementer animadvertit? vos quidem vitium hoc contemnitis, quia vulgare est; ego autem vobis ingemino, vel hanc ipsam ob causam illud esse maximè timendum, quòd luis instar contagiosæ totum mundum infecerit: dum intra paucorum numerum lascivia se continebat, non erat pericu-


lum diluuii; cum verò toto pælo orbe grassaretur, prodigiosa illa pæna illi incubuit. Sed quid ago Auditores? eccur præsentibus hæc pericula quor. quasi verò vos luto isthoc lutu effestis? veniam mihi, queso, indulgere; novi enim, illos, qui plerumq. mùm indigerent, sacros sermones rissimè frequentare. Scitis ergo, quid faciam? ago nempe more dolentium qui, cum doloris ac molestiæ sources absunt, coram quovis dolentium lamenta sua effundunt, & exorant. Cæterum, ut ad primum demonis scopum revertar, minime venit, ut in peccati periculis homines sibi confidant, seque satis formidabiles credant; necesse enim est, tales vel amare ruinam, vel sperare salutem, dicendo, quid tandem mali est? non estis ergo scire, quid tandem mali sit carnis fragilitas? Dicam, quod sentio: peccata carnis sunt illud malum, quod excelsam humani ingenii nobilitatem maximè deprimit, & in nihilum reddit; est illud malum, quod mentem obfuscat, intellectum confundit, phantasiam offendit, hominem a ratione ac bestiis simillimum reddit, & vitæ omni tempore, & fortunarum, famæ, honoris, & valetudinis, sapientiæ, & libertatis spoliat. Verbo, est illud malum, quod hominem privat seipso, & sensum humanitatis adimit, & damnationis reum facit: non dicitur per carnis, ait Ecclesiasticus, non despicas animam tuam in ullo: non dicitur. Ecce, non dicit, Tu

ne perdas Te. Caveat ergo sibi, quisquis in profundam libidinis sentinam incidit; hoc enim maximum est supplicii genus, quod homini à DEO irato infligi potest: cui iratus est Dominus, incidet in eam. Quis ergo vestrum serium desiderium profitetur, ne in hoc præcipitium ruat? illi, illi duntaxat, qui periculum fugiunt, neque identidem ad fossæ marginem jocantur.

## SERMO DECIMUS SEPTIMUS.

DIE LUNÆ POST TERTIAM DOMINICAM.

*Et surrexerunt, & eiecerunt eum extra Civitatem, & duxerunt illum usque ad supercilium montis super quem Civitas eorum erat edificata, ut præcipitarent eum. Luc. 4.*

**I.**  Eniat, veniat quantocyus in iudicium ingratitude humana; ego enim hodie diem illi dico, & vadimonium denuntio: compareat in vestro conspectu, respondeat, causamque suam, si potest, defendat. Summam querelæ in compendio trado: hodie novo & hæcenus insolito exemplo gentem aliquam reperire est, quæ impias in Christum manus injicere, furiosè illum aggredi, ac velut captivum in altissimi montis verticem raptare est ausa, ut Eum inde in præcept agat. Sed cohibete malè sanum furorem! nunquid enim is est Salvator, tot sæculis suspiratus, tot precibus sollicitatus, totque importunis supplicum votis è Cælo in terras attractus? Hic enim verò est ipsissimus, quem, ubi mundus obtinuit, tam indignis habere modis non erubescit! Equissimam profectò causam habuistis, O Cæli, ut in eo concedendo difficiles ac propè inexorabiles essetis: ut quid dedistis illum, si perspecta vobis fuit inhumana barbaries, quæ erat excipiendus? sed eja, morti tradatur innocens victima, quia ejus sanguinem adeo fitit humana crudelitas, utque quantocyus è mediò tollatur, statuatur in vertice montis, & in præcept agatur. Verùm quinam tandem sunt, qui violentas Christo manus injicere ausi sunt? videamus, de qua natione, de qua civitate, ac domo.

R. P. Segneri Quadragesimale. D d rectius

rectius dicerem, quibus ex spelæis, silvis & latibulis prodierint hæc monstra. Nazarethum nimirum, Nazarethum Christi patria, illa, illa primum in Christi necem ictum vibravit! Ecquid dico? ergo Nazareth, præ omnibus Palæstinæ urbibus Christo devincta; illa, unde cognomen assumere, illa, ubi primò stationem figere dignatus est? illa, illa prima sit, quæ in Christum seditiosa insurgat, tantoque illum furore persequatur? si exteri hoc auderent, nullis à Christo beneficiis affecti, nullosque illius favores experti; si ab ultima hominum facie Christus hanc insolentiam experiretur, veniam fortassis mererentur: quod autem facinus tam enorme designare audeant Nazareni; hæc enim verò est ingratitude intoleranda: ac facinus nullo supplicio satis expiandum. Sed quid improvidus dixi? certe si Nazaræi ob factum istud condemnari merentur, plurimi cum illis peræque damnandi sunt. Veniam mihi date Auditores, si palàm edicam, eò rem hodie devenisse, ut ii, qui maximos à Christo favores accipiunt, sint maximi ejusdem hostes: verbo, maximè conspicui dignitate, honore; famâ nominis, divitiis, fulgore natalium, aliisque Cæli donis; hi, inquam, hi sunt, qui Christum ut plurimum impudentissimè offendunt. Omnes igitur in unum hodie cum perfidis Nazarethanis fasciculum colligabo, ne quenquam singillatim carpere videar, palàmque maximo eorum rubore demonstrabo, quantus ingritudinis excessus sit;

DEO tam benefico mala probo rependere.

II. Verùm vix fidem meam ad demonstrandum obligavi, cum promissi pœniter: ubi enim sumus Auditores, ubi loquimur? an inter, aut homines? barbaros? aut Christianos? Hoc certè sermone argumentum aptius foret, si tigrides Hircanas, ad leones Lybæ aut dracones Lernæos loqueremur mihi foret; quin si hæc ipsa moderatiōnis essent capacia, facillè me persuasurum considerem, quàm me sit facinus, mala reddere bono actori. Sed quid dico? hæc ipsa lux non ferrent, hoc sibi delictum probrari, variisque historiis memorarent, se quoque ingritudinis summè execrari, suosque Beneficentibus debito amore prosequi? Senes mihi in causæ suæ patronum alerent: officia etiam fera sentiunt, nullum tam immansuetum animal quod non cura mitiget, & in sui vertat. Ad id probandum in memoriam mihi revocarent imperium lud Hannonis Carthaginensis, qui in leones obtinuit; imperium, quam tam absolutum, ut suspensionem affectati regni moveret civis non frustra veritis, facillè sibi subacturum homines, cui se fera submissent. Referrent mihi leonem illum Syriæ, qui Mentori Siraculæ ob spinam è pede saucio extractam catelli instar blandiri solitus est. Narrarent obsequia, quæ Leo Africanus Elpidi Samio exhibuit, cum offensus, faucibus transversim infixum

extraxisset. Refertent exemplum pantheræ, quæ posita naturali ferocia, viæ comitem ac custodem hominis illius egit, qui tenellos ejus catulos è fossa extraxit. Exhiberent mihi draconem Arcadiæ, qui nutricium suum Thoantem è latronum manibus vindicavit, vel leonem Romanum, qui condemnatum ad bestias benefactorem suum, à reliquarum ferarum dentibus liberavit, summo præsentis populi applausu, quo theatrum universum ad tam insolitum spectaculum resonabat. Ego autem tantâ historiæ varietate convictus, quid haberem, quod opponerem? an vera esse negarem? in dubium ergo vocanda esset fides non Plinii duntaxat, plurimis de nimia credulitate suspecti, verum etiam Senecæ, Gellii, Aristotelis, Cassiodori, Guilielmi Paritiensis, Isidori Pelusiota, Basilii Magni, qui omnes hisce factis subscribunt. Quod si & ego vera esse faterer, cogerer altâ vobis voce ex isto suggestu inclamare: ah Christiani! ego vos ad deserta, ad spelæa & ferarum latibula deducam, ut gratitudinem DEO debitam ab illis discatis: hæc beneficiis affectæ, saltem cicurantur & mansuescunt, vocem vestram auscultant, obediunt nutibus, vestigia sequuntur, nec dentes armant in eos, à quibus pascuntur: officia, etiam fera sentiunt. Alia longè vestra est indoles: edicite, obsecro, quid DEUS non facit ad demerendos animos vestros? totus ad commoda vestra intentus est, quasi una illi de vobis cura foret, nec contentus necessitatibus

vestris providere, usque ad delicias vos amat: quot non bonis in vestram gratiam mundum instruxit? infinitis nimirum animalibus ad usum & delectationem; plantis varietate diversissimis, ad utilitatem non minus, quam ornamentum; mineris inexhaustis ad medicinam pariter & ornatum; quin elementa omnia vobis velut tributaria subjecit. In vestram gratiam occupantur nobilissimæ mentes Angelicæ, rotandis identidem cælis fatigatæ; vobis mœventur Planetæ; vestri causâ tantum stellarum agmen instruxit; ad vestram utilitatem irrequieta perpetuo cursu moventur maria & flumina, ut vel campos vestros sæcundet, vel terræ ardores mitigent, vel merces transferant, vel vestram satient cupiditatem: verbo, totam rerum creaturarum universitatem vobis servire voluit. Vos autem, ô inexplicabilem ingratitude! liberalissimum hunc benefactorem injuriis lacessitis, tantoque magis temerarii offenditis, quò majori liberalitate sua in vos beneficia effundit. Id quod mihi sanè tam portentosum videtur, ut si hodie primò novus advena mundum intrarem, id narranti minimè crederem: quod si ipse Lactantius, summæ ceteroquin fidei Scriptor, obvius mihi fieret, discereturque: tam maximè DEVS ex memoria hominum elabitur, cum beneficiis ejus fruente, honorem dare divina indulgentia deberent; ego certè mendacii illum arguerem, idque adinationem prorsus & impossibile existimarem; dicerem, figmenta esse è ma-

D d 2

ligno

ligno profecta animo, aut ementientem Poëtarum hyperbolen. Sed heu mihi, si ad hoc probandum tot sæculorum ac ætatum inductione & exemplis me constringeret; tandem herbam illi porrigere deberem, meque victum profiteri, clamando: enimverò summam rationem habet, hæc dicendi, ò Lactanti! cedo veritati.

III. Et num ignoramus, solemnem esse hominum morem, ut rebus prosperis insolescant, & secundo rerum suorum cursu pejores fiant? audite, quomodo DEUS per Jeremiam lamentetur, *magnificati sunt, & ditati, impinguati sunt, & incrassati: at quo fructu? & praterunt sermones meos pessimè.* Israelitæ, dum gravissima servitute pressi, ad lutum & paleas tractandas damnati essent, fidelissimi erant in Divino obsequio; ubi autem libertatem prodigiosè asserti sunt, ubi obsequiosa sibi maria, divinis Erythræi oceani undas, nubes palato suo vestigales, noctes in sua commoda opportunè illuminatas, dies gratissimâ umbrâ temperatas, petras rore stillantes, fecundam solitudinem; depluum Cælo Manna, obtentos & gentibus victorias, populos imperio subjectos viderunt, summâ arrogantia in DEUM ac Divina rebelles, gentium superstitiones imitati sunt, Deorum simulacris thura adoleverunt, arasque & Tempa illis consecrârunt. *Vitis frondosa Israel, ait per Metaphoram Oseas, secundum multitudinem fructus sui, multiplicavit altaria, juxta ubertatem terra sua exuberavit simulacris.* Saul, dum adhuc pasceret, juvenis erat modestus ac pius; cum in Regem à DEO electus est, mores mutavit, & pessime evasit. David, inter persecuta innocens, mansuetus, & viscedum cor DEI, postquam Divino beneficio hostes devicit, bellum suum firmavit, in homicidium & adulterum degeneravit. Non inflatus felicitate, Idololatra factus Salomon, Ozias sacrilegus, Joas tolerabilis, & Ezechias fastuosus: le obtentâ petulans evasit Agar, Joas post victorias Samson, & fortissimus fuit, quia fortunâ favore nocentiam servaret, quam in adversa præ se tulit. Hocine est, Divinæ munificentia & largitati responde dicebant DEO, quemadmodum similis farinae hominibus in Jobo gimus, dicebant DEO, recede à nobis, recede à nobis! sed edicite, tempore usque adeo in DEUM obsecrati sunt? an fortè cum eos immineret, aut percuteret infirmum minimè: sed cum impleisset domum bonis; non cum impleverit, cum impleisset: quam diu enim supererat, quod ab ipso reciperent, quam adhuc DEI reverentiam exhibebant; cum autem domus præredunderet, dicebant DEO, recede à nobis, cum ille impleisset domum bonis.

IV. Verùm ne diutius aliena gratitudini insultemus, cum nobis potius ruborem deberet excutere, quid de nobis ipsis dicemus? Christiani, manum sinui nostro

Jer. 5.  
28.

Ose. 10. 1.

ramus, & leprosam fortè Moyſis inſtar extrahemus: num enim meliores evadimus; ſi DEUS manu munificà & propitiâ vota noſtra ſecundat, & neceſſitatibus providet? ut induſione utamur, an non ſingularis eſt favor, ſi proſperam DEUS meſſem indulget? toto enim anni decurſu nil aliud ſuſpiramus, quàm ut flavâ meſſe campos noſtros inaureret, ut vites denſis racemorum pampinis aggravet, ut ubere pomorum proventu arbores ſæcundet. Hæc autem conſecuti, quid facimus? an Divino cultui majori cura vacamus? an ad Baſilicas DEO Eucharifticon dicturi, ait Salvianus, properamus? an donis cumulamus altaria, eleemoſynis pauperes? an ſaltem ſceleſtas animi cupiditates DEO velut victimas immolamus? an vitam & mores emendamus? *Compensare, credo, Domino DEO noſtro, cultu, honore, reverentiâ, bonâ, quæ ab eo accepimus, niſiſimur?* ait Author ille, *Si quando nobis DEVS proventus uberes, & tranquillitatem ac abundantiam dederit, ſuper vota creſcentem, tantâ ſecundarum rerum proſperitate corrumpimur, tantâ inſolentium morum pravitate vitiâmur, ut & DEI penitus oblivifcâmur, & noſtri, Scitis, quid tunc agamus? tunc enim verò ſtudemus dilatare granaria, augere reconditoria, & vitæ futuræ oblitî cum Epulone illo*

12. *Evangelico ingeminamus: Anima, habes bona poſita in annos plurimos, quid aliud agendum ſupereſt? Comede ergo; bibe, epulare. Eja alacriter, nunc tempus eſt tuburcinandi, luxum & pompam oſtentandi, indulgendi ge-*

nio, luſui vacandi, vindictam executioni mandandi, pudicitiam puellæ expugnandi, litandi deſideriis & affectibus, corrupendi Judicem & ſubornandi miniſtros; atque adeò, quis credat? eò pertingimus, ut beneficia à DEO recepta, velut arma contra DEUM intorqueamus. Ponite præterea, nos poſt bellicas calamitates tranquillâ rursus pace potiri; nunquid ad theatra ſubitò, ad choreas & ſymphonia properamus? Ponite, nos poſt diuturnam inſirmitatem optatâ valetudine perfrui; nunquid continuo ad amores illicitos effrænati relabimur? cum ex plebeja conditione ad Senatoriam evehimur, novis nos titulis conſpicuos, aut novis parentelis Illuſtres videmus? an non ſubitò ſuperbè nos circumſpicimus, ſaltum induimus, plebem dedignamur? quin verecundamur, illa poſt hæc pœnitentiæ Oratoria frequentare, quorum coetui prius annumerari gaudebamus? Edicite, quaſo, quibus ſtudiis ingenii perſpicaciam DEI beneficio acceptam, & longo uſu excultam, ut plurimum impendimus? an non in turpes cantilenas, aut profana commenta? ubi judicium quo nos natura dotavit, niſi in doſiſ contractibus concinnandis, auròque per fas & nefas cumulando collocamus? ubi potentiam, niſi in oppreſſionibus pauperum, violentiis, ac iniquiſſimis concuſſionibus exercemus? quid dicam amplius? *Sanitate abuti-mur ad libidinem, divitias vertimus in luxuriam, bonâque famam, ſordidâ converſatione turpamus; ut ſuâ ætate Hieronymus deplorabat. An non hoc eſt,*

est, DEO malum pro bono repende-  
re, ut quondam perfidus Eribatus fe-  
cit, qui, cum gravi auri pondere à  
Crælo esset ditatus, illo ipso militem  
conscriptit, & largitori bellum intulit?  
Ego confortavi brachia eorum, vi-  
detur nobis dicere DEUS per Oseam,  
ego confortavi brachia eorum: ipsi au-  
tem quid fecerunt? & ipsi in me cogi-  
taverunt malitiam. Heu hoc ingrati-  
tudinis portentum nimium quantum  
inter nos invaluit, nec porro demon-  
strandum, sed potius exterminandum  
esse videtur.

V. Quodsi ingrattissimi hominis  
notam meretur, qui pro acceptis be-  
neficiis debitas DEO gratias non re-  
fert, illa dissimulat, obliviscitur; quan-  
ti non sceleris reus est, qui injurias re-  
pendit? Dicite, quæso, Auditores,  
quis vobis sensus foret, in quas non  
iras excandesceretis, si quis insigni à  
vobis dono devinctus, colaphum red-  
deret, aut morti ereptus, pugionem vo-  
bis in latus defigeret? quin si facinus  
tam indignum non in vos ipsos, sed in  
quemvis alium, cetera vobis ignotum  
& peregrinum designari videretis, an  
non iustissimo zelo vobis pectus ebul-  
liret, & animus indignatione efferves-  
ceret? nunquid dira omnia; cæli ful-  
mina, & inferorum furias in caput illud  
ingratum provocaretis? Non potuit  
stylum cohibere Zeno, quin eum acue-  
ret in Saulem, qui Davidem eo ipso  
tempore è medio tollere laborabat,  
cum ille apertas collo citharâ, eun-  
dem sanæ menti restituit; Hieronymus  
merito indignatur Josephi fratri-  
bus, qui tunc potissimum ejus necem

meditabantur, cum ille onerata  
riis brachia ad eos pascendos depon-  
ret. Audite aliud ingrattitudinis por-  
tentum: Basilium orientis Imperator  
aliquando animi gratiâ venatorum  
peram dabat, cum raræ magnitudinis  
cervus, in quem Basilium venator  
intorserat, declinato ictu in Imperator  
rem insilit, & inserto in ejus balbe-  
corum in sublime suspensum tollit,  
tam illi haud dubiè elisurus, nisi Im-  
peratorum nonnemo, viso Imperatoris  
periculo, celeritè accurreret, & dis-  
secto, ex quo pendebat, collo, Basilium  
ab interitu vendidit. Ubi tanto defunctus  
discrimine iam rediit Imperator, omnes  
cerere proceres purpurato illi circulo  
mille eum plausibus deprædicabat,  
quod Principem servasset. Quis dubi-  
taret, Basilium totorem suum inter  
mos deinceps amicos, & primos  
Ministros admisisse? Nemo omnino  
erat, qui non pretiosa illi munera,  
& streps titulos, summosque honores  
guraretur; cum ecce Imperator  
stabili plurimorum more, qui igno-  
rantium arbitrantur, habere subditi-  
cui multum debeant, caufatus,  
puratum illum violentas sibi manus  
ferre ausum, in mandatis dedisse,  
publico in foro capite truncaretur,  
tonitis omnibus, quod ferali in  
mate spectarent, quem ad regalis  
societatem admissum iri crede-  
rant. Auditis factum barbarum  
sed quo, quæso, animi sensu  
non intima vobis viscera commove-  
sunt? certè qui facinus hoc referat  
Cedrenus nimirum, ac Zonaras,

Ose. 7.  
15.

De li-  
vore &  
invidia.

De Laz.  
conc. 4.

enormen perfidiam abominari satis non possunt: ego certè non dubito, quòd omni supplicio tyrannum istum dignissimum censeatis; imò si præsens foret hoc hominis monstrum, nemo, credo, se cohiberet, quin impetu in ipsum factò, aut unguibus elideret, aut moribus dilaceraret? Ego cohorrui me fateor ad scenam tam tristem; sciveram enim quidem ex Ecclesiastico, quòd ingratus sensu derelinquet liberantem se; nesciebam tamen, quòd etiam prostigares & perderes. Sed DEUM immortalem! cur non eadem nobis mens est, ubi DEI causa agitur? an non ille æqualibus nos beneficiis sibi obstrinxit? Et quid dico, æqualibus? majoribus dicam, & infinite quidem: beneficium enim Basilio collatum, aliud tandem non erat, quàm vitæ periculo semel subduci. Sed quoties nos de vita gravissimè periclitati sumus, terrâ, marique, ab hominibus & brutis, à dæmonibus & maleficis? O quàm dudum morti in prædam, & inferno in pabulum celsissemus, nisi DEUM febris præcordia depascenti, aut defluxione fauces obfidenti, gangrenâ viscera corroderenti, aut gutturâ cor suffocanti imperâisset? Ille in vestram tunc defensionem apprehendit arma, vósque creaturarum furori subduxit, quæ velut Divinæ justitiæ ministræ, in vestram perniciem conspiraverant: & exurrexit in adjutorium vestrum. Vos autem quid? vos, te hæc Apostolo, impias in DEUM manus armastis, iterum crucifigentes filium DEI; & ostentui habentes? Cur ergo non in nos ipsos, ut in Basilium,

excandescimus? Neque mihi, velim, respondeatis, has esse Apostoli metaphoras; vos enim nunquam Christo mortem machinatos esse, neque tantum nefas unquam animo designâsse: quid enim, an non illatæ Christo necis Nazarethanos cives reos hodie arbitramini, qui, licet ei vitam non eriperent, nihil tamen intentatum reliquerunt, ut eam illi eriperent? sic vos quoque quoties lethali vos noxâ obstringitis, vitam quidem DEO non eripitis, quia impassibilis est & immortalis, ea tamen audetis, quæ quondam morti Christi causam dederunt, ut ait D. Thomas, Cum peccas, inquit, quantum in te est, das occasionem, ut iterum Christus crucifigatur.

VI. Sed demus, intentatæ Christo mortis rei non sitis: estne autem hic vester in Christum amor, nolle quidem Eum occidere, de cetero autem quidvis adversus illum tentare? maledicitis nomini ejus, accusatis providentiam, servos ejus affligitis, sacerdotes spernitis, templa profanatis, & conculcatis mandata. O crudelitatem! ô impietatem! ô barbariem! Civibus Bethulæ, cum à magoanima Juditha imminente excidio erepti sunt, satis non erat, ab ejus cæde abstinere, sed summis præterea laudibus extulerunt: Benedixerunt eam omnes, unâ voce dicentes: Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri: pretiosis præterea muneribus eam cumulârunt, & omni obsequiorum genere venerati sunt; cumque tandem fati concessisset, septem dierum luctu inconsolabili eidem parentârunt

*in Epist. ad Hebr. c. 6. v. 2.*

*Judith. 15. 10.*



târunt. Pharaoni satis non erat, non interimere Josephum, qui mirabili providentiâ famem ab Ægypto avertit, totique Regno de copiosa annona per septem sterilitatis annos providit, sed ad supremam in aula sua dignitatem extulit. Assuero satis non erat, non interficere Mardochæum, qui structas in Regis caput insidias detexit, sed ad summos Persiæ honores elevavit. Sic nemo unquam satis gratum se esse censuit, si Benefactori vitam non eriperet; hoc enim, ut dici solet, *beneficium latronum est*: Vobis duntaxat hoc erga DEUM beneficium genus sufficit; ceterâ, velut omni gratitudinis debito soluti, ejus jussa contemnere, convitiis & probris eum onerare, incessere blasphemis, eumque velut per ludum & jocum pessimis modis habere non formidatis. Heu! qua tandem de causâ tantum mali DEO tam bono? qua de causâ, qua de causâ? certus sum, ait D. Chrysostomus, quod, si hominum quispiam mediam duntaxat earum gratiarum partem in vos conferret, quam à DEO recipitis, omnem, etiam levissimam offensâ ejus umbram caveretis, vosque devotissimos ejusdem servos & mancipia profiteremini. Quid non obsequii à vobis impetraret, qui tam opimas ac pingues vobis facultates dono dedisset, quibus DEUS domum vestram locupletavit? si quis robustam vobis valetudinem, & vires corporis restituisset, qualem DEUS vobis in tot jam annos extendit, quoniam non grati animi affectu illum prosequeremini? Si, inquam, hæc ab homine aliquo in vos merita collata fuissent,

nonne illi vos totos consecraretis? ergo id ipsum DEO non facitis, qui milles illi querelas exprimitis, *nutrivi & exaltavi, enutrivit, & exaltavi, gratiæ ornamentis, ipsi autem spreverunt me*. An ita facilius est, gratum esse hominibus, quam DEO? id si foret, veniam mereretur ingratitude vestra; illud autem delicti magnitudinem auget, si grati cupiatis esse hominibus, cum DEO autem sitis ingrati, qui tantam etiam grati animi signa facile admittit.

VII. Hebræis in lege veteri prohibuit, ne in sacrificiis pisces offerrent: quis vestram interdicitur causam reddiderit? an non enim gustu lapidi, ac palato in paucis sunt? id quidem verum est, ait Iulianus, sed difficulter tamen capiunt aquarum incolæ sunt, in profundis habitant; abscondita tenent latibulorum, cessus habent furtivos, & lubrici celerem fugam. Et hæc fuit causa, quod eos Deus à sacrificiis excluderet, non exigit à nobis, nisi quod est admodum parabile, & in promptu: ideo etiam noluit sibi immolari silvestres, quæ non nisi laborioso natu, ac sumptuoso apparatu capiuntur. Apud Ethnicos quidem Neptunus aper immolabatur, Isidi dama, Faunus capreolus, cervus Dianæ; DEUS autem noster aliud non nisi domesticum, & de armento sublata animalia, tales nimirum & tauros, oves & agnos, de volucrum vero genere non porcos, aut meleagritas, sed columbas

*Ad Rom. hom. 6.* aliquo in vos merita collata fuissent,

solum & turtorem admittit. Cur verò aves tam obvias ac vulgares in solenne sacrificium sibi DEUS poposcit? certe non aliam ob causam; quam ut nobis innotescat, facili se & parabili sumptu placari, nec rara & exotica desiderare; nullum munus despicit; tenuissima etiam sereno vultu admittit, quia non muneris pretium, sed offerentis affectum æstimat: *Si voluntas prompta est, secundum id, quod habet, accepta est.* Unde perspicuum est, facilius longè esse, DEO quàm hominibus gratum se exhibere; hi enim plerumque superbi, insatiabiles & avari sterile obsequium aut voluntatem infructuosam contemunt, & non nisi manus plenas expectant. Pingite discipulum Magistro, clientem causidico aut medico infirmum dicere: Domine, ut gratum erga te animum contester, en caput tibi denudo, præscriptam à te studendi methodum observo, lites ex consilii tui directione tracto, medicinis & pharmacis tuis utor. Num contentos fore creditis cum tirone Magistrum, cum cliente advocatum, Medicum cum infirmo? minimè profecto; aliud enim & pinguius laboris sui minerval petunt; auro aliisque donis sua volunt beneficia compensari. Econtrario DEO abunde satisfacit, quod nulli alteri sufficit, aliud à nobis haud exigat, quàm ut ad unguem servemus ea, quæ salutis nostræ intuitu præcepit; *si vis ad vitam ingredi: serua mandata:* quin inter hæc ipsa mandata non nisi illa à nobis observari petit, quæ libero voluntatis nostræ arbitrio subiecta sunt. Si pauper fortè es nec Eleemo-

R. P. Segneri Quadragesimale.

lynas dare potes, jejuniis contentus est; si debilis es, & jejuniorum rigorem ferre non potes, Eleemosynis placatur; si nec unum nec alterum in promptu habes, vitæ temperantiâ aut sermōnis modestiâ, aut sacræ orationis pietate defectum supplebis. Verbo, DEO abundè satis est, quod nulli ferè hominum sufficit, non primum postulat, sed honorem; quis autem credit DEUM nec hoc quidem grati animi signum impetrare à nobis posse, majoremque nobis hominum, quàm DEI curam esse? quasi verò beneficia, quæ ab hominibus, velut causâ secundâ & infimâ in nos derivantur, non peræquè à DEO velut causâ primâ, & supremâ originem trahant. *Ego redemi eos, ait DEUS per Oleam ego redemi eos à paupertate; redemi eos ab infirmitate; redemi eos ab ignorantia; redemi eos ab infima fortunæ conditione: & ipsi locuti sunt contra me mendacia! dum, quos à me receperunt favores, alteri adscribunt, alteri sanitatem, alteri doctrinam, alteri honores. O miseram & infelicem DEI sortem! an non hæc est palmaris injuria, quam eidem inferimus?*

Verum necdum hic sistit nostra ingratitude: parùm enim foret (heu cor mihi rumpitur, cum hæc dico) parùm, inquam, foret, DEUM homini postponi, ignominiosius est, quod & brutis cedere cogatur. Lupi, quis crederet? lupi, inquam animal homini tam exosum, eò pertingunt, ut exquisitis honoribus in Ægypto colantur, quod semel, nescio quo casu ex Ægypti campis latrones Æthiops fu-

B e

gave-

Ser. XXI.  
de temp.

Ose. 7.  
13.

gaverint: eodem in loco aras & incensum promeriti sunt vultures, Ichneumones & cati, quin & aves prædatrices quas Ibides appellant: vultures quidem, quod cerastarum prata depopulantium cubilia exterminaverint; Ichneumones verò, quòd ova crocodilorum Nili littora obsidentium diffregerint; feles quoque, quòd contra nonnullorum serpentum morsus antidorum præberent; Ibides tandem, quòd alatis draconibus, verno tempore ex Arabia in Ægyptum advolantibus, terram illam purgarent. Tantum vel à barbaris animis vilissima animalia extorserunt, & quidem pro iis obsequiis, quæ beneficii nomen minimè merebantur, cum benefaciendi voluntate carerent: & DEUS tantum à nobis obtinere non possit, ut saltem à nobis non offendatur? Verum quid opus est ad Ægyptios recurrere? an non nos ipsi etiam canibus blandimur, quòd fideles se nobis præbeant custodes? quin inhumanum & crudele censemus, cuicumque animali nocere, quòd nullum nobis fastidium, aut damnum intulit; indubitatum certè est, Senatores Athenienses nobilem quendam omni honore privasse, quod passerculum, qui ad sinum ejus confugit, ut imminentis aquilæ unguis evaderet, à se rejecerit: cur ergo volupe nobis est: DEUM læcessere, qui non tantum nullà nos molestia afficit, sed singularissimis insuper beneficiis exornat? Verum totus erubescio, quòd ad similitudines, homini adeo propudiosas prolapsus sim, docente me Divo Hieronymo: *Quando majora mi-*

*noribus coquantur, inferioris comparatio, superioris injuria est. Sed vultures mereri videor, nam facti indigni & ingratitude excessus ad hæc verba coëgit: quid enim ad hæc ponitis Christiani? quæ obsecro deamur? an fortè, cum DEUS benefacit, illum beneficii Authorem non agnoscimus? Ita enim verò dicit Dominus, & dicit in quo dilexi vos; DEUS solus est, gratos nos exhibere detrectamus, gratitudinem hominibus, gratitudinem brutis profitemur, soli DEO ingratissimi, nec ingrati duntaxat, sed invidiosi, impii, ac scelerati. Quo tandem modo corda sibi nostra deus sectum devinciet, si beneficiis torquere non potest? Edicite, peccatores, sodales mei, quid ad amorem vestrum obtinendum fieri necesse est? DEUS vos deperit, vos suspirat, sollicita de vobis Illi mens & cura existimabat ille, animos tandem in sui amorem flecendos; sed spe sua frustratum se videt. Ei porro agendum est? Cavete, cavete, ne styllum deinceps & animam mutet, suam vos gratiam & protectionem destituat, ac perdi vos sinat, & latere? Superi averrant hoc à vobis styllum, quo nullum magis vobis nocuum, ipsique DEO molestissimum est. nihil enim ille æquè dolet, quam si vestra illum ingratitude ad sua nobis beneficia subtrahenda cogit: nonne scitis cur hoc illi vitium adeo detestabilem ceat? certè non aliam ob causam, quam quia ingratitude est. Venus ille*

ab Ezechiele descriptus, qui fertilissimam Divinæ munificentiae tellurem exsiccat & exarescere facit: hinc Deus tam amarè in Psalmis de iis conqueritur, qui mala pro bonis rependunt, non quod injuriis ab iis afficiatur, sed quòd DEUM, in nostra commoda tam foecundum, sterilem reddant: *retribu- bant mihi mala pro bonis, sterilitatem anima mea.* Aperiamus ergo campum DEO amplissimum ad nobis benefaciendum, atque ideo pro beneficiis acceptis grati esse studeamus.

## P A R S A L T E R A.

IX. **N** Unquam magis obstupescere me memini, quàm dum Herodotum legerem: refert Author iste, populos quosdam reperiri, solem adeò exosos, ut, quàm primùm manè exoritur, furiosorum instar in occursum ejus sese effundant, diceris mordacibus illum laccssant, lapidibus & sagittis petant. Ecquod hoc hominum genus esse existimatis? an fortè Septentrionis incolae, quibus, velut privignis, rarissimè suum aspectum indulget ac benignos suos influxus nonnisi avarà ac parca manu communicat? Minime certè: isti enim, quoties sol oritur, festivo sidium, citharæ, fistularum, ac utriculorum concentu, eundem salutant. Illi, illi solem oderunt, quos rectè suis radiis liberalissimè ferit, qui copiosissima ejus luce fruuntur, quorum ille mineras auro & argento foecundat, quorum maria corallis ac unionibus replet, populi nimirum Atlantici. Dum ista legerem, Auditores, (fateor ingenuè) singularem populi barbariam

agnovi, populi plus quàm stolidi & insani. Verùm nunquid simili ratione nos erga DEUM gerimus? ipsissimè sanè, ipsissimè, teste D Gregorio Pontifice: *Magis contra DEUM eleantur, qui magis ab ejus largitate contra meritum ditantur.* Sed quam portentosa hujus ingratitude causa dicemus? video enim verò illam esse affecutus, hanc enim me hodie docent cives Nazaretani, Christi, in conterraneos suos summè benefici, ingrattissimi persecutores: quid enim erat, si rei veritatem rimari placet, quod illos adeò perfidos, Christoque rebelles fecit? sola certè suspicio, quasi Christus non tam eorum amicus, quàm æmulus esset, sciebant enim ex Christi comminatione, juxta doctissimi Maldonati commentationem, veram religionem Desque cultum à Judæis ad gentes transferendam; ocyùs ergo arma in Christum moverunt, velut si is auferre illis tentaret, quod priùs donasset: *Et repleti sunt irà, eò quòd visus esset Christus significare, gratiam à Judæis transferendam ad gentes.* Ecce, Auditores, causam, quæ nos quoque toties DEO facit ingratos: existimamus, illum nostra nobis erepturum; quasi verò non æquè facilè ipsi fuisset, nunquam nobis dare, quæ denuo auferenda timemus. Proponite vobis Patrem, longà filiorum serie à DEO donatum, & filiorum quidem spei prorsus eximiae, occur ille huic beneficio ingratus, tam perversè illos educat, malè affectos ad litterarum studia, ab omni pietate alienos, moribus & vità tam dissolutos? timet enim verò,

ne sanctiori proposito concepto, mundo dent repudium, seque in sacras abdant familias, sicque DEUS illos cripiat, quos prius donaverat. Nobilem aspice, ubere reddituum copiâ à DEO locupletatum: occur ille DEO tam avarum ac sordidum, olorem pauperum, famulis asperum, erga DEI servos tenacem ac parcum se demonstrat? timet & ipse, ne redigatur ad incitas, Deusque sibi vendicer, quod dedit. Et verò quamprimùm hæc diffidentia animum occupat, in quæ non indigna prolabitur, in quæ non flagitia præcipitur? Jeroboamum consideremus, cujus exitus miserabilis, nisi divina oracula in tertio Regum libro nos docerent, fidem vix inveniret. Erat ille Salomonis servus, qui nec per somnium sperare poterat, se Ejus in Regno successor fore: huic tamen DEUS, vivente etiamnum Salomone, per Prophetam Ahiam regiam in decem Tribus potestatem promisit; duæ enim in Davidis gratiam Roboami nepotibus reservabantur. Vix vivere desit Salomon, Jeroboam Rex salutatur: quis autem non credidisset, Principem tam prodigiosè à DEO assumptum omnem deinceps spem suam in solo DEO collocaturum, cui soli coronam & sceptrum, pacificam regni possessionem, & addictos subditorum animos in acceptis referre debuit? Accedit, quòd ex Divina revelatione didicerit, nunquam sceptrum de stirpe ejus auferendum, DEUM ejus in consiliis adiutorem, in conflictu & præliis protectorem, liberatorem in periculis futurum, modò

in Divino obsequio immobilis & constantis perseveraret: Et regnabis in omnia, quæ desiderat anima tua. Quæ ergo non dixisset, Jeroboamum Principem DEO devotum, religiosum & moderatum? Et tamen, quid dederet? vix Regni gubernacula sustulit, cum juratus DEI inimicus evadit: ritus enim, ne, si liberam subditiorum cultatem daret, ad consueta facienda Hierosolymam peregrinandi, sed ad Roboami illic imperantis obedientiam redirent, cum omnibus à terra in situm sit, ut promptius nato, quod electo se Principi subjiciant, verum inquam, subditorum à se defectum in palmarem DEI contemptum, nem Solymam peregrinationem dicto publico severissimè vetuit, tamen non ignoraret, in omni hanc na Republica necessarium esse aliquid DEI cultum, verum aut adulterum ut hoc velut fræno subditi in eis contineantur, minùsque ad motus seditiones aut concitandos tum audaces reddantur, audite, quod filio infamis hic politicus sit usus: nos ex auro vitulos conflari, coronatum unum in confinibus Dan, in Bethel locari iussit cunctisque subditos ad solenne sacrificium convocatis, inquit, hi sunt Dii, qui vos ex Ægypti servitute liberarunt, tuncque anno decursu in solitudine aluerunt: ergo deinceps adolete thura, vitulos immolate, vota & preces fundite, ipsique Solymæ curam deponite: *in cogitato consilio fecit duos vitulos aureos, dicens, nolite ultra ascendere in Jerusalem, Ecce Dii sui Israël, qui se vobis*

3. Reg.  
11. 29.

tunt de terra Egypti. Verbo, eò tandem insaniam pervenit, ut commissum sibi populum à vero DEI cultu averteret; nec exprobrationibus aut minis, nec suppliciis aut miraculis porro induci se passus, ut DEO, Benefactori suo summo, consideret, sed juratum se Ejus hostem ad usque vitæ & regiminis finem profiteretur: an unquam credidissetis, Auditores, posse hominem quendam eò ingratitude pervenire? & tamen fidei oraculum est, eò pertigisse Jeroboamum, eò cives Nazarethanos, eò denique tot, tantosque alios in hodiernam usque diem, qui, licet non manifestè, tacitè saltem id satis ostendunt.


X. Vah, ingratiissimi Peccatores, quæ vestra hæc diffidentia est? si DEO salus vestra cordi non esset, an tot in vos beneficia congesturum censeret? cum in nihili vestri abyfso lateretis, creavit vos; cum servi & mancipia, redemit; cum nudi, vestivit; cum rebelles & obstinati, sustinuit. Quæ ergo amentia est, credere, illum ea vobis erepturum, quæ

dederat, ac propterea injuriis eum laceffere? quasi verò illius offensa vos in bonorum vestrorum tranquilla possessione, DEO etiam invito, servaret: si illi luberet, veltris vos divitiis spoliare, quid ei foret facilius? cur ergo, ne iis privemini, duos vos & inclementes erga pauperes exhibetis? si filios vestros placeret adimere, quid magis in promptu? cur ergo, ne iis spoliemini, à Divino eos servitio avertitis? nunquid vos bonorum gradu posset dejicere, privare amicis, titulis, muneribus, ac ipso, si vester foret, Principatu? cur ergo dolis tam iniquis cum Divinorum mandatorum contemptu, cum Divini cultus neglectu, per omne fas & nefas, eorum possessionem stabilire nitimini? agnoscamus, quæso, unicum nostrum, verumque benefactorem, ejusque amoris non odium, sed amorem reddamus, honoribus illum, non injuriis prosequamur, ut nemo posthac prout ego hodie, invitus licet, feci, exprobrare vobis possit aut debeat, etiamnum reperiri, qui mala pro bonis ingrati rependant.

## SERMO DECIMUS OCTAVUS.

DIE MARTIS POST TERTIAM DOMINICAM.

*Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Matth. 18.*

I.  Nter plurimas à Christo nobis inculcatas, & Evangelio proprias quasi leges nulla videri posset majori voluptate excipienda, majorique alacritate executioni danda, quam quae imperat correctionem fraternam: quis enim ignorat communem omnibus alienos errores carpendi prurimum? sit licet sol remotissimus situ, vultuque & formâ splendidissimus, humanus tamen oculus eò evasit audaciae, ut aliquas illius maculas censoriâ virgâ notaret, eadem minutim, nec sine fastu numeraret, mundoque palàm, & cum plausu spectandas proponeret, claro omnibus documento, quantum sibi ipsi imponat, qui sperat, se vel sublimitate gradûs, vel antiquâ innocentiae possessione ab hac rigida censura liberum & immunem fore. Verùm quàm paucos reperire est, qui præceptum hoc impleant? Certè etiam inter Christianos minimè defunt Davides, alieni thori violatores, sed ubi Nathan, qui eos corripit? Novi non defunt Achabi, alienorum bonorum usurpatores; sed ubi Elias, qui scelus exprobrat? ubi Baptista hac ætate, dùm tanti sint incestuosi Herodes? ubi Chrysostomus, cum tot Eudoxiae superbæ? ubi Theophilus, cum tot sint Leones sacrilegi? ubi Dunstanus, pro tot turpibus & lascivis Elvinis? ubi Ambrosius, pro tot Theodosiis sanguinariis? omnes officii nostri numeros implevisse arbitramur, cum scriptis amarulenti, mordacibus dicerent chartis famosis in vulgus sparsis, lem nostram exoneramus, quæ ad ritandos magis, quàm emendandos delinquentes serviunt; nemo tam est, qui alienam turpitudinem patitur & sine furo objurgare audeat, & ignavorum instar custodum tum multum latrones inclamamus, cum jam fugâ dilapsi sunt. Mearum ergo partium foret, vestrum hodie lum suscitare: sed quo me id facturum confidam? respondens enim ocyus, rarum esse calum, vos ad corrigendum fratrem graviter obliget; evolvisse, ac consuluisse tam speculantis, quàm illius, quæ res dirigit, Theologiae Doctores, nésque veritatem istam unquam calculo probare. Quid ergo loquor, nisi ut vos reprehendam, quæ in animabus DEO lucrands tam arduum studium & operam ponitis, etsi nullum præceptum vos obliget. Et nunquid hoc præclarum, volens dignum loquendi argumentum frater video enim, Christum ipsum, et fraternam correctionem nos incedere nec minas addere, nec terrores agere; nec jubet, nec obligat subire, sed solum spe lucri invitare: si audierit, lucratus eris fratrem tuum. O Christiani, o si satis penetrassetis quid sit, lucrari fratrem, lucrari fratrem! puderet nos profectò dicitur convertat, qui volet, ego ad id non obligor. Eia videamus, an excusationem tam perniciosam enervare possim: vos autem mihi benignam respondebite; si enim sancto quodammodo

vestrae conditioni ac gradui conveniente, vos inflammavero, non vos solum lucrabor, sed eos etiam, qui sua me hodie praesentia dignati non sunt, sicque vos hodie in Apostolos mutabo.

II. Vix in Assyriorum castris Juditha comparuit, cum homines, aliis inhumani ac barbari, insolitae lucis fulgore raraeque pulchritudinis fascino capti sunt; cumque & oculorum verecundiam & totius corporis venustissimam compositionem, & linguae gratiam viderent, attoniti exclamarunt: *quis contemnat populum Hebraeorum, qui tam decoras mulieres habet, ut non pro his merito pugnare contra eos debeamus?* Sic licet Bethulia in altis montium jugis, & abrupta inter praecipitia sita, operae sane pretium erit, eluctari in altum, & inter devia praedam tam nobilem consecrari. Eja, quid porro opus est, tubarum clangore viros ad arma ciere? imperet modo Holophernes assultum, ruat animosus in hostes, & classica canat; sola Juditha tanto molimine digna est. Ita loquebantur miseri caeco amore ebrii: & verò oratoriae exaggerationi adscribi haec possent, nisi probe nobis constaret praelia longè magis cruenta unius formae gratia saepius exaruisse. Quis enim diuturno ad Trojam bello facem subdidit, quam vultus Helenae blandientis? Quis Thebas ad arma concitavit, nisi unica Theana? quis conflictum ad Cyrbam exasperavit, nisi Megisto? ut nihil dicam de praелиis Turnum inter & Aeneam unius Laviniae amore; An-

tigonum inter & Ptolomæum, Cleopatras gratia. DEUM Immortalem! Quis mihi det, ut animae vobis pulchritudinem hodie demonstrarem! ah quid Cleopatrae, Laviniae, Megistae, Theanae, Helenae, Judithae? harum decor non est, nisi flos campi, qui momento marcescit; non est, nisi mentis deceptio, oculorum fascino, laqueus cordis incauti, esca perniciosè alliciens, & sagitta fallaciter fulgens: genuinam, veramque pulchritudinem habet anima, ad Divini vultus imaginem efformata: *ubi factus homo ad imaginem DEI?* exclamat Augustinus, an in corpore? minimè profectò; *in intellectu, in mente; in Tract. 8. interiori homine, in eo, quod intelli in Joan. git veritatem.* Si ego animam vobis exhibere possem, qualis in se est, tanto ejus amore vos inflammarem, ut nulli parcendum labori, nec impensis, imò nec vitae ipsi censeretis, ut creatura tam nobilis ab interitu vindicaretur. Haec unica erat merces, à magno Apostolo Paulo suspirata, quando in proximi emolumentum, etiam à Christo non renuit separari: *lucrari fratres.* Haec erat merces, à Seraphica Catharina desiderata, quando paratam se obtulit, inferni fauces subire, modò fores ita posset obstruere, ne ulla deinceps anima ingredi posset: *lucrari fratres, lucrari fratres.* Quid ad haec respondetis, qui proximi curam negligitis, quia nulla ad eam gerendam lege tenemini? satis profectò hac loquendi formulam ostenditis, ignotam vobis esse humanae animae dignitatem. Ah vile nimis ejusdem pretium



tium statuitis ! si enim oviculæ intra lupi dentes ejulanti , aut turturi inter accipitris unguis gementi condoletis , atque opem ferre laboratis ; fieri potest ; ut intra draconis infernalis fauces videatis animam , nec ad compassionem moveamini ? sed nulla dicitis , eandem juvandi obligatio vobis incumbit : demus hoc ; illud autem vos quidem ab injustitiæ , non tamen crudelitatis notâ absolvit.

III. Verùm dabo vobis , verum esse , quod dicitis ; ego interea ad Christum me convertam , eumque è Cruce , cui nostri amor illum affixit , descendere jubebo : an enim ulla lege ad nos tam caro Sanguinis sui pretio redimendos tenebatur ? minime profectò , si Isaïæ credimus : *oblatus est , quia ipse voluit ; victimam se pro nobis obtulit ; sed quia ipse voluit : poterat enim , ut ait Chryl.* *stomus , Christus , qua passus est , non pati , sed , quod nostrum erat respiciens , quod suum erat , neglexit.* Cùm ergo tantis dolorum impensis , nullo alio , quàm gratuitæ benevolentia & amoris titulo impulsus salutem nostram emere dignatus sit , quis se deinceps lucrando DEO fratribus impendere detrectabit , etsi minime obligetur ? Ah ferrea & ingratiſſima Christianorum corda ! En , quid sibi DEUS nostri amore mortuus crucique suffixus , promittere possit , dum nostris duntaxat commodis studemus , DEI autem causam negligimus. Totum , cui Christus inhiat , lucrum est hominum salus , ut ait D. Chryl. *stomus : nihil adeo studiosè affectat Deus ,*

*ut salutem animarum : hujus loci adjutores ac socios undique conseruit ; cum in finem milites scriberet ; affeclas invitat : & quisquam suam illi operam protervè negavit.* Cùm Scipio Africanus ad expugnandam Numantiæ se accingeret , civium numerus , tam tamoli amore illectus sub signa ejus convulavit , ut Plutarcho teste Senatù publico edicto frænnum plebi injicitur censuerit , *veritus , ne vana quaeretur Italia.* Quid de Ponticam , & Cæsare ? quid de Aladro insatiabili regnorum bellorum qui sive Lybiam peteret ardoribus perustam , sive Scythiam nativo hære argenteam peragraret , ingentem se hominum copiam traxit , quæ extremos usque mundi fines , per viſſima vitæ discrimina Alexandri sequebantur , nunc faucium tenuis quis immerſi , nunc manibus peritura & prærupta , quæ supererant , reptantes. Cato ipse , non amoris specimina steriliſſimè ter Libyæ arenas à suis collegis tequam illas ingrederetur , cœlestos milites de imminentibus periculis & ærumnis sincerè edocuit , liberæ que abeundi potestatem , si quis animus deficeret , omnibus dedit nec unicus tamen , quis credidisset pertus est , qui signa desereret , ut to duce avelli cuperet , & non per horrida illa terrarum spatia , raptis , viperis & amphibæonibus impulsata , eum sequi præoptaret. Ergo causa est , Auditores , quod stus obtinere à nobis non possit ,

*Rom. 27. in Epist. ad Rom.*

tot alii, Christo longissimè inferiores, à subditis suis nullo negotio impetrarunt? etiam ille mundum subjugare, suæque ditioni subjicere parat, non ut eum perdat, sed ut salvet, & nihilominus, uti mæstus queritur apud Ezechielem, *non est, qui vadat ad praelium; nemo est, qui sacræ huic militiæ nomen suum ultro addicat, qui vadat; stimulis opus est, præceptis & lata lege urgendi sunt.* Verùm, quæ tandem gloria est, nullum Christo deferre obsequium, nisi præcepti necessitate extortum? Itane ejus in nos merita remuneramus? hanc tot acceptis favoribus vicem rependimus?

IV. Non ignoro quidem, venales quosdam & serviles animos reperiri, qui nisi præcepto urgeantur, nihil arduum aggrediuntur, cunctisque oneribus humeros subducunt, nisi spe magni ac manifesti lucri alliciantur; cùm autem notabile emolumentum speratur, omnes operam suam promptè pollicentur; nemo est, qui laborem recuset. Sed, DEUM Immortalem! nunquid inæstimabile emolumentum est, fratrem lucrari? Indubitatum est, propter unicum hominem sceleratum integros sæpe populos, etiam insontes & innoxios à DEO plecti: *uno peccante, ira supra omnem populum venit*, ait Origenes, frequentibus exemplis persuasus, quæ omnia dissimulare aut tacere non possum; Civitatem Jericho, raro & prodigioso successu expugnaverant Israëlita, cùm victicia sua arma passim circumferre, suasque copias ad urbis Hai mœnia admoveere decreverunt: R. P. Segneri Quadragesimale.

nec situ, nec opere, nec civium virtute, nec nominis famâ par fuit urbs illa urbi Jerichuntinæ, & tamen turpiter ab obsessis repulsi & ignominiosè se fugæ dare coacti sunt. Obstupuit populus hanc fortunæ suæ catastrophæ, nec capere potuit, quo suo delicto promeriti essent, à DEO deseri, qui eos paulò ante ad victoriarum messem, & colligendas lauros vocavit; Supplex igitur coram ARCA DEI procumbit Dux Josue, multisque cum lacrimis DEUM rogat, ut causam offensæ aperire dignetur. Et quo delicto irritatum ab Israëlitis Numen fuisse censetis, Auditores? an forsitan vitulum aureum proposuerunt adorandum? an cibis prohibitis se polluerunt? an alienigenis mulieribus turpi amore copulati sunt? minimè profecto: tanti mali origo fuit noxa ad speciem levis, eaque non à cunctis, imò nec à multis, sed ab uno solo patrata; cùm enim expugnata Jerichunte omnia fumo & flammis miscerentur, gregarius quidam miles, cui nomen Achas, inter spolia purpuream clamidem conspexit, illiusque desiderio contra DEI Ducisque Imperia abripi se passus, clam eam abstulit, flammisque ereptam in tentorii sui angulo abscondit: factum istud ita DEO displicuit, ut cuncto exercitui ruinam & interitum intentaverit, nisi vitæ supplicium de reo quantoque usumerent: *non ero ultra vobiscum: verba sanè horrenda!* *non ero ultra vobiscum, nisi coneratis eum, qui hujus sceleris reus est.* Ulque adeo verum est, ut appositè sub-

F f jungit

*Lib. 6. de Provid.* jungit Salvanus, quod ladicur scelere personali causa cunctorum; Achan de anathemate quidpiam furto abstulit, & crimen unius hominis plaga omnium

*Jona. 1.* fuit. Ita est, Auditores mei, & crimen unius hominis plaga omnium fuit.

Unius Jonæ causâ, an non omnes, qui in Tharsis navigabant, extremum naufragii discrimen subierunt? solius

*2. Reg. 24.* Judæ causâ? an non omnes Discipuli periclitati sunt? ob unius Davidis vanitatem, dum populi sui numerum

ex inordinato fastu iniri iussit, quanta non strages omnibus incubuit?

Nimis ergo certum est, Auditores, quod non raro uno peccante ira super

omnem populum venit. Videtis igitur, ad quam utile, quamque magno

momenti opus vos invitem, dum vos ad procurandam impii conversionem

exhortor, ut scilicet nos omnes, quotquot hic sumus, à gravissimis malis

liberetis, quæ unius impii causâ cunctis possunt imminere, Judici quidem

humano non licet ob alienum flagitium quempiam plectere; alia tamen

est supremi Judicis potestas, qui, ut D. Augustinus advertit, ob id ipsum

plectere nos potest, quod ad aliorum vitia nimium conniveamus, & in iis

corripiendis vecordes ac pigri simus; quemadmodum unâ falce tænum

pariter & flores demetuntur, aut unâ grandine labruscæ & uvæ flagellantur,

ita DEUS eadem non raro ruinâ reos juxta ac innocentes involvit.

*In Ioan. 9. 8.* Causam reddit D. Augustinus: ut non se solum quisque curet in populo, sed

invicem sibi adhibeant diligentiam & tanquam unius corporis, & unius ho-

minis, alia pro aliis sint membra

cita. Nolite ergo vestram in cura da proximi salute socordiam oblig

tionis defectu excusare; publica ac communis causa agitur, adhibe

& vestra: fingite, totam vos videte ciniam flammis, & incendio intru

tam; nunquid affunditis aquam, nulla vos obligatio compellat

ipsum velim in præsentî negotio ciatis; dum enim proximus delin

vicini periclitantur: accurrite ergo borate, opitulamini, nam tua r

*2. Cor. 11. 3.* tur, paries cum proximus atdet.

V. Verùm totum, quod dixi crum negativum solum est, ut

rum indemnitati nostræ consulam & imminens periculum evitemus,

magis longè, ac positivum, ut app

lant, illudque maximum in nos dundat: ut enim candidè dicam, q

sentio, nullum opus DEO gratius majoris meriti mihi videtur, quam

catorem ad DEUM reducere, cur dixi, meum hunc esse sensu

Audiamus de eo differentem Gregorium Magnum: cui per gratiam D

contigerit, à peccatorum vinculis ipse ex zelo studeat, ad spem veniæ

linquentes hortari; nullum quippe (mentem advertite ad hæc verba

nullum quippe tam gratum DEO sacrificium est, quam zelus animarum

Ex quo enim pietatis opere magis forte meritum speratis? an ex jej

nio? quod autem rigidius fuit jejunium, quam Christi, qui in mensa illud integros absque ullo cibo excep

dit? cum jejunasset quadraginta diebus: & tamen ex desiderio luctu

animas, lautas publicanorum mentes frequentavit, adeo ut à nonnullis per calumniam intemperantiæ accusaretur. Forsan, ab oratione? sed quis magis orationi deditus quàm Christus, qui noctes integras somni expertus & quietis eam continuavit?

6. *Erat pernoctans in oratione DEI;* & tamen animarum gratiâ ad nocturna Nicodemum alloquia admisit. An ab Eleemosynis? sed audite D. Chryostomum, ferventissimum pauperum

patronum: *etsi immensas pecunias pauperibus eroges, plus tamen effeceris, si unicam converteris animam: nec id mirum est, nam si quis dederit pau-*

3. *peris, famem solvit, qui peccantem correxit, impietatem extinxit; ille corpus liberavit à dolore, hic animam libera-*

3. *vit à gehenna. O quantum differunt, corpus dolore momentaneo, animam verò ab incendio perenni liberare?*

quod si ex bono, quod in proximum confertur, meritum metiamur, indubitatum est, ex suo genere majoris meriti esse, animæ peccatis infectæ,

quàm corpori infirmo opitulari. Sed forsitan amplioris apud DEUM meriti est, Basilicas erigere, fundare templa, locupletare sacraria, quemad-

modum laudabili profusione fecere Caroli Magni, Carolomanni, & Pipini? minimè certè, Auditores: gratissimum DEO munus est, si peccatorem delicta sua deplorantem ob-

tuleritis. Audite in rem nostram factum non inamœnum, quod Plutarchus recenset. Inclytam de Persis victoriam obtinuit Cimon famosissimus Græcorum Dux, cùmque cœde-

ratis sibi ducibus valedicere, & Athenas reverti vellet, congestam prius prædam duas in partes divisit. In una debellati hostis spolia reposuit,

scuta, calces, galeas, acinaces, & pharetras immensi pretii, vestes purpureas, vasa argentea, & aureos torques: ex altera verò parte constituit

magno numero captivos, nudos omnino, spectaculo sanè miserando; apparebant enim squalidi, vulneribus saucij, ærumnis confecti, & umbræ

potiùs hominum, quàm homines. Mox ad collegas conversus: eligite, inquit; ego enim partes primas, supremo ceteroquin duci debitas, vobis

ultrò cedere paratus sum: nec opus erat longa deliberatione; argenti enim aurique fulgore allecti, pretiosa quæque certatim involarunt, gaudente

Cimone, quòd nihil sibi præter viva illa hominum cadavera superesset: posteaquam tamen squallorem eorum abstergi, curari vulnera, & exhaustas eorum vires reparari iussit, maxi-

mo illos pretio vendidit, satisque apparuit, quantum valori supellectilis, valor hominis præstaret. Placétne igitur vobis, auditores, genium meum

imitari? conquirite ex omnibus urbibus angulis peccatores maximè miserabiles ac calamitosos, illorum languores emendate, abluite maculas, &

ad Christum sanos adducite, nec dubitate, quin singulos eorum majoris æstimaturus sit, quàm si gemmis, unionibus, & pretiosis margaritis graves ad illum accederetis. Quod si igitur, lucrari fratrem, res tam excelsi

meriti est, quod jejunium, orationem,

nem, eleemosynam, & quidquid aliud virtutis est, multum antecellit, fieri potest, ut obligationis defectu tam pretioso negotio necdum vos velitis impendere? an prudens vobis, & legitima hæc excusatio videtur? certe si ita est, ut quid tanta sollicitudine prædia vestra excolitis, tantoque studio cum pecuniis vestris negotiamini? cur non omittitis molestum hunc laborem? tametsi enim grande lucrum sit, quod speratis, nulla tamen obligatio ad culturam adeo accuratam, nulla ad negotiationem tam sedulam ac studiosam vos urget.

VI. Sed quo tandem authore didicistis, nullam vos ad lucrandas animas obligationem teneri? Dabo, id esse verum, si nullius unquam hominis spiritali ruinam causam dederitis; si verò vel consilio, vel exemplo, vel adhortatione animam aliquam perdidistis, id enimverò nego. In lege veteri DEUS præcepit, ut, quicumque alterius animal occidisset, simile restitueret, bovem pro bove, agnum pro agno, jumentum pro jumento: *Levit. 24. 18. qui percusserit animal, reddet vicarium, id est animam pro anima.* Non defuissent quidem plures alii modi, illatum proximo damnum resarciendi, nec fuisset opus tam rigida lege Talionis; sed pro erepta DEO anima satisfieri non potest, nisi reddatur anima pro anima: date DEO, quidquid Erythræum mare unionum, Phryges serici, marmorum Numidæ, odorum Assyrii, Sidonii muricis & purpuræ habent; hoc totum mini-

mè æquivalet animæ, quam petistis: *nec totus mundus est justitia præmium,* Gregorio teste: *est totus mundus, pro unius animæ pretio,* ait D. Ambrosius: anima laequivalet anima, quia æquivalet anima, quia æquivalet anima. Si ergo vestram culpam plures animas restituere, quæ fronte omni vos debito profitemini, tantumdem restituendi? Restitutione opus est; Restitutores, restitutores! Perpete? obsecro, quot perverla corda quot per vitæ decursum scandideritis, noxiis exemplis, intemperantiâ in conviviiis, excessu in liberefræni libertate loquendi: cur nulla vos sollicitudo tangit aut ut loco servi, quem sacrilegè subduxistis, alium Domino substituis? Hoc enimverò studium defuit Davidis, cum delicti sui penitentiam ductus, statuit, docere quos; & impios convertere: *bo iniquos vias tuas, & impii convertentur.* Ergone officium litis sit, qualis David erat, interma à teneris enutriti, peccatorescere, iisque prædicare? quin præcipuum ejus munus videtur, struere exercitus, expugnare tentare assultus, cum hoste conficere, prælio decernere, & explicare, non Catechismus. Ita revera sed meminerat miser, se suam causam, noxio exemplo plurimos à Deo cultu abstraxisse: blasphemare nomen meum in gentibus, atque censuit, ut Lorinus observat, se Deo

satisfacere aliter non posse, nisi totidem peccatores converteret, quot justos olim exempli sui contagione pervertit. Hoc ipsum impulit Arnobios, Augustinos, Hilarios, Cyprianos, Justinos, veræ fidei aliquando hostes, ut eandem postea calamo suo acerrimè defenderent. Quodsi & Paulus pro dilatanda Ecclesia tantopere laboravit, non alia certè de causâ id fecit, quàm quia prius eam est persecutus; qui enim prius persecutor extitit, ait D. Gregorius, postmodum plus omnibus laboravit. Nullus ergo vestrum sibi persuadeat, se muneri suo satisfacisse, nisi jus DEI læsum reparet, totque homines illi restituat, quot prius impiâ rapinâ abstraxit, Quid ergo moramini, aut adhuc expectatis, Auditores? quid porò differtis? *Lucramini fratres: lucramini fratres!* num fortè utilem in hoc negotio operam præstare posse diffiditis? Inanis hæc est exculatio; modò enim voluntas vobis & conatus non deest, nemo est, qui peccatorum conversionem promovere non plurimum possit; omnes huic muneri sunt apti, nobiles & plebeji, viri ac feminæ, & quotquot sunt in quacunque hominum conditione ac statu.

VII. Nolite igitur vobis persuadere, officium istud iis duntaxat incumbere, qui Missionibus Apostolicis vacant, vitiumque per montes & silvas persequuntur; audite, quid Spiritus Sanctus per Ecclesiasticum omnibus promiscuè præcipiat: *Recupera proximum, secundum virtutem tuam*: non juxta virtutem, quam in aliis suspicis, sed juxta tuammet, juxta dotes tuas, doctri-

nam, ac statum tuum: *Nemo dicat*, ait S. Gregorius in hunc locum, *nemo dicat, admonere non sufficio, adhortari idoneus non sum: quantum potes, exhibe*. Equidem non diffiteor, vobis non convenire, pulpitem more nostro conscendere, pro concione ad populum declamare: quoties autem præsentis estis, cum de Divina offensa, jamjam executioni mandandâ agitur? cum alienæ pudicitia struuntur insidiæ? cum texuntur calumniæ? cum de modo vindictæ deliberatur? quid tunc impedit, quominus sancto quodam Zelo incitati, non aliter ac Phinees, in impios illos irruatis, si id muneris vestri autoritas permittit? cur non amiccè eos objurgatis, blandè corrigitis, & prava consilia evertitis? cur non mitiora saltem suadetis, amantis instar Judæ, qui, cum fratribus persuadere non posset, ne innocentem Josephum interimerent, suavitè saltem, ut eum in stitoribus Ismaëlitis venderent. Omnes igitur promiscuè ex Spiritu Sancti imperio adhortor: *Recupera proximum secundum virtutem tuam*? Eques forsan es & illustris? *Recupera proximum tuum secundum virtutem tuam*: concilia pacem, & extingue odia geminos inter nobiles, qui duellum & singulare certamen meditantur; interpone autoritatem tuam, & ad Evangelicæ Legis observantiam adhortare, antequam ad inanissimum honoris punctum tuendum corpus simul & animam perdant. Civis es, & mercaturæ vacas? *Recupera proximum tuum, secundum virtutem tuam*. An non periclitanti pudicitia potes succurrere,

ac bene morati clauſtri limina inopi  
puellæ clave aureâ referare, ne pudorem  
proſtituat? Matrôna es honorata  
& nobilis, cui domeſticos intra parietes  
latere conuenit? nil refert: *Recupera  
proximum tuum ſecundum virtutem  
tuam: maximum alienæ ſaluti momen-  
tum addes, ſi filios ad pietatem inſti-  
tuas; ſic non eorum ſolum animas, ſed  
plures cum illis lucraberis: fieri enim  
potest, ut aliquis eorum probæ educa-  
tionis beneficio Diuino ſe obſequio  
conſecret, aptumque inſtrumentum  
evadat, cujus operâ cæleſtis patria in-  
quiliſis & civibus repletur. Quis ve-  
ſtrum Annam illam, in Diuinis pagi-  
nis adeo celebrem, ignorat? ſolum il-  
la Samuelem progenuit, jejuniis ac  
precibus è coelo obtentum; & tamen  
illa, veluti Liâ ſæcundior foret, cum  
Oden ſuam eucharifticam ordiretur,  
peperiffe ſe plurimos profeſſa eſt: *do-  
nec ſterilis peperit plurimos.* An ſolus  
Samuel dici poteſt, *plurimi?* omnino  
plurimi, reſpondet Euthymius: *Vnus  
juſtus, qualis fuit Samuel, fuit inſtar  
multorum.* En modum, quo pluri-  
marum animarum lucrum facere po-  
teſtis, ſi vel unicum filium piè ſanctè-  
que educabitis. Sed eſto, hæc omnia  
abſint: an non oratio convertendis  
peccatoribus efficaciffimum eſt medi-  
um? ut ait D. Jacobus: *Orate pro in-  
vicem, ut ſalvemini.* Id Paulus exper-  
tus eſt, quem S. Stephani fervens ora-  
tio convertit: expertus idipſum eſt  
Auguſtinus, matris Monicæ precibus  
& lachrimis obtentus. Quis ergo ve-  
ſtrum eſt auditors, qui, ſi modò ve-  
lit, non poſſit in ſalutem aliorum uti-*

liſſimè incumbere? Si flagris non  
quam in vos animadvertitis, id in pe-  
catorum ſalutem deſtinate; ſi pro-  
toriam corollam orando texitis, pro-  
tiam illis à DEO exorate; ſi tremis  
Sacrificio aſiſtitis, pro peccatoribus  
illud DEO offerte; ſi jejuniis vos  
ſigitis, in eorum, ſi vultis, utilitas  
cedent. Super eſt, ut poſtremum  
preſentiſſimum vobis modum  
riam, quo peccatores juvare poteſtis,  
ſcilicet ſub amicitia & ſocietate  
ad devota oratoria, ad ſacras  
piôſque Oratores audiendos eos  
cetiſ: tacco fructum ingentem, quo  
veſtra adhortatione è piorum libro-  
lectione colligere, & quod omnia  
antecellit, quem è morum veſtro-  
ac caſtigata vitæ exemplis haurire  
ſunt: *Validior eſt, Bernardo teſte,  
operis, quam vox oris.* Utinam  
ſpectum vobis eſſet, quam longè  
caciſ ſit, loqui opere, quam longè  
Hæc enim verò vox illa eſt, quam  
lus Apoſtolus à Tito ſuo exper-  
tere cum omni imperio. Vox illa  
commovet quidem, inclinât, &  
animos, vox operis vero amicitiam  
admoveret, & tantum non cogita-  
mus, muneris veſtri haud eſſe  
ſcenſo ſuggeſtu tonare in populo  
quid intereſt, ſi exemplo pro-  
poteſtis? Aſſueſcite, rei Divinæ  
Templis reverenter aſiſtere, ut  
qui garrulitate diſſuunt, veſtra  
ſtriâ corrigantur; exhomologentur  
Synaxi frequenter utimini, idque  
in privatis duotaxat Oratoribus, etiam  
pietatis vos puderet, ſed in publicis  
publico! deriventur fontes tui ſunt

1. Reg.  
2. 5.

Fac. 5.  
10.

5. geminat Sapiens: & in plateis aquas tuas divide: quod enim clam facitis boni, vobis duntaxat prodest: quod autem palam ostenditis, plurimorum servit utilitati, qui, ut monet Petrus, exemplo trahuntur, atque adeo etiam sine verbo lucrificant, considerantes conversationem vestram. Hæc cum ita sint, dilectissimi, nolite esse morosi debitores, sed vestro quam primùm debito vos exsolvite, & sublatis Christo animas quamprimùm reddite: huc omnes labores, & studia vestra conferte, certoque vobis persuadete, amissam Ejus gratiam aliter reparari vix posse; si enim de Sancto Francisco dixit Divus Bonaventura: Non se Christi reputabat amicam, nisi animas foveret, quas ille redemit; quid miseris nobis dicendum superest, qui nova in dies Christo damna inferimus, & tamen ad illa reparanda nullâ nos lege obstringi censemus?

P A R S A L T E R A.

VIII. Satis superque demonstratum esse existimo, neminem omnium à debito lucrandi animas immunem esse. Hoc si ita est, quid de vobis dicam, Præfules venerandi, Parochi & claustrorum Antistites? num speciali privilegio ab universali hac lege exemptos vos esse creditis? quin finite potius; finite, ut modestâ loquendi licentia zelum vestrum excitem, ac palam ostendam, non minoris apud vos esse delicti, alienas negligere animas, quam perdere proprias. Qui alteri vadem se præstat, fidem illi suam ita obligat, ut, si principalis debitor

non sit solvendo, ipse creditori satisfaciat. Edicite autem, obsecro, quid aliud egistis, cum amplæ aut modicæ Ecclesiæ curam in humeros vestros admisistis, quam obligare DEO fidem vestram, & pro aliorum animabus spondere? Vos obligamini, curare, ut fideles debitum obsequii tributum Christo pendant; id si vestrâ fortè negligentia defraudant, vos quoque rationem reddere, paremque cum illis pœnam sustinere necesse est. Audite ergo salubre Spiritus Sancti consilium: *Fili mi, si spondisti pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, 2. illaqueatus es verbis oris tui; fac ergo, quod dico, fili mi, & te ipsum libera: quæ* verba à Gregorio Magno, Hugone, Beda, Bernardo, & efficacissimè à Divo Thoma iis omnibus applicantur, qui animarum curam suscepere, affirmantque, eos & linguam, & manum suam pignori dedisse; manum quidem ad exemplum, linguam verò ad Divini Verbi prædicationem. Scire jam cu-

*Prov. 6. 2. Greg. 3. pastoral. adm. 5. Hug. & Bed. in proverb. 5. Thom. in Ep. ad Hebr. 5. 13. leitz. 3.*

pio, cui fidem vestram obligaveritis; nunquid Christo, Servatori ac Domino vestro? cur ergo à Spiritu Sancto vocatur extraneus? *apud extraneum.* Audite solutionem dubii ingeniosam: nescio, an unquam vobis contigerit, accedere virum nobilem, & pro grandis cujusdam summæ debitore spondere: vidissetis illum, primo congressu lætâ vos fronde excipere, blandiri, atque omnia benevolentia signa exhibere; cum autem solvendi debiti tempus effluxit, pro metamorphosin I mox enim fidem datam severus exigit, intercessionem non admittit, moram & indu-



inducias negat, & quasi nullam vestri notitiam unquam habuisset, diem vobis dicit, carceri vos mancipari ac spoliari curat, usquedum debito plenè satisfiat. Idipsum Christus facit; amicum se vobis ostendit, dum pro aliis interposità fide vestrà spondetis: verùm cum debiti solutio instat, extraneum agit: *Dicitur autem Christus extraneus*, ut D. Thomas explicat, *quia amicus est in sponsione, sed erit extraneus in exigenda ratione.* Ita sanè Auditores, *erit extraneus in exigenda ratione.* Audite igitur Viri Ecclesiastici, eja currite alacriter, & pro aliis liberaliter spondete; prensate munia, animarum curas cumulate, Ecclesias vobis deposcite, & obtinebitis: vultu benigno DEUS vos excipit, obsequia vestra probat, & promissa vestra admittit, *amicus est in sponsione.* Sed an eundem in exigendo debito fore creditis? O vos deceptos, o vos delusos! *erit extraneus in exigenda ratione.* Probè id agnoverunt Viri plurimi, doctrinà & sanctitate conspicui, qui, ne ad infulas & praelaturas vocarentur, in silvas & ferarum latibula profugerunt. Congregatus erat populus Hierapolitanus, ut Nilamonem è claustro ad vacantem Ecclesiæ sedem elevarer, cumque laicorum amica violentiæ, Cleri precibus, & Episcoporum, qui ad Ejus inaugurationem conveniant, imperiis oblectari porrò non posset, unius diei inducias petiit, ut muneri tam arduo se ritè pararet: cum impetrasset, cellulæ suæ se inclusit, atque in genua prostratus tot suspiriis, planctibus & gemitibus Cœ-

lum, ac seipsum fatigavit, ut nihil exhalaret, antequam concessis sibi vesper ingrueret: satiùs sibi foret mori quam præesse. Ammonio choreta, ut se ad Sedem Alexandria inabilem redderet, auriculam se incidit. Ephrem Syrus, ne Cæsariæ Ecclesiæ culmen conscenderet, niacum se finxit. Mira etiam fuit Ambrosii repugnantia, cum abiret, se à populo Mediolanensi à seclura seculari ad Ecclesiasticam movendum; in platea enim tribunal erigi, magnamque circum, virgis, securibus & compactorum coronam advocavit, atque in omnium conspectu, in carceribus eductos torturæ subiecit. Diversis suppliciis affici mandavit: crudelis & truculentus haberetur, autem hæc illi figmenta nihil desissent, palatium repetiit, prostratus pudoris feminas ad se vit, ut de turpi cum iis conspectu suspectum se redderet; cumque artibus populum à proposito luctere non posset, sub rustici habitum nocte intempestà corripuit, ter alpium juga tutas sibi latebras siturus; sed Divino consilio factum mane factò, cum remotissimam urbem se crederet, ad urbis portam stitutum se deprehenderet. Itaque dicandum vobis relinquo, Audite an sanctissimi hi viri, singularem dirigendas animas facultate præ tanto conatu suos huic muneri subduxissent, nisi illud, non humanis, sed etiam Angelicis formidandum censuissent? Et

quempiam invenire sit, qui munus hoc velut delicias, laborum præmium, aut vitæ quietem ambiat: illum animarum pastorem imitatus, qui supra parochialis lux domûs limina grandi caractere hæc verba inscripsit: *DEVS nobis hæc otia fecit.* O rem horrendam! ipsi Angeli, mentesque æthereæ, summâ mentis perspicaciâ ac sapientiâ dotatæ, non nisi unicum animam, curæ suæ commissam habent; & Parochus aliquis aut Ecclesiæ Præsul tot animarum laboriosæ curæ tam tenui conatu ac virium suarum applicatione satisfacisse se credat? Absit à vobis tam periculosus error, quin vobis potius dictum credite illud Sapientis: *Fac ergo, quod dico, fili mi, & temetipsum libera, discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, neque dormitent palpebrae tuæ, eruere quasi damula de manu, & quasi avis de insidiis aucupis.* Vos fidem vestram Christo oppignorastis; eja ergo, alacriter in id incumbite, ut debitum quisque suum expungat: orate, prædicate, admonete, minas & supplicia intentate, nec prius desistite, usquedum cessent abusus, sopitæ sint inimicitæ, extinctæ flammæ impudicæ, ac juvenus Christianæ fidei rudimentis imbuta sit; usquedum, quantum in vobis est, cultus integer Ecclesiis, Clero modestia, Laicis morum disciplina restitatur. An non videtis, quantum laborent animalia, ut è laqueis sese extricent? quantum aviculæ, ut è plagis se liberent? Vos quoque idipsum facere allaborate: *Fac ergo, quod dico, fili mi, & temetipsum libera, eruere, quasi damula, eruere quasi avis; non enim de re levis momenti, sed de æternitate agitur; non spondeas supra virtutem tuam, ait Ecclesiasticus, quod si sponderis, quasi restituens cogita.*

## SERMO DECIMUS NONUS.

DIE MERCURII POST TERTIAM DOMINICAM.

*Quare Discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?  
non enim manus lavant, antequam  
manducent. Matth. 15.*

I.



I unquam verum fuit, ex iisdem floribus, unde apiculae nectar, & mella sugunt, araneos venena cogere, id hodie in Apostolorum actionibus apparuit. Statuerant miseri, sequi Christum, atque ideo omnium ludibrio & contemptui expositi, omnem sui suorumque commodorum curam deposuerunt. Et tamen, quis crederet? etiam hoc vivendi genus nonnullorum criminationi patebat. Notatum est in illis, accipite inauditum scelus! non quod cibis immundis vescerentur, sed quod manus superstitiosè non abluerent, antequam pane suo vescerentur; *Non lavant manus, antequam panem manducent*: quodque in miscellis piscatoribus sanctæ cuidam simplicitati adscribi debuit, in contemptum legum ac traditionum detorquebatur; usque adeo verum est, humanam malignitatem ex omni herba venenum distillare nosse. Et quæ, obsecro Auditores, nostrâ etiam ætate iniquitas est, quæ latius dominetur, quàm hæc ipsa malevolentiae libido? hæc contagiosæ instar luis per totas civitates grassatur, per omnes urbis plateas serpit, domos penetrat & Principum aulas; utinam non & claustra altis præcincta muris invadat! Qui ad omnem demissionem compositus, adversa omnia æquo ac patienti animo fert, ignavus ac vecors dicitur; si temperans est, ac moderatus in victu, avaritiæ arguitur; si religiosus, & ad pietatem pronus, hypocrita appellatur; si pudicus est, stu-

piditatis nomine vapulat; atque hinc dique sæcunda maledicendi mater colligitur, quasi verò id in bono nostrum redundet, nec ullus emineat se posse confidat, nisi altero deprecat. nec splendere in publico, nisi denigrato? An non hæc ingens avilitas est, Auditores? nostrum proforet ad perfectionem eluctari, verò ad id incumbere, ut alii imperfecti habeantur. Sinite ergo, in die linguas istas temerarias & garrulas corripiam, & modestum malevolentium persuadeam, utque firmum cum Davide propositum accipiant: *non loquatur os meum in bonorum.* Hominum opera non virtutes, sed vitia; virtutes enim beneficia sunt: cui ergo volupe est aliorum actionibus loqui, sequi consilium meum, manifestet, ac liberè, quidquid à DEO habet & silentio premat, quod habet ipsis: sic ex criminatore factus comiastra. Metuo quidem, ut in me iras convertant, in me malebilem ac iram effundant, & quibus eis rabies suggerit, in tam exosum sermonem exonerent. Posito hoc metu, partibus meis haud evomant in me, quantum irarum, modò contra alios murmurant.

II. Et verò magna vobis gloriæ murmuratores, dentem vestrum ininum in illos liberè exerere, quicquid distant, nec tueri se possunt, nec stram retundere garrulitatem. In Levitici statuit DEUS legem, à

mis quidem neglectam, meo autem  
 iudicio observatione dignissimam, &  
 ad propositum meum opportunam:  
 Non maledices surdo. Qua obsecro de  
 causa? an forsitan surdi speciali gaudent  
 privilegio, ut lufcos quidem, mutilos  
 & balbos impunè liceat calumniari,  
 non item surdos? Nequaquam; cha-  
 ritas enim omnes sine discrimine &  
 personarum acceptione complectitur:  
*Univerfa delicta operit charitas.* Voluit  
 tamen DEUS, ex mente Interpretum,  
 singularem surdorum curam haberi,  
 quia singulariter turpe & inhumanum  
 videtur, illum laceffere injuriis, qui,  
 cum audire eas non possit, innocen-  
 tiam suam tuendi modum non habet.  
 Surdo maledicere, ut explicat D. Gre-  
 gorius, est, *absenti & non audienti de-  
 rogare.* Surdo igitur maledicunt, qui  
 virgâ censoriâ absentium actiones  
 notant, & ut sicarii ac traditores so-  
 lent, adversarium à tergo aggrediuntur:  
 Cum recessissem ab eis, queritur Jobus,  
 cum recessissem ab eis, detrahebant  
 mihi. Iniquissimum planè factum: si  
 enim defectibus scateret frater vester,  
 eja palàm, & in faciem illos præfenti  
 exprobrate, ut quondam Davidi Na-  
 tham, Jeroboamo Achias, Achabo Mi-  
 chæas; arguite illum animosè ac libe-  
 rè; id enim & charitas jubet, & æqui-  
 tati conforme est: dum autem genui-  
 num in absentes stringitis, quid aliud  
 agitis, quàm quòd vecordis instar mo-  
 lossi lupum jam fugâ dilapsum, & suas  
 inter latebras tutum allatretis? Can-  
 num istorum ea est indoles, ut præ-  
 sente lupo altum taceant, canes muti,  
 ut Isaias loquitur, non valentes latra-

re, etsi cæteroquin lupi furta non ap-  
 probent, nec laudent, nec illi blandi-  
 antur, multò minus in grege dilace-  
 rando adjuvent. Vos autem pejus  
 longè agitis; absentibus enim, cujus-  
 cunque conditionis, ac statûs, minimè  
 parcitis, mores eorum carbone nota-  
 tis, eorum lasciviam, lusûs intempe-  
 rantiam, prodigalitem ac luxum,  
 muneris & officii sui neglectum gra-  
 phicè describitis; cum verò præfentes  
 sunt, labra comprimitis, vulpinâ illis  
 caudâ blandimini, quos canino priùs  
 dente momordistis, & turpissimâ a-  
 dulatione iis ipsis defectibus, in quos  
 antea tam acriter debacchati estis, pal-  
 lum ducitis: luxuriam præfervidæ  
 naturæ necessarium lenimen; ludendi  
 prurimum, animi ex negotiorum multi-  
 tudine distractionem; prodigalitem  
 & luxum munificentiam dicitis: an  
 non hoc est palmarem proximo inju-  
 riam inferre? Non me latet quid-  
 em, generosâ animi libertate opus  
 esse, ut quis alterius defectus palàm  
 redarguat, præsertim si in sublimi for-  
 tunæ gradu sit constitutus: necesse fo-  
 ret, ut quis Eliæ instar omnis hu-  
 mani commodi contemptor foret,  
 & simplici pelle lumbos cinctus ad  
 torrentis crepidinem habitaret, nec  
 alio pane famem falleret, quàm quem  
 dapifer corvus ministrat. Quodsi tan-  
 tum vobis animi non est, abstintite sal-  
 tem lacerare absentes, quibus præsen-  
 tibus ne hiscere quidem audetis: *Ve-  
 ritas*, ut ait D. Hieronymus, *non ad Res-  
 amat angulos.* Id enim aliud non est,  
 quàm talpas & forices imitari, qui mor-  
 dent quidem, sed absconditè, aut po-  
 tiùs

tius æmulari serpentes, qui juxta monitum Ecclesiasticis inter sabulum & arenam malitiosè delitescunt, neque ullo se sibilo produnt; ut in incauti viatoris calcaneo dentes suos defigant: *Ecclesiast. 10. 11. si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occultè detrahit. Præterea, num rem parvi moliminis esse censetis, famam restituere, quam rapuistis? mihi credite, etsi omni studio, ac virium contentione in id incubueritis, difficillimum tamen erit, ut id effectum detis. Moyses acceptam à DEO commissionem Pharaoni legitime demonstraturus, virgam projecit in terram, quæ subito in serpentem mutata est; cum illam è terra leuaret, priorem virgæ formam recepit: æquale virtutis suæ specimen dare tentabant incantatores & magi Pharaonis, sed irritò successu, projectas enim virgas in serpentes quidem conuerterunt, sed sua serpentibus species mansit, nec antiquam virgæ naturam eis reddere valuerunt. Ecce, ut Origenes notat, quousque se extendat vis magica: Non poterat virtus Dæmoniaca malum, quod ex bono fecerat, restituere in bonum, potuit ex virga serpentem facere, virgam autem reddere ex serpente non potuit. Id ipsum vobis accidet, O maledici & detractores! efficietis quidem, ut proximus vester aliis sit horrore, & serpenti similis videatur; sed quâ ratione antiquam illi gratiam & formam restituetis? facile vobis erit, homini casto & pudico lasciu & impuri notam inurere, sed, quâ arte hanc maculam rursus eluetis? facile vobis erit, ut, qui devotus est, credatur hypocrita, sed*

quid ageris, ut ex hypocrita deus religiosus videatur? mala aliena auribus excipiuntur, sed eorum tractatio & palinodia, quàm raram erit fides? Calumniare, dicebat de dopoliticus ille, calumniare audiat semper aliquid haret; serpens serpentes tam facile non exuet. Qui non videt, læsi nominis damnum quodammodo irreparabile? Fama restitutio, famæ restitutio, ô quam ad unguem, & ex rigore iustitiæ statueret! hic certè locum non habet quod de pecunia dicitur: *Si quem defraudavi, redde quadruplum. Quæ ergo tandem regula est, hanc rricula vitandi? non obloqui, sed certe: non loquatur os meum spera- minum!*

III. Hactenus minora sollicitudina detractio aperui, iacturam læcet famæ & honoris, pretiosam eadem & admodum æstimabilem, tamen caducam & temporalem, ppius longè & periculosus est, p audientes detractorem patiuntur enim ii, in quorum præsentia conu- ratis, impii sunt, aut pii? Si impio quo non iubilo verba vestra excipiant, cum audierint, se flagitiorum socios socios habere? quâ pertinaciter firmabuntur in malo? & quod per est, quàm contemptim & proterve ob defectus suos insultabunt? Dux Rex, cum infelicem Saulis cum filiis in monte Gelboë interitum lexisset, efflicti nuntios obtulit Geth, aut populo Aiscalonis, ne incircumcisus illis præberetur occidit

ex calamitatibus Israël insolescendi, illasque exprobandi: nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalonis, ne forte latentur filia Philistym, ne exultent filia incircumcisorum. Vos autem maledici quid agitis, dum in conventiculis vestris palam & liberè traducitis Ecclesiastici illius flagitia, lubricitatem morum illius clerici, fastum & superbiam illius Monachi? nisi ut incircumcisus illis gaudii materiam subministratis. Exultassent sanè populi Geth, tripudiassent incolæ Ascalonis; sed de temporali duntaxat infortunio; illi autem, qui vobis auscultant, de alieno flagitio & crimine delectantur. O quoties accidit, ut ob unius corruptos mores, à vobis temerè vulgatos, toti communitati infamia affricetur? de toto statim Ordine iudicium fertur, cum humiliandum, deprimendum, eijciendum, imò penitus extirpandum. Experientià didiceritis, non sic cicadam garrulitate sua reliquas ad cantum, & importunum strepitum excitare, quantum unius maledicentia in aliis movet pruritus maledicendi: cur ergo tam grave onus maximarum iniquitatum humeris vestris imponitis, dum incautà & summè noxià maledicentià pabulum illis & fomitem subministratis?

IV. Quòd si ii omnes, qui vestra dicta audiunt, pii sint, probique, eaque non tantum non approbent, vel plausibus excipiant, sed horreant ac derideantur, nunquid tamen hos ipsos gravissimo lapsus periculo exponitis? evenire enim facilè potest, at-

que utinam non frequens illud experientia doceret! ut ex scelerum hæcenus sibi incognitorum relatione addiscant, quæ hæcenus feliciter ignorarunt, quæque innocentem eorum animum ne cogitatione quidem subierunt: fieri etiam potest, ut, cum audiunt, alios tot defectibus scaterè, à quibus, sese liberos vident, patiantur sese vanæ gloriolæ stimulis titillari, & incipiant pharisi instar, stulto complacentiæ sensu, vanitate, superbià, ac præsumptione turgere, quasi verò non sint sicut ceteri homines, alios contemnant, quos prius æstimarunt; deserant, quos obsequiis coluerunt; horreant, quibus antea amice & familiariter sunt usi, aut saltem cum notabili charitatis præiudicio nimis faciles alienis criminationibus aures præbeant, & præcipiti iudicio condemnent, quos nesciunt esse reos. Et hoc est, quod S. David intendit, cum

diceret: *sedens adversus fratrem tuum loquebaris, & adversus filium matris tuæ ponebas scandalum: sedens, id est, non obiter duntaxat, incidenter, aut breviusculà temporis mora, sed ex destinato & deliberato animi proposito, ad obloquendum proximo te composuisti; sedens in propylæo Principis, cui serviebas; sedens in compitis, & plateis; sedens ad limina officinæ; sedens in templi aut Basilicæ scamnis; sedens in mensa; sedens in conventiculo; sedens ad focum; verbo, sedens velut in theatro & auditorum applausu adversus fratrem tuum loquebaris: & quo effectu? adversus filium matris tuæ ponebas scandalum:*

G 3 lum:

lum, filii matris: ut D. Augustinus exponit, sunt Auditores innocentes & infirmi, qui ad incautos tuos sermones, velut ad petram scandalum allisi, & in lapsum præcipitati sunt: etenim cum detrahitur bonis, ab his, qui videntur alicujus esse momenti, in scandalum cadunt infirmi, qui adhuc nesciunt judicare. Et tu interea non times, nec tremis, sed velut aquam bibis iniquitatem, non propriam duntaxat, verum & alienam? meum ergo consilium sequere: non loquatur os meum opera hominum.

*In hunc locum.*  
 V. Sed necdum hic sistit detractionis malitia; nōsse debetis, linguam detractoris esse linguam viperæ trifurcam, quæ Bernardo teste uno ictu tergeminos lauciat: tres lethaliter inficit, ictu uno. Inficit illum, cui detrahit, gravemque injuriam inurit; inficit illum, cui loquitur, ac grave scandalum ponit; inficit tandem & loquentem, dum ei illa damna infert, quæ fusiùs demonstranda supersunt. Verum quis necessariam mihi facundiam dabit, ut funesta illa damna satis exprimam, quæ in vosmetipsos hac maledicendi licentiâ redundant! Et primò quidem, dum Auditorum gratiam captatis, remque iis jucundam facturos speratis, ex communi & velut congenitâ omnibus curiositate, noscendi alienos defectus, omnium vos odium incurrere, & exosissimos fieri, certò vobis persuadete, juxta Proverb. Salomonis effatum: abominatio hominum detractor. Dicite enim, an adeo mentis inopes judicatis illos, qui

vos auscultant, ut non adveniamdem criminandi libertatem, qui alios debacchamini, in se quoque alios intorquendam? Videntur verò & palpant; & quamvis videantur applaudere, dicunt tacitè intra se: eja si habes animam accipitris hujus rostro te crederis pennis tuis cave; omni novogidiùs, omni gladio profundicat; nemo evadit sine vulnere. Generatio, ut in Proverbis dicitur, qua pro dentibus gladios habet, interest, quòd simulato verbosificio, detractiones vestras quodam veluti auri bracteis obducas vituperiis encomia admiscetis; & fidei obtineatis, dum pauca laudis & plurima criminamini; hoc artificii genus triviale jam ac commune est, palamque omnibus constat, non mitiùs ferire clavam, quamvis viridantibus pampinis rotatur. Certè cum missi in terram exploratores, fastidium deceptum illius Israëlitis invigillarent, laudibus illam primò laudibus extulerunt, & inusitatæ magnitudinis uvam ostentârunt, & gemini viri obliquâ suspensam portabant, unâ cum malogranatissimis, ac pinguisissimis ficibus, dicebant, fertilitatem terram quam DEUS vos evocat; terra ubi cœ fluit, & melle! O qualis palmarum viror? qualis amœnitas collium quæ fontium claritas? certè amœniore mundus non habetur, rum amœno huic exordio tristitia logum, & pauculis mellis guttulis

rimum deinde fellis miscuere, dum terræ illius incolas gigantibus pares, civitates fortissimas ac inexpugnabiles, auramque insalubrem esse dixerunt, ita ut populus, horrore & nausæ plenus contra Moysen, Aaronem Deumque ipsum seditiosissimè insurrexerit: ut adeo satis appareat, artificium illud vestrum, laudandi pauca, & vituperandi multa, novum non esse, sed exoletum jam & rancidissimum, quòdque vos ab aliorum odio tueri non possit, cum omnibus sit perspectum non esse zelum, qui vos ad criminandum impellit, sed animi acerbiter ac rabiem, zeli specie perfonatam. Quicumque ergo vos audit, timet vos, velut sanguinarios macelli molossos, quibus alieno sanguine labra perpetuò madent, atque ideo omnes vos horrent, & execrantur: *abominatio hominum detractor.*

VI. Sed fingite, hoc sapientis effato vos minimè tangi, vosque apud auditores vestros non tantum nullum odium, sed summam potiùs gratiam inire, an non saltem DEO, quod ipsi nõstis, exosos vos reddetis? *Detractores DEO odibiles*, ait Apostolus ad Romanos; neque id mirum est, cum vitium istud DEI genio penitus adverteretur: nam ut D. Thomas advertebat, humanissimus erga nos est DEUS, ac sollicitè cautus, ne nostra, quamdiu vivimus, peccata revelet: *valde difficilis*, inquit, est *ad publicanda occulta crimina nostra*; non aliter ac solent pictores, qui non faciliè patiuntur removeri sibi parietes, donec ultimam tabulæ manum applicarunt, ne-

que liberum eis ampliùs est, spongià uti, ac picturæ errores emendare. Comparuit quondam coram ipso filius prodigus, qui frigore tremens, & fame confectus, supremas spiritus reliquias ægrè trahebat: quam illi curam primò adhibuisse creditis? an focum succendi, & cibos parari iussit? minimè, sed lacerum cooperuit: *citò proferte stolam primam.* Dumque illa paratur, strictis interea brachiis filium amplexus est, ne quis fervorum, ut advertit Chrysologus, nuditatem ejus aspiceret, aut derideret; *ante vestiri voluit, quàm videri.* Ita pariter adulteræ rubori consuluit, cum illam ne verbulo quidem correxerit, nisi postquam omnes ejus accusatores è templo digressi sunt. Ita etiam cum Samaritana ad fontis crepidinem egit, cui lasciviam suam non nisi in Apostolorum absentia exprobravit. Ita ipse Judææ proditori pepercit, cujus perfidiam, ethi importunis Joannis percontationibus urgeretur, qui cæteris quin Christo unicè charus & arcanorum omnium conscius fuit, non nisi tectis verborum formulis revelavit. Usque adeo verum est, quòd DEUS *valde difficilis sit ad publicanda occulta crimina nostra.* Quomodo ergo DEUS non summè oderit detractores, qui occultissimos aliorum defectus liberrimè evulgant, & impio Chamo magis impudentes dormientium verenda detegere non erubescunt, atque alios insuper ad contuendam eorum nuditatem invitant? Jam verò percontari à vobis lubet, num verè virtuti tribuatis, quòd minùs flagitiosi

Luc. 15.  
22.  
Serm. 3.  
de filio  
Prodigo.



gitiosi sitis fratre vestro? Totum id solius DEI beneficium est, atque unice Divinæ gratiæ fructus: an ergo propterea in alios superbè insurgere, illosque livido dente mordere, ac injuriosè tractare convenit? quid aliud ab hoc factu expectetis, quàm ut DEUS manum vobis suam subtrahat, vosque in paria, imò graviora, magisque enormia delicta labi permittat, quorum causâ tam acerbè alios criminamini? audite quid DEUS in proverbii minetur: *impius confundit, & confundetur!* Ita est, Auditores. *Impius confundit, & confundetur!* Ut id demonstrem, sufficit mihi recensere, quod Absaloni accidit, creditu sanè difficillimum, nisi Divinis oraculis stabiliretur. Hic cum inaudiisset, injuriam incestuosâ violentiâ ab Amnone fratre sorori Thamar illatam, ita exarsit, ut opprobrium istud non nisi sanguine crederet posse obliterari: dissimulatâ igitur ad tempus facti notitiâ, dum commodam vindictæ occasionem nancisceretur, Ammonem unâ cum cæteris fratribus ad oppiparum lautumque convivium invitavit, immissoque in eum famulitio, fratrem non trucidavit solum, sed velut macelli victimam in frustra concidit. Quis non putasset, Absalonem parato hoc facinore circumspèctissimum posthac futurum, ne simili maculâ contaminaretur, quam adeo dirum in modum in fratre est ultus? *qui detrahit alieni rei, ait Sapiens, ipse se in futurum obligat.* An non credidisset, Absalonem, tam severum pudicitæ vin-

Prov.  
13. 19.

dicem, & honestatis assertorem stiolem agno, & mure Pontificis intactum futurum? sed audite cibus barbarum & inhumanum: ra longè quàm Ammon paravit Absalon; cum enim Davidem & Patrem suum ex aula & regere compulisset, in maxime suo ac patenti aulæ loco sibi figi jussit, atque ibi præter numerabilis populi coronâ, Patris sui concubinas, impio plus quàm barbarâ, nec inter consuetâ, constupravit: *ingressus ad concubinas Patris sui, ut versò Israël.* Hoccine ausus solus ille Absalon, qui ob unicum tam crudele de fratre beneficium sumpsit, & quæ hæc morphosis, quæ novitas, quæ tatio? Inficiari non possum, nem deliquisse, sed occultè, scconditè, sed in solitario processu, & ut verecundiùs peccatum firmum se simulavit; Absalonem non horruit peccare publicè, nitum tubæ, ad vocem prætorum in meridiano solis conspectu, miror, medio cursu non vertit, drigam suam, ne turpitudinis tentolæ arbiter esse cogeretur. quæso, DEUS permittit, ut scelere Absalon contaminaretur, que, quod libitum fuerit, sententiam aliam non arbitror subesse, quàm quia *impius confundit, & confundetur:* germanum ille simile flagitium non tantum commisit, sed etiam iniquissimè occidit, ideo DEUS permittit, ut pejus

tre patretur: *impus confundit, & confundetur.* Idem vos quoque timete: vos linguâ inclemente proximum laceratis ob fragilitatem, quâ carni & sensui fræna laxavit, bilem vehementius effudit, victus intemperantiâ deliquit, aut nimia vanitate excessit; nec metuitis, ne DEUS justo iudicio vos gravioribus culpis immergi permittat? Noli nimium tibi confidere: corripe amicum, argue proximum, bene est: sed fac, quod Ecclesiasticus adjungit, & da locum timori Altissimi: quantumvis enim stare modò videaris, cave tamen, ne fallente vestigio aliquando cadas. Quis unquam credidisset, Regem Israelis Jehu, qui laudabili zelo aras Baal, exterminatis ejusdem sacrificulis diruit, eò tandem perventurum, ut sua Idolis genua lunaret? lunavit: quis credidisset, Judæ regem Joabum, qui templi ruinas tantâ munificentia restauravit, & pecuniis ærarium replevit, templum illud sacrilegè direpturum? diripuit: quis credidisset, Salomonem, qui in proverbis suis tanto verborum pondere contra inordinatum amorem mulierum, detectis earum dolis, fraudibus ac damnis, peroravit, tandem *daturum maculam in gloria sua,* & in illam ipsam fossam præcipitandum, cujus profunditatem aliis monstraverat? præcipitatus est: Ne igitur posthac vos tutos & impeccabiles credite; necdum in gratia confirmati, sed labiles etiamnum, ac proni ad casum estis, & avertat DEUS! ne peiores illis evadatis, quos mordaci modò linguâ temerè allatratis. Ita

R. P. Segneri Quadragesimale.

est auditores, ita est? qui ranarum instar luto perpetuò immerfi sunt, illi ipsi sunt, quid identidem aliis obstreperant, suamque prætereuntibus turpitudinem exprobrant: qui boni & probi sunt, teste sapiente, pronissimi sunt ad credendum de proximo optima quæque: *innocens credit omni verbo;* quemadmodum Josue credidit Gabaoitis, Labano Jacob, Triphoni Jonathas; dissoluti verò, & discolori suo omnes alios pede metiuntur, suas maculas aliis omnibus adhærere arbitrantur, omnia notant, irrident, carpunt, spernunt, & non nisi, quod peius est, de aliis præsumunt: *sed & in iras stultus ambulans,* audite verba Ecclesiastæ eximia, *cum ipse insipiens sit, omnes stultos astimat.* Et hanc arrogantiâ creditis impune à DEO ferendam? Si enim in lege veteri prohibuit, ne quis sanus alterum velut lepâ infectum proclamaret, nisi post diuturnum & accuratum sacerdotum examen? quo modo patietur, sanos à leprosis traduci & condemnari? repeto igitur Prophetæ regii consilium: *non loquatur os meum opera hominum, non loquatur, nisi gravissimis nos damnis & periculis exponere velimus.* Existimabitis modò, me hæcenus dixisse, quidquid ad terrorem maledicis incutiendum dici potest: verum quiescamus tantisper; tum enim forsitan apparebit, me non nisi leviora, & propè ludicra proposuisse.

P A R S A L T E R A.

VII. **N**on equidem vellem funestioratoris nomen ac notam à

H h vobis

vobis mereri: quid enim proderit, si ad vos terrendos infausta identidem & tristia vobis augurer, si vos tam ingrata narrationis tædio, dicentem fugiatis? Nihilominus tamen, si verè vos amo, decet me vobis minimè blandiri, aut veritatem dissimulare; cavete igitur, o detractores! pravissimum vobis horrendæ mortis periculum propediem imminet. Verùm unde hoc mihi innotuit? an fortè Angelo auctore hoc secretum didici, aut Divinà illud revelatione edoctus sum? Ita omnino est; non ab angelo, sed ab angelorum Domino id hausi, qui propriam detractorum pœnam in proverbiorum libro affirmat fore mortem improvisam: *timent Dominum filii sui, & cum detractoribus ne commisceatis, quoniam repente consurget perditio eorum.* Intellexistis? repente, repente consurget perditio eorum! Heu nos improvidos, qui ad pericula tam gravia non expergiscimus! num fortè DEUM mentiri creditis, amplificare ad vanum terrorem, vel ad excitandam admirationem hyperboli uti & suo id damno didicit Alcimus verbosus ille & garrulus murmurator, qui Judæ Machabæo temeritate summâ detraxit: verba ipsi summis in labris imperfecta hæserè, & subitâ tactus apoplexiâ, obmutuit simul & expiravit. Dathan, Core, & Abiron, maledicti illi Moysis contemptores hiscente terrâ absorpti sunt: illi omnes qui ad confinia Edom ejusdem Moysis famam læserant, ab infesto cerastarum, aspi-

dum, viperarum ac mille pessimorum insectorum exercitu sunt, qui velut si ignes ructantes flammam evomerent, immensæ populi stragem ediderunt: non Poëtica tantùm auxesis, sed na comminatio censeri debet, detractoribus dicitur: *repente perditio eorum.* Hoc enim & rientiâ notum est, & rationi mē consentaneum videtur; cum detractores adversarios suos aggrediantur, nec aperto cum hoste, sed ex insidiis duntaxat auditorum more decertent, contra ut pari dolo mors eos occupet, sola maledicis hinc linguis filis imponere potest.

VIII. Sed demus, tam seculum non agendum; de qua in mortis articulo habituros oportunitatem & moram, quæ vestrum agnoscere, deplorare, etiam petere possitis: quæ autem te eam à Christo tunc rogare præsumitis? An non cenoceras immites illi ac rigidi ceteri qui nullam proximi culpam distulastis, sed illum cum fastu desperatè accusastis arroganter, & in omni conversatione inclementissimè tractastis quomodo ergo multum à DEO mentis expectare potestis? hæc mihi credite, maledicentiæ vestra na erit, diffidere de Divina Bonitate nec immeritò, cum DEUS detrahentes oderit, illosque persequatur: *hunc secretò proximo suo, hunc perquebar.*

*Proverb.*

*24. 22.*

*Dominum filii sui, & cum detractoribus ne commisceatis, quoniam repente consurget perditio eorum.* Intellexistis? repente, repente consurget perditio eorum! Heu nos improvidos, qui ad pericula tam gravia non expergiscimus! num fortè DEUM mentiri creditis, amplificare ad vanum terrorem, vel ad excitandam admirationem hyperboli uti & suo id damno didicit Alcimus verbosus ille & garrulus murmurator, qui Judæ Machabæo temeritate summâ detraxit: verba ipsi summis in labris imperfecta hæserè, & subitâ tactus apoplexiâ, obmutuit simul & expiravit. Dathan, Core, & Abiron, maledicti illi Moysis contemptores hiscente terrâ absorpti sunt: illi omnes qui ad confinia Edom ejusdem Moysis famam læserant, ab infesto cerastarum, aspi-

*Mach.*

*9. 55.*

*verba ipsi summis in labris imperfecta hæserè, & subitâ tactus apoplexiâ, obmutuit simul & expiravit. Dathan,*

*Num. 16.*

*Core, & Abiron, maledicti illi Moysis contemptores hiscente terrâ absorpti sunt: illi omnes qui ad confinia Edom ejusdem Moysis famam læserant, ab infesto cerastarum, aspi-*

*Num. 21.*

*absorpti sunt: illi omnes qui ad confinia Edom ejusdem Moysis famam læserant, ab infesto cerastarum, aspi-*

Neminem vestrum latet, quantam apud DEUM autoritate valuerit Moyses, ut ad ejus quasi nutum conceptam iram poneret, seque placari pateretur: crexerat aliquando rebellis DEO populus vitulum autem; jamque thura illi & incensum sacrilegè adoleverat, cum DEUS tantæ injuriæ impatiens jam ferrum & ignes paraverat, ut progeniem Judæorum universam deleteret: vix tamen Moyses suas pro iis preces interposuit, cum veniam obtinuit, omnemque DEI furorem mitigavit: placatusque est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat adversus populum suum. Quis ergo non credidisset, Moysen nullam deinceps repulsam passurum? sed audite, quid ei acciderit: non ita multo post pro sorore sua Maria, infami lepræ morbo percussâ, supplex DEO factus est; sed surdis ab eo auribus omnia Moysis vota excepta sunt: & quamnam Divini hujus rigoris causam fuisse existimatis? an illa se fortè inquinavit delicto, quod Idolatriâ gravius est? Minimè; sed muliebri loquacitate abusa, quam illis à natura concessam arbitror, ut filios loqui doceant, hac, inquam, loquacitate abusa Moysi fratri liberius oblocuta est, quod puellam, quam scriptura sacra, nescio, ob suam originem, an ob vultus nigredinem Æthiopiâ vocat, sibi in conjugem desponderit: quia verò vitium murmurationis est quædam in proximum inclementia, ideo ut advertit Basilius, Talionis lege adversus illam usus est DEUS, neque ullam pro ea excusationem, interces-


sionem, aut preces admisit, cumque gravissimas etiam Divinæ suæ Personæ illatas injurias ad Moysis supplicationem facillimè remitteret, levi in Moysen commisso delicto veniam negavit. Videtis ergo, auditores, verè me dixisse, quod propria maledicorum pœna sit, DEUM experiri immitem & inexorabilem. Sensit id religiosus quidam infelix, ut gravissimi scriptores testantur: erat ille jam mortui vicinus, cum à circumstantium corona, ad concipiendam de Divina bonitate fiduciam animatus, quam vos mihi bonitatem, exclamabat, quam misericordiam ingeminatis? Nihil mihi in ea spei superest, qui omni misericordiâ carui: exerta subinde lingua, hæc, inquit, me damnat, quæ tot alios temerè damnavit; hæc facit, ut desperatus peream æternum. Ut autem palam fieret, illum id ex DEI imperio dixisse, lingua illi foedum in modum intumuit; cumque illam retrahere non posset, tauri instar horrendum immuguit, donec inter gravissimos dolores infelicem animam efflavit. Alius, jamjam moriturus, linguam propriis dentibus discerpit; alteri eadem obrigit; tertio veribus scaterere cœpit: tantum absuit, ut linguâ, quâ turpiter abusi sunt, in mortis articulo ad petendam delictis suis veniam uti potuerint. Quid vobis modò videtur? expeditne tantis se periculis objicere, solius malè custoditæ, & effrænæ linguæ causâ? Dicite potiùs, ac seriò decernite: non loquatur os meum opera hominum, non loquatur. Statuamus, nostræ deinceps

ceps solummodo conscientia rationem  
& curam habere, nec alienis curiosè  
perferutandis nos immiscere: quid  
prodest fluvio, quòd alvei sui an-  
gustias egrediatur, littora lavet, ripa-  
rum sordes ac fæces abluat, nisi ut  
seipsum coinquinet, & lutulentus post-  
ea ac fædus decurrat? vita nostra  
brevior est, quàm ut eam in censendis  
aliorum factis perdamus. Porro  
*Luc. 10.*  
*42.* *unum est necessarium, si Christo cre-*  
*dimus, idque non aliud, quàm ut*  
*nostram salutem in tuto collocemus;*  
*negotium sanè quàm spinosum, &*  
*arduum! & nos tam leve illud*  
*namus, ut eo neglecto, curam*  
*tantùm superfluis, sed & periculis*  
*vacemus. Sinamus, vagabundis*  
*sau cum pharetrâ & arcu suo sine*  
*defectus velut prædam corum*  
*sapidissimam venari; nos innocenti*  
*Jacobi instar domi, & intra confin-*  
*tia nostræ septa nos contineamus*  
*quemvis simplicitate sanctâ curam*  
*nobis esse meliorem. Hoc est*  
*hoc prudentis, hoc Christiani*  
*qui secus fecerit, nullam salutem*  
*curam habeat, necesse est.*

## SERMO VIGESIMUS

DIE IOVIS POST TERTIAM DOMINICAM

*Et turba detinebant illum, ne discederet ab eis quibus illi  
quia & aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum  
DEI, quia ideo missus sum. Luc. 4.*

I.  Udt inter tot sectas, usque adeò  
dissimiles, & à se  
ipsis discordes, non  
nisi unica esse pos-  
sit legitima veraque  
Religio manifestum est, nec dubitare  
quisquam potest, nisi qui contra ratio-  
nis vim eluctari, frontem perfricare,  
& congenito nobis dictamini aut syn-  
dresi resistere conatur: cùm enim un-  
us in mundo Deus, isque summè sa-  
piens, ac summè rectus sit, fieri non  
potest, ut legum adeò contraria  
sit auctor, quarum quævis altera  
lut impiam, erroneam, Deoque  
sanam condemnat. Totus tamen  
cultus cardo in eo versatur, quod  
tot inter sectas sit genuina, quæ  
adulterina, quique sint mendaces  
sycophantæ, qui innocenti agnoscunt  
specie fallunt, ac lupinam ferocissimam  
cundunt. Verùm bono animo est  
Christiani; nobis enim fors illa  
lix obtigit: non cæco tantùm  
dientis affectûs ductu, sed ex recta

tionis merito cæteris omnibus lectis nos anteposimus, neque ideo legem nostram bonam dicimus, quia nostram, sed ideo nostram, quia bonam. Atque utinam inter barbaras hodie gentes versarer, solis certè naturalium rationum momentis demonstrarem, Christum esse verum Divinæ Legis Interpretem, Cœlique Legatum, ut regnum Cælorum nobis annuntiet, neque nos falli, quòd obviis eum ulnis excipiamus, ejus doctrinam sequamur, Eumque cum hodierni Evangelii turbis supplices rogemus, ne nos deserat; sed illos turpiter hallucinari, qui portas illi aditumque occludunt. Sed quid necesse est, ut infidelium terras accedam? an fortè inutile sit, inter Christianos eos miscere sermones, qui Fidem, etsi non magis certam, magis tamen vivam reddere possunt; nam rationes è naturæ lumine petitiæ instar flammæ sunt, ad quam fides, quæ caeca est, nil quidem videt, sed tamen incalcescit; & licet pro motivo credendi humanam evidentiam non admittat; sed unâ DEI veracitate nitatur, quid prohibet tamen, ea quærere argumenta, quæ hostibus nostris demonstrant, nos prudenter credere, quidquid credimus. Nunquid ergo jucundum vobis accideret, si pro hodierni sermonis themate probandum sumerem, Christi legem esse veram & genuinam? Ego certè, quoties id cogito singulari solatio affluo, & ad grates Divinæ bonitati reddendas totus accendor, quæ ibi mihi primos dedit natales, ubi vera fides & Religio sedem fixit, atque unâ ingratitude meam erubescio. An-

tagonistas igitur, & adversarios meos vos agere cupio; ego verò vos impugnare; meque adversum vos tueri, vobisque palàm facere conabor, quantum Evangelii doctrina omnium sectarum deliriis antecellat. Dixi: conabor; video enim, me laboriosum habiturum conflictum, cum non liceat mihi quovis armorum genere sine maximo delectu uti: cum iis namque mihi decertandum est, qui nec Divina Scripturæ Oracula, nec SS. Patrum documenta admittunt; unde meliori sacræ militiæ nervo mihi abstinendum est, nec licet mihi, saltem ad directam causæ meæ probationem, aut allegare scripturas, aut Patrum testimonia asferre, sed necesse est, ut militum Gedeonis instar cum sola lampade in manu, id est, solo rationis lumine instructus decertem.

II. Priusquam tamen hostiliter congre diamur, unum mihi à vobis amicè concedi cupio, idque æquitati tam conforme, ut, si repulsam dederitis, vi illud extorquere contendam. Et quid illud? auscultate. JESUS ille, quem Christiani tantopere venerantur, utique non fuit bipedum omnium nequissimus, & perditissimus mortali-um, quos unquam tellus tulit? Hoc mihi utique ultrò concedetis, cum nec juratissimi ejusdem inimici tam impiè de illo senserint; imò gentili-um non pauci Eum magni nominis Prophetam, ac rerum gestarum gloriâ insignem credidè-re, illumque propterea Alexander Imperator Idololatra, non laudibus tantum, sed & sacrificiis publicis veneratus est. Verum à vobis tanta

H h 3 non

non peto, nec exspecto; id unum mihi sufficit, si concesseritis, eum nequam mortalium omnium scelestissimum fuisse. Id si verum esse cenletis; ergo Christus est DEUS, ergo Lex & Doctrina illius est vera: vos ergo Mahumetani, Judæi, Hæretici, Idololatræ lunate Illi genua, caput inclinate, illumque universi adorate. Verum parcius ista respondebitis; hoc est triumphum non tantum ante victoriam, sed & ante prælium canere; quæ enim hæc est paradoxa illatio? *Christus non est mortalium scelestissimus, ergo Deus est?* nunquid est medium quoddam summam inter bonitatem & malitiam, summam inter sanctitatem & iniquitatem? Medium sanè est, sed hoc Christus non est: cum ergo, si istud evicero, causæ victor futurus sim, attentos mihi quæso animos præbete; argumentum enim summi fortassis ponderis & efficaciam audietis. Nunquid Christus summo studio contendit, se à mortalibus DEUM credi? huc omnis ejus collimabat intentio; huc omnem suam doctrinam direxit; quidquid sublime docuit, quidquid ultra naturæ vires patravit, quidquid grave & acerbum sustinuit, ad unicum hunc finem consequendum tendebat: Petrum id liberè consententem singularibus gratiæ prærogativis exornavit, Thomam dubitantem acerbè reprehendit; Nathanaëli, de Divinitate sua interroganti id rotundè asseruit; verbo DEUM sese palàm, & sine ambagibus, non verbis minùs, quàm factis professus est, ut inimici ei exprobrarent:

IOAN. 10. *Homo cum sis, facis teipsum Deum.*

33.

Quodnam autem atrocius, magis diabolicum crimen est, quam Divinitatis excellentiam injustissimè usurpare? Non me latet, plurimum eorum ad id honoris aspirasse; eum consequerentur, variis artibus industriis ulos: Hannon Carthaginis corvos, graculos & moventes mirâ solertiâ docuit, ut distinctè tuniculatè dicere nòssent, *Hannos est.* Inde aviculas illas quæque veteres liberas dimisit, ut Deitatis suæ familiaritè divulgarent. Tiberius, Domitianus, Caligula, Diocletianus, & que Romæ veteris coronata monumenta sibi & aras consecrari, immolari victimas & sacrificia fieri jubebant. Celeberrimus ille Salmoen curru per urbem triumphali vehens ignitos radios fulminum instabat, & arte occultissimâ fulgentis tonitruorum boatum imitatus; in quo Jovis instar voluit adorari, Alexander Macedonum, ita Theodorus Cypriorum, ita Sapor Perfarum, ita Heraclytus Philosophus, ita Antiochus Menecrates, ita Hæresiarcha, & aliique eisdem sibi honores præstabant. Hi tamen Divinos cultus uno sibi populo deferri, sequere tantum delubro adorari volebant, aliorum juxta se Deorum consortio dedignabantur; minimè invitati Mars & Mercurius, & Apollo & Saturnus unâ secum colerentur: ipse Caligula, quantumvis fastidiosus arrogans, medium se Castorem & Pollucem constituit, maximum quidem Deorum, minimè verò arbitratum, Christus econtrario in

hactenus exemplo se solum & unicum pro DEO haberi postulavit: *Magister vester unus est Christus*, atque adeo omnem aliam Legem, præter suam, velut impiam damnavit, omnem aliam fidem, velut supersticiosam, sustulit, omne aliud sacrificium prohibuit, palamque protestatus est: *qui non est mecum, contra me est*; nec unâ tantum ætate eos sibi honores deferri præcepit, sed per omnia retro secula, nec in una duntaxat regione, sed in toto, quàm latè patet, orbe terrarum: *Euntes in mundum universum prædicare Evangelium omni creatura*. Quis ergo dubitet, Christum, si reverà Deus non fuit, mortalium omnium maximè sacrilegum & scelestissimum fuisse. Vos autem id antea negastis; illum ergo unicum, verumque DEUM esse necesse est, id quod vobis ad oculum demonstrandum promisi. Unde, velut confecto negotio, abruptenda est hæc concio, nisi vos inconsultæ concessionis pœniteat, lubeatque cantare Palinodiam, ac dicere, fuisse Christum, ô blasphemiam horrendam! mortalium omnium, quos unquam mundus tulit, nequissimum.

III. Sed fingamus, Christum fuisse talem, qualem fingitis; dicite, amabo, sicine potuisset, ut in hanc usque horam nullum de ipso vitium constaret, nullum crimen ullius historici relatione innotesceret? Verum quidem est, ejus factum & superbiam, quâ DEUM se falsò jactavit, non nisi summam fuisse; sed num aliis quoque, & pluribus & turpioribus vitiis infectum futurum fuisse censeris? certè nullum

unquam vitium solet esse solum, ac præsertim superbia, quæ omnium aliorum aut mater est, aut nutrix; *Initium omnis peccati est superbia, qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis*; ex hac enim ostentatio, fastus & luxus, inferiorum contemptus, æqualium persecutio, & erga majores invidia nascitur; hæc hominem gravissimorum quorumvis vitiorum mancipium efficit, acquirendi avidum, retinendi avarum, adversorum impatientem, pronum ad offensam, adeò quidem, ut quem admodum ingeniosè observavit Pacatus, cum Romani Regem Tarquinium vitiorum omnium compendium & colophonem appellare vellent, unâ ipsum voce *superbum* dixerint: *Hominem libidine præcipitem, avaritiâ cacum, crudelitate immanem, furore vecordem, vocaverunt superbum, & putaverunt sufficere convivium*. De tantis vitiis cur ne umbra quidem Christo unquam imputata est? quin ille se reverentem, modestum, pauperem, patientem & piæ semper demonstravit, qualem Evangelistæ depinxerunt, qui quidem, cum Discipuli ejus essent, indulgisse suo in Christum affectui videri possent, verum etiam Philo Hebræus, etiam Josephus Judæus, & ipse Romanus Præses Lentulus, cum Romam de Christi Persona litteras darent, eum velut humanâ conditione majorem descripsere.

IV. Adhæc nunquid omnes sanctitatem doctrinæ ejus commendant? quomodo ergo vel per suspensionem argui potest impietatis? potest quidem utilissima virtutis præcepta etiam im-

*Ecclesiastici 10. 15.*

*In Panegyrici Theodosii.*



pius dare, non eo inficias; simulatio tamen ista non feret ætatem; aliquando enim aut affectu excæcatus, aut temeritate abreptus, aut proptii commodi stimulis actus, elabi sibi vel invito patietur axiomata quædam, quæ magis sensuum corruptelam, quàm honestatis rigorem redoleant. Quis enim sapientum extra DEI Ecclesiam unquam fuit, qui saluberrimis de virtute præceptis errores perniciosos non immiscuerit? Socrates, Virtutis Doctor appellatus, nunquid legibus suis liberam uxorum commutationem & abusum introduxit, quem postea & Cato Romæ decus, & Plato Græciæ oraculum, secuti sunt? Lycurgus Spartanis suis furtum permisit, modò ingeniosum foret & occultum. Solon Atheniensibus liberum libidinis usum indulxit, modò non à servis, sed ab ingenuis & liberis exerceretur. Aristoteles in Republica sua docuit, matres ad procurandum abortum teneri, si filiorum numerus familiæ proventum excedat, & si filii aut membris capti, aut cæci, aut muti, aut claudi vel siderati nascantur, non sollicitè educandos, sed prostituendos & abjiciendos esse. Ipse Seneca, magnus morum magister, quàm non facundiã eorum furorem laudat, qui ex ærumnarum impatientiã violentas sibi manus inferre audent? Tullius, Salustius, Plinius, alique, qui sapientiæ Oracula credabantur, hortantur & jubent, ulcisci injurias, par pari referre, & nominis existimationem ac famam studiosè aucupari. Nihil certè simile in Christi doctrina reperire est, quin illa om-

nium prima fuit, quæ arcana tenuissimam, castimoniam, abnegationem ipsius, patientiam, mansuetudinem, ritatis, obedientiam, ac demissionem velavit. Tantane doctrinæ sanctioria ab homine summè flagitiosior potuisset? è quibus illam libri, codicibus, è qua portico, Academiæ aut Lycæo hausit, nisi illam è consilio secum detulisset? qui fieri potest, ut, cum illam traderet, nec verum quidem impium, nocivum, invidiosum, vanum, ridiculum, curiosum, fastidiosum magisve titillandas aures, & commovendam voluntatem admisceret? cumque ejus doctrinam tot retrò sæculorum ætibus est audita, ardua ac severa, ita tam Auctore suo proponeretur, ut statim fronte omni intellectuque satisfaceret, atque in cunctis fortibus tantam discursus coherentiam tantam veritatis apparentiam, & vera ratione consensus exhiberet, nec apex quidem ad ingenii ostentationem, sed omnia ad auctoritatem facta deprehendantur, ipsius styli facilitate, ut rudes eam facilius capiunt, quantum necesse est; sed verò sublimitatem ejus summè percipiant, atque hominum generis cuncta, suis usibus & indigentissimam, eaque non in Platonicum, ut vocant, Idæa, aut inamulacione, ut in ceteris sapientum proposita, sed practica ac solidior fiat. Et vos mihi persuadere potestum esse, quasi verò sola proleptice intellectu genita, Patrem solum

muletur: Ego certè Divo Jacobo ad-  
 stipulor, qui illum perfectum esse af-  
 firmat, qui linguà nunquam lapsus est:  
 3. 2. *Si quis in verbo non offendit, hic per-  
 fectus est vir.* Facile crediderim, hy-  
 pocritam aliquanto tempore sapienter  
 & bene loqui posse; id autem semper  
 & ubique, ac in quavis materia; adeò  
 ut nec apex observari possit, qui non  
 spiret sanctitatem sublimem & altissi-  
 mam, hoc enim verò hominis est, non  
 mendacis & dolosi, sed veridici & in-  
 nocentis; larvâ enim, ut affirmat Se-  
 neca, brevi tempore vultum tegere,  
 facile est, minimè verò diuturno:  
*Nemo personam dñi fert.*

V. Et verò quot, quantisque secu-  
 lis doctrina hæc ventilata, atque cri-  
 brata est, quin vel minimum in ca-  
 furis notaretur? aliam mihi legem no-  
 minate, in qua explicanda tot homi-  
 nes doctrinâ conspicui defudaverint,  
 tot agitatam disputationibus, tot vo-  
 luminibus declaratam, è tot pulpitis  
 traditam, tot conciliis stabilitam, tot  
 confirmatam decretis, ac adamantis  
 instar tot mallei ictibus probatam: quò  
 scrupulosius examinata, quò attentius  
 ponderata, quò crebrius ventilata est,  
 eò veritatis & sanctitatis ejus fama ma-  
 gis est aucta. Contrarium in ceteris se-  
 ctis accidit; quæ, etsi aliquam veri spe-  
 ciem præferant, quò diligentius tam-  
 en excutiuntur, eò minus creduntur:  
 Ita inter Ethnicos Anaxagoras, Plato,  
 Homerus, Aristoteles, Cicero, Seneca,  
 Plutarchus, Plotinus, Porphyrius, Ga-  
 lenus, alique quàm plurimi, in scien-  
 tiis versatissimi, Religionis, quæ tunc  
 vigebat, examen suscipere, ejusque fal-

R. P. Segneri Quadragesimale.

lacias detexerunt, ac velut fatuam eon-  
 tempererunt, tametsi ex humano res-  
 pectu judicium suum, dum viverent,  
 dissimularent, & in relictis à se libris  
 explicarent, id quod astutissimum Ma-  
 hometum induxit, ut omnem littera-  
 turam damnaret, omnemque de fide  
 controversiam, ferro & ense decidi  
 vellet, quem solum in Alcorano suo  
 religionis præconem & judicem sta-  
 tuit: nec tamen efficere potuit, quin  
 Avicenna & Averroës insigni doctrinâ  
 Viri è secta sua prodirent, palamque &  
 voce & libris testarentur, Mahometi  
 stolidam legem corporum quidem fe-  
 licitatem, brutis etiam bestiisque com-  
 munem, minimè verò animorum &  
 hominis propriam docere, atque adeò  
 illam non hominum esse religionem,  
 sed porcorum. Verissimum igitur est,  
 sectas alias ferè omnes, vix ullum ho-  
 minem doctum jactare posse, qui eas  
 seriò & ex animo secutus sit: in lege  
 autem Evangelica, quantos non uno  
 halitu numeraverim? Hanc enim  
 summis laudibus extulerunt, Dionysii,  
 Lactantii, Arnobii, Cypriani, Augu-  
 stini, Hieronymi, Nazianzeni, Basilii,  
 Bonaventuræ, Aquinates, alique abs-  
 que numero, Viri ingenii acie perspi-  
 cacissimi, & in omni scientiarum, quâ  
 Divinarum humanarumque, natura-  
 lium & politicarum genere versatissi-  
 mi. Quâ ergo ratione Christus, morta-  
 lium, ut dicitis, scelestissimus tantam  
 sibi sapientissimorum hominum ap-  
 probationem asserere potuisset, ut om-  
 nem suam vitam non nisi cogitandæ,  
 explicandæ & promulgandæ Ejus Legi  
 impenderent, omnisque eorum labor

Alc. c.  
 18. 39.  
 Apud  
 Bellarm.  
 de not.  
 Eccles.

in ea defudaret, omnes illam amarent, agnoscerent & æstimarent?

VI. Et verò in qua alia Religione par animarum, & propagandæ sectæ zelus exarsit? Persæ, Bactriani, Indi ac Japones, quem unquam suorum in Italiam ablegarunt, ut Numinum suorum notitiâ nos imbuerent? nec unus quidem à charo patriæ suæ sinu avelli se propterea passus est, nec multùm eorum intererat, Pagodes suos à paucis vel à multis adorari. Ast ego quot, quantosque numerare possim, qui spontè exules remotissimas missiones ambierunt, quique è finibus Italiæ ad extremos usque Indos profecti sunt, ut barbaros ad Christi agnitionem perducerent? Quibus autem non ærumnis stat illis hæc expeditio? voluntarium amplectuntur exilium, nec amicorum precibus, nec propinquorum lachrimis, nec domesticorum singultibus retineri se patiuntur: renuntiant dignitatibus, divitias contemnant, vasto ac formidabili oceano, pyratarum incurfibus, gurgitum insidiis & monstrorum furis se committunt; nunc ardent sub Zona torrida, nunc algent sub frigida, absque duce, absque viatico, absque focis, ad novi mundi littora appellant, mundi, inquam, cui vel sol ipse non solet vicinus accedere, & plurimi quidem nudipedes per deserta asperrima, per trames sentibus & vepretis horridos, perque rupes inaccessibleas ferarum instar perreptant, barbaros quærent, illis serviunt, & blandiuntur non alterius commodi gratiâ, quàm ut eos Christi agnitione imbuant. Eja videturne vo-

bis homo pessimus, & scelestissimus tam zelosus honoris sui ministrus, quam posse nancisci, qui, ut fama ejus adaugeant, cultumque promoveant, tantis se vitæ incommodis, que ærumnis objiciant; imò lætalacres vitam & sanguinem fundunt? Quis enim alius mortalium à suis tuit impetrare, quod JESUS nunt, ut tot tantique ejus amon flammis comburi, gladiis disseveris discerpi, & in catastris compaterentur?

VII. Sed mentem modò meæ cogitationem non inamencem ad tite. Cùm David Rex, ut honore famæ consulere, miserum Uli interimere statuisset, hoc artificiosus: litteras ad supremum bellicem exaravit, eique in mandavit, ut Uriam, si assultus esset, in primis ordinibus collocaret, que ubi summus ardor prælii ferendissimis illum præliantium velut certam mortis victimam cerneret; mox ipsi Uriæ has litteras, tamen sigillo probè munitas esset, quia facilè prævidit, Uriam, nuissimâ suspicione hæc illi fraudoluisse, litteras minime redderet. Non ita cum servis suis egit Christus: patentes enim ipsis tradidit litteras, que palàm denuntiavit, infinitis mortis ac miseris objiciendos: *Ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* In alio verò loco: *Injiciunt vos in sinus suos, & persequentur, tradent in synagogas & custodias; erabunt Reges & Præsides propter Nomen meum.* Rursus: *Venit hora, ut omnis, qui*

versis vos arbitretur, obsequium se  
 praestare DEO; Iterum: Tradent vos  
 in conciliis, & flagellabunt vos, tradent  
 vos in tribulationem, & occident vos.  
 Denique; trademini autem à parenti-  
 bus, & fratribus, & cognatis, & ami-  
 cis, & morte afficient ex vobis. Et ta-  
 men, quot non promptissimè vola-  
 runt, & literas istas fideliter reddide-  
 runt; Tradiderunt eas Praesidibus;  
 tradiderunt Proconsulibus; tradide-  
 runt ipsis Regibus; verbo, ad illos etiam  
 Evangelium tulere, qui nil nisi stragem  
 ipsi & perniciem in hujus legationis  
 praemium minabantur. An non hoc  
 summam admirationem meretur? O  
 quae constantia, quae animi fortitudo,  
 quae fidelitas? An hanc impio & sce-  
 lerato nebuloni exhibuissent? Non  
 me latet, etiam ex Mahumetanis, Eth-  
 nicis & haereticis nonnullos mortem  
 sectae suae tuendae amore obiisse; ve-  
 rum hi mite ut plurimum, vulgare aut  
 breve mortis genus sustinuerunt, nec  
 ullum facile reperire est, qui in tor-  
 mentis constans, ut S. Gregorius Ar-  
 menus quatuordecim, vel ut Divus  
 Clemens Ancyranus viginti octo an-  
 norum spatio perstiterit: quod si ali-  
 quilibet morte consumpti sunt, sum-  
 ma eam animi tristitia, aut desperatio-  
 ne, non verò sereno vultu, aut animo  
 tranquillo, ut solent Christiani, susti-  
 nuere, & licet Ciceroni impossibile  
 visum sit, aliquem, quantumvis sa-  
 pientem & virtutis studiosum, in can-  
 dente tauro Perilli gaudere posse; id  
 tamen fecisse novimus Episcopum An-  
 tipam, Pelagiam Virginem, Divum  
 Eustachium, ac univertam ipsius fami-

liam, qui ex immani illo supplicio non  
 tristes mugitus, aut muliebres ejulatus,  
 sed voces liquidissimi gaudii testes red-  
 diderunt. Verum demus, aliquos for-  
 tē eorum cum laude constantiae mor-  
 tuos, sed tamen id non accidit, nisi in  
 viris corporis habitu robustis, moribus  
 & indole barbaris, fronte & animo  
 obstinatis, non verò ut inter Christia-  
 nos, in lenibus decrepitis, feminis im-  
 bellibus, adolescentibus timidis, puel-  
 lis teneris, personis nobilitate & ge-  
 nere spectandis. Quod amoenius spec-  
 taculum, quàm videre Simeonem,  
 centum viginti annorum Episcopum,  
 cruci affixum, & cygni instar suavissi-  
 mē ante fata cantantem? intueri  
 geminos puerulos, Vitum & Mam-  
 mertem in furca & patibulo trium-  
 phantes? Eulalam tredecim anno-  
 rum Virginem nobilem, plagis con-  
 sectam, & tortores hortantem, ut fau-  
 cia membra sale conspergerent; illi-  
 que caelestis sui sponsi palato sapi-  
 diora redderent? Toleraverunt qui-  
 dem alii mortem, & tormenta, non  
 verò sponte illis obviam ivere: certè  
 minimè fecerunt, quod Divus ille Ju-  
 lianus, qui eum ex podagra laborans  
 metueret, ut ne tardior ad macellum  
 Martyribus destinatum veniret, servo-  
 rum se brachiis eò deportari mandavit;  
 non, quod Apollonia, quae sponte sua  
 in ardentis rogos insiliit; non, quod  
 Agaperus, qui ultro se feris objecit;  
 non, quod Antonius, qui veste candi-  
 da indurus, haud aliter ad tormenta,  
 quàm ad nuptiale convivium prope-  
 ravit. Sed concedamus etiam, non-  
 nullos sponte se carnificibus obtu-  
 lisse,

lisse, non tamen liberum eis fuit, se illis denuò subtrahere, aut sibi fugâ consulere; primò sponte pati ceperunt, sed postea inviti supplicia tolerare coacti sunt; nostris verò Martyribus sæpenumero ab ipsismet tortoribus ingeminatum est, ut aliquâ saltem sui commiseratione tangerentur; invitati sunt blanditijs, allecti promissis, tentati honoratis connubijs, amplissimis patrimonijs, & spe honorum ac dignitatum, irritò tamen successu, adeò ut Cyprianus Episcopus ferè jam pegmati insistens carnificem omnium suorum bonorum hæredem ex asse nuncuparit. Denique si cætera omnia abessent, illi adeò pauci fuere, ut omnes uno halitu enumerari, & uno pugno comprehendi possint: Christiani autem pugiles, tot tantique fuerunt, ut omnem propè notitiam effugiant, solusque Genebrardus undecim eorum miliones antiquitate, & indubitata certitudine celeberrimos enumeret.

VIII. Objicietis mihi utique, Auditores, tantam Beatorum Martyrum copiam grandem etiam persecutorum numerum innuere, atque adeò dubium etiamnum superesse, cuinam potiùs in Christi causa adhærendum sit, an qui eum amice defendunt, an qui illum hostiliter persequuntur. Verùm hæc objectio non unâ tantùm ratione enervari facile potest; fateor inprimis, multos Christum habuisse persecutores, nego tamen, eos fuisse Martyribus plures; unus enim persecutor multis Martyribus sufficiebat, Martyrum verò nullus multis persecutoribus indigebat; præterea testimonium illorum,

qui Christi amore mortui sunt, majoris faciendum est, quàm quod sunt persecuti: ad persequendum sufficit error quidam intellectus, & excessus, invidia stimulus, & impetoris; ad vitam verò in tanta tranquillitate alterius honori laudam, o quantâ illius æstimationis opus est, cui vita consecrata quantâ constantia, quo animi robore quâ fide? longè igitur majus pro habere debet unius Martyris, quàm centum persecutorum testimonium. Ad hæc ingens Martyres inter, & persecutores discrimen intercedit; Martyres enim plerique vel à primâ vitæ morumque innocentia cœperunt, vel in religiosis claustris educati, vel in eremjs enutriti, vel Temporis consecrati, Viri sapientes, justissimi, reverentes, suorumque æstimationis domini fuerunt, in quibus re hostes, nil præter fidem supplicium inveniebant, quemadmodum Plinius gentilis ad Trajanum testatus est, cui tamen velut Romæ Imperatori, magis se Martyrum satisfactionibus, quàm laudibus & enoverat placiturum. Ex altera parte persecutorum pars maxima mines fuerunt rudes, barbari, rari, infames, in prostibulis & lupanibus educati, enutriti in Circus, & gladiatorum ac lanistarum spectibus; igitur omnino est Christi passus, & gravissimas persecutiones; sed à Nerone, qui totius generis hominum opprobrium fuit, & naturæ abominabilem, à Domitiano, quem sui trucidaverunt.

velut crudelitatis portentum , à Gal-  
lieno , quem omnia Scriptorum mo-  
numenta velut infamiae monstrum  
detestantur ; à Galerio , quem ita exosi  
atque abominati sunt , non amici dun-  
taxat ac subditi , aut domestici , sed  
ipse se ipsum , ut violentas sibi manus  
intulerit ? à Trajano , homine illo tur-  
pissimo , ut præ rubore me verba de-  
ficiant , ad nefandam ejus turpitudi-  
nem describendam ; à Decio , Dio-  
cletiano , Maxentio , Licinio , Maxi-  
mino , qui in id unum nati esse vide-  
bantur , ut infamen redderent to-  
tam stirpem humanam. An ullus ergo  
adhuc erit tam demens , qui ideo  
Christum sceleratissimum hominum  
credat , quia à scelestissimis morta-  
lium passus est ? quin potius robustis-  
simum hoc sanctitatis illius demon-  
strandæ argumentum est , cum nihil  
magis innubem solis claritatem com-  
mendet , quàm grande illud odium ,  
quò vespertiliones , & ululæ , bubones  
ac noctuæ eundem insectantur.

IX. Sed fortè persecutores isti tan-  
dem Christo prævalere ? alias certè  
sectas , quando adversarios nactæ sunt ,  
constat , brevi tempore interiisse , aut  
authoritate majori debellatas , aut po-  
tentia oppressas ; nostra autem Re-  
ligio nunquam magis effloruit , nec  
firmiores aliunde radices egit , quàm  
ex persecutionibus : si ulla mundi ci-  
vitas fuit , à qua graviora sustinuit ,  
certè Roma fuit : satis illi non erat ,  
theatrorum suorum arenas sanguine  
nostro imbuere , & bestiarum famem  
nostro satiare ; sed extra finium suorum limi-  
tes egressa in Africam usque , & Asiam

Proconsules suos , velut totidem in-  
ferni furias dimisit , qui Christianos  
inquirerent , inventos damnarent , &  
in fide constantes trucidarent , sed  
quo successu ? nunquid palmam tan-  
dem ipsumque Romani Imperii Ca-  
put Romam cedere coacta est Chri-  
sto , quem persequebatur ? nobis re-  
gia sua palatia , theatra , templa , Basi-  
licas , ac quidquid splendidum habuit ,  
velut opima victoribus spolia reliquit ,  
quæque Christum ex hominum me-  
moriâ extinctum voluit , jam ejus glo-  
riam summo studio propagat. Et  
quomodo hoc potuit homo , quo pejo-  
rem mundus non habuit ? an fortè  
armorum potentia , militum copia ,  
terrore & violentia id obtinuit ? Mi-  
nimè profectò : quos enim ad tantæ  
rei molimina adhibuit , non erant , ni-  
si duodeni piscatores , nudipedes ,  
mendici , illitterati , contemptibiles ,  
quòdque pejus erat , Judæi ; ex illo  
nimirum populo , quem eâ ætate or-  
bis univèrsus , velut abjectissimum  
contemptui habuit. Horum operâ  
Imperium Romæ sustulit , debellavit  
inimicos , edomuit barbaros , littera-  
torum factum subjugavit. Nôstis ,  
Senatum Romanum Alexandro Ma-  
gno divinos honores contulisse , ac  
Diis accensuisse , quia Divinum ali-  
quid , & homine majus videbatur ,  
duodecim annorum spatio maximam  
orbis partem suo subjecisse imperio :  
verùm id obrinuit Alexander etiam-  
num vivus , Asiæ spoliis locuples , ac  
plurimorum dominus populorum ;  
Christus autem , postquam infami in  
ligno mortuus erat , orbem subjuga-  
vit.

vit, idque nec pecuniæ impensis, nec  
*s. Aug. armorum strepitu, non ferro, sed li-*  
*in Pf. 34. gno: & erit etiamnum, qui non mo-*  
 dō illum velut Divinum hominem  
 adorare detrectet, sed velut mortali-  
 um scelestissimum condemnare præ-  
 sumat?

X. Scio quidem, ad tanti operis  
 executionem illum tandem vi, & fa-  
 cultate omni humanā majore usum  
 esse, quam nos prodigiosam appella-  
 mus: sed an ille mortalium omnium  
 pessimus vocari potest, cujus tremen-  
 do nomini se elementa submitunt,  
 & coram quo ipsa natura palpitat?  
 Quis enim persuasit tibi, o magne  
 planetarum Princeps sol, ut illius mor-  
 tem pullā veste deplorares, qui cru-  
 cis trunco affixus expiravit, cum po-  
 tius ob sumptum de impostore ne-  
 quissimo supplicium solito serenius ar-  
 ridere, quā vultum obnubere, teque  
 mortalium oculis occultare debuisses.  
 Quis vos, o petra, rupes & silices  
 induxit, ut scissi in partes rumperemi-  
 ni? quis tumbas & sepulchra, ut  
 aperta dehiscerent? An eam Con-  
 ditori vestro gratiam rependitis, ut il-  
 lius mortem amaro doloris sensu pro-  
 sequamini, qui Lucifero peior, non  
 solum ausus est parem DEO, Colle-  
 gæ instar, thronum prensare, verūm  
 etiam ut monarcha dominari velle est  
 ausus? quōd si quis dixerit: dignas  
 illum in cruce tantæ temeritatis pœ-  
 nas dedisse; quā ratione ergo ad so-  
 lam nominis ejus invocationem mu-  
 tis loquela, gressus claudis, surdis au-  
 res, cæcis oculi, mortuis vita restitui-

*Jo. 9. 16. tur? Quomodo potest peccator hac si-*

*gna facere? Ingeminate quodam*  
 aliud nomen, nominatē Mā-  
 tum, vocatē Ali, clamatē Amā-  
 invocate venturum Messiam,  
 & cachinnos experiemini: JESU  
 JESUS, solum illud nomen est,  
 dæmones fecit attonitos, debiles  
 impotentes. Quam bene ergo  
 men illud olei instar se omnibus  
 perfudisse dicimus, oleum effusum  
 mentuum! Nobis certē oleum  
 mi pharmaco salubrius fuit, dum  
 lenis & millenis salutem restituit,  
 boli autem ebulliens & fervens  
 experiuntur. Memini me legentē  
 bello Palæstina peteretur, civem  
 særos, cum viderent, Romanos  
 felicibus jam urbis mœnia in-  
 conscendere, ingentia vasa fer-  
 oleo plena in eorum capita effusa  
 quod cum per loricearum fillos  
 militum carnes penetrasset, pro-  
 loris vehementiā in rabiem ad-  
 scalis in fossas se præcipites de-  
 Appositam hoc factum allego  
 mihi suppeditat. Jam toto, quā-  
 tē patet, mundo, victricia signa  
 rant Diaboli, jam aditus omnia  
 cupaverant, jam munimenta, &  
 pugnacula possederant, cum  
 istud sacri Nominis oleum in  
 litus effusum est, adeo illis factum  
 intolerabile, ut in inferni  
 præcipites ire coacti sint; de-  
 dum alevarentur: quæ ipsa  
 fuit, ut dum gloriosum JESU  
 men increbresceret in terris, illius  
 cula Lesbia, Delphica, Delia,  
 sina, Dodonæa, & Daphnitica  
 ticescerent; adeo ut vel impetus

phyrus exclamare coactus sit : ex quo IESU nomen colitur , nihil utilitatis à Diis consequi possumus. Ecquid vobis videtur, Auditores, affectus adeo celebres, illustres, ac stupendos ad illius nominis invocationem contingere potuisse arbitramini, qui omnium mortalium perfidissimus fuit? quis ita stultus sit, omnique, non fidei solum, sed & naturæ lumine destitutus, ut hoc credat? si ergo ita se res habet, statuamus palàm, Christum verum DEUM esse, cum, aut summam ejus malitiam, aut certissimam divinitatem esse necesse sit. Si DEUS est, factis est, nec ampliùs opus est, ut veritatem doctrinæ ejus, Evangelii, Legis, Sacramentorum, & aliorum fidei dogmatum laboriosè demonstrarem: demus, ista rationi nostræ ardua, abstrusa, & sublimia videri; quid interest? Certi interea sumus, nos errare non posse, nisi DEUS ipse sit author erroris.

## P A R S A L T E R A.

XI. **I**ndignabimini mihi fortè, auditores, meque tacitè accusabitis, quòd vel sermonem huic auditorio minùs aptum hodie proposuerim, vel malignam de vobis opinionem conceperim. Cur enim de Christi Divinitate in urbe ejus nomini ad dictissimà? Algerio potiùs, aut Tuneto hoc thema quadraret. Verùm minimè improvisum est mihi hoc telum; rationes enim, quas in exordio præmisi, facile mihi à vobis veniam spondent: cum autem cogatis me, liberius eloqui, quod sentio; rogo vos &

obtestor, ne liberè loquenti indignemini. Erravi forsan, hunc in modum hodie coram vobis perorando, quos inter Christianos, uti antiquitate, ita & morum innocentiam præstare non dubito: ego verò in eam deveni opinionem, nihil peræquè è pulpitis hac ætate repetendum, inculcandumque, quàm ut populi fidei suæ articulos firmiter credant & teneant; qui enim fieri possit, ut eam veram esse censeant, ac nihilominus eorum instar vivant, qui illam falsam judicant, atque mendacem? dixi eorum instar; dicere debebam *pejus*, *pejus*, quia tale tantumque vitium inter Christianos invaluit, quale nec inter barbaros est usitatum. Producite mihi, si potestis, hominem cuicumque etiam turpissimæ sectæ addictum, qui inter suos, ejusdemque sectæ cultores eam palàm profiteri erubescat: non pudet Turcam Turcarum more vivere, nec Judæum more Hebræo, nec Ethnicum vitam vivere paganis consuetam; solos Christianos pudet, instar Christiani vivere. Eja, explorate, si lubet, num verum sit, quod dixi: pönite, virum nobilem statuisse, illatam sibi injuriam ulcisci, armare sicariorum manipulum, & vitæ æmuli undique insidiari. Dicite, si muneris vestri esset, eum à pessimo hoc consilio dehortari, quo potissimum argumenti genere uteremini? Diceretis forsitan: mi Domine, memento, te Christianum esse! arma pone, arma pone quanto cyùs; nec enim tibi licita est vindicta. Enimverò simplices & albæ mentis homines vos cense-

feret



seret hic nobilis, excessum zeli rideret, & plus prudentiæ in vobis desideraret. Demonstrate illi igitur, id genus vindictæ nobilem animum dedecere, imperare Principem, aut Amasiam cupere, ut abstineat; tunc hortantes benignè audiet: quòd si tandem mitigari se sinat, & cum inimico in gratiam redire decernat, putatisne, illum dicturum: *condono illatam mihi injuriam, quia ita Religio, quam profiteor, imperat; Christianus sum, non erubescio Evangelium.* Erratis, profectò; hanc enim loquendi formulam ignominiosam sibi ducit; in amicæ verò gratiam, aut ad Principis imperium, æmulum veniam donare honorificum censet. Credamne igitur, vos religionem vestram veram arbitrari? cum videam, vos non solum negligere, quæ docet, quod humanæ tandem fragilitati tribui posset, sed etiam dedecori & probro vobis vertere, facere quæ jubet? An veram esse religionem nostram censuerunt Præfides, Proconsules & Tyranni, qui minis, suppliciis & terroribus absterruere subditos, ne Christianos sese palàm profiterentur, eosque coegerunt, ut vel in Catacumbis laterent, vel in subterraneis cryptis sacra Mysteria peragerent. Sed nunquid & vos alios cogitis, ut occulta quærant Oratoria, templa maximè solitaria, aut sacella remota, ut se à sarcasmis & ludibriis vestris liberent, cum divinis officiis majori devotione assistere, aut cælesti pabulo animum reficere cupiunt: cui non risui puella se exponit, si vestitum & mores ad

Christianam modestiam componat, quæ ludibria juvenem maneat, religiosorum virorum consuetudine conversatione delectatur? an huiusmodi est, quàm religionis nostræ publicum exercitium velle impedire. Id unum differentia vos in & illos adverte, quòd illi fidei ro impugnaverint, vos sibiis & chinnis, qui ipsis non raro manibus magis pungunt, adeo dem, ut qui lanceis barbarorum sterreri se minimè paterentur, minus publicè se Christianos profiterentur, dicacibus sociorum sacra religionis exercitio repellantur. Quid præterea delicta gravissimas libidines nefandas, quas lex Cæna apertè prohibet, vos sapienter velut præclarè facta jactatis, vobis ducitis, applausu & approbatione vestra condecoratis; verò natis, & in theatris festivè prætis? Hæccine, auditores, sunt vestra? non ignoro quidem, quod tum non tollere radicem Fidei Habitum vocamus; crimen palàm laudare, illique applausu hoc enim verò manifestum sapientis defectum: quid enim aliud est fidelem esse, quàm Christi doctrinam contraria sentire, laudare, quod istus vituperat, & vituperare, quod laudat? æquissimam ergo causam habui, credendi, nihil inter Christi Divinitatem crebrò iis proponere inculcare; sic enim major gloria non exhibebitur, nec quisquam


probro ducet, quod Christus æstimat, nec æstimabit, quod Christus probrosum appellat. Itaque per fidei illius amorem, quam palam profite- mini, supplex vos rogo, ut nullum deinceps verbum, vitio favens & vir- tuti adversum, vobis excidere, nec ullam occasionem elabi patiamini, quã veros vos Christianos palam demonstretis, injuriarum nimirum, ut

Christianos decet, patientes, chari- tatis, quæ propria Christianorum tes- sera est, studiosos, non duros & in- clementes, nec sanguinis pupillorum ac inopum avidos, qui Christi est san- guis; hæc si cordi habebitis, tunc enimverò justam querendi causam ha- bebitis, eos ad vos sermones haberi, qui Tuneti vel Algerii incolis aptius convenirent.

## SERMO VIGESIMUS PRIMUS.

DIE VENERIS POST TERTIAM DOMINICAM.

*IESVS ergo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem; hora erat quasi sexta; venit mulier de Samaria, haurire aquam, Jc. Ioan. 4.*

**I.**  Eminos, eosque sibi summè contra- rios affectus, ho- dierna Historia in animo meo gene- rat, Auditores, spem nimirum firmissimam, & vehe- mentem juxtà timorem: dum enim profundius confidero, ex quàm parvo mulieris adeo flagitiosæ salutem depen- deat, in spem erigor, modico opus esse, ad consequendam salutem; sed exortus continuo metus mihi dictat, peræquè modico opus esse ad salutem perdendam. Verum quidem est, mi- sellam illam peccatricem non alia de

causa sanctam evasisse, quàm quòd fortuito quodam casu puteo illi ap- propinquerit, ad cujus crepidinem Christus è via lassus confidebat, & represso nonnihil, quocum accesser- rat, hauriendæ aquæ desiderio, ani- mum ad salutarem Christi sermonem adverterit: sed fugite, illam ami- cum Christi alloquium repudiâsse, ei- que cum fastidio dixisse: non vacat modò per negotia; ad hæc liti ardeo, & tardior hora est, *hora est quasi sex- ta*; redeundum est ad negotia do- mestica: credibile sanè est, nullam porrò occasionem tam commodam, cognoscendi seipsam, moresque emen- dandi

R. P. Segneri Quadragesimali.

K k

dandi fuisse obtenturam. Ad hanc considerationem attonitus hæreo, vosque obtestor: quis nostrum est, Auditores, qui tenues quosvis animi motus observet aut æstimet? quis inter nos ad virtutem stimulos, immixtos æternarum veritatum radios, celestes inspirationes, & impulsus attendit & sequitur? Et tamen minimus etiam virtutis actus initium esse potest, unde tota beatitudo nostra dependet. Itane, dicetis mihi, Pater mi! à re tam minuta æternam hominis salutem pendere posse credis? certe ad terrendum, non ad docendum hoc asseris. Ad terrendum? Ita

*Hom. 11. inr. 50.* dico: quia *Territus terreo*; dico tremens cum D. Augustino, nec tamen vanis vos exaggerationibus terrere, sed solidissimam veritatem edocere animus est; sanctè promitto, me non nisi illa dicturum, quæ, si cogito, summo me terrore concutiunt, quæque si non minùs scelestum, minùs saltem incorrigibilem reddunt. Et hæc est ipsissima illa veritas, quæ vobis adeo insolens videtur, nimirum non rarò à rebus minimis æternam hominis salutem pendere. Hæc enim verò propositio me terret, & ad hanc demonstrandam me accingo, ut quis discat, opportunas salutis occasiones sollicitè captandas, & velut capillis tenendas esse, quas sub rerum minimarum allegoriâ intelligo.

II. Et primò quidem nemo est, qui ignoret, è rebus parvis, res maximas sepe enasci; id enim notant omnes Philolophi, observant Politici,

docent omnes morum Magistri, alio ad hoc evincendum opus quam ut quis unico icu oculi hunc intueatur: an non granum sinapis in Palestina ad tantam excrevit proceritatem non plantas duntaxat exsuperant, sed altissimis arboribus æquæ? Intuemini silvas integras, quæ eorum suarum ramis tot hastas & ceas exercitibus, tot tantisque oceano, tot domibus fulcra & bes, tantam erigendis machinis teriem, tot feris continendis cula, tantum pabulum igni, hæc que subministrabant: si verò originem investigare placet, est præter minutissimum seminum, prætereuntium pedibus, aviculæ rostro non rarò tantum. Fulmen nubibus cum tantogore & potentia suæ obstruc excussum, ut turres dejiciat, montium percuriat, comburat, & populos terreat, an non ab eovapore natales & originem suam Rapacissima flumina, que per provincias alveo volvantur, minum Regnis & Imperiis per humeris suis armatas classes portant, stragem armentis, campiviam, exterminium herbis, in domibus, civitatibus solitudinem ferunt; hæc inquam, flumina via relegere, & originem suam minùs intueri possent, o quæ erubescerent, dum viderent, in rum scaturigine pueros puellaliqui cari, plaudere, ac tenui salu alveum transmittere: usque adeo

rebus maximis proprium est, à minimis derivari. Sic vasta incendia ab unica favilla suscitantur, contagiosa lues ex uno halitu propagatur, vehementissimi terræ motus ex tenui exhalatione concitantur. Quodsi Politicam rerum humanarum cursum attendamus, quis nescit, è levissimis non rarò causis accidere, ut ex altissimo quisquam dignitatis culmine ad infimam sortem dejiciatur, alius vicissimè conditione ignobili ad altissimum honorum culmen ascendat, Abigail ex humili fortuna à Davide in thori Regniq; consortem assumpta est, ob tenue humanitatis obsequium; & pauca edulia, quibus Davidis servos recreavit. Rebecca in Isaaci sponsam, & promissi Melsiæ Abaviam, propter oblatum ejus Paranymphe aquæ haustum, adlecta est. Amman, felicissimus ille in Assueri aula fortunæ pullus, omni gratia, dignitate, opibus, liberis, atque ipsâ etiam vitâ excidit: & quamnam tam illustri ruinæ causam fuisse censetis? Minimam omnino ac levissimam, quia scilicet Amman ægrè ferebat, quod Mardochæus, homo obscurus & ignobilis, non flecteret sibi genu. Quid de militia, mercatura, artibus, & litteris dicam? An non levissima & prope ridicula fuit occasio, quæ Pythagoram Philosophum effecit, & univerto orbi celebrem reddidit? audite, quæso, rem non injucundam. Pythagoras, ruri natus puer, aliquando impositum humeris lignorum fasciculum patri detulit, & in Democritum magni nominis Philosophum

incidit; is cùm ligna dextrè ac ordinatè colligata intueretur, è puero sciscitatus est, an ipse fascem illum composuisset, id cùm affirmasset, eia, subjungit Democritus, ut experimentum veritatis capiam, dissolve fasciculum, & denuo colliga: paruit promptissimus juvenis ac eadem arte & industriâ composita humeris ligna injecit. Ex hac dexteritate indolem pueri, & ingenium studiis aptum Democritus deprehendit, eumque ad suam mox disciplinam invitatum educavit, fovit, docuit, nec minorem tali Magistro Philosophum effecit. Jam fingite, aut Pythagoram fasciculum negligentius colligasse, aut in Democritum non incidisse, nunquid ad stivam semper & aratum damnatus hæssisset? nunquid sulcos potius in pratis, quàm litteras in chartis extarsisset? Haud equidem difficile mihi accideret, eventus similes in maximo numero recensere, nisi statuissem, id non in Naturæ; sed Gratia operibus demonstrare.

III. Ante omnia notandum, Deum in operibus Gratia imitari modum, & ordinem, quem observat in operibus Naturæ; secus enim ex iis, quæ videmus, ad ea, quæ oculis subjecta non sunt, non liceret assurgere, quod tamen Apostolus ad Romanos scribens fieri voluit, cùm dixit, *Invisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Ad Rom. 1. 20. Hac veritate suppositâ, sciendum, Deum non tantum voluntate signi, ut Theologi loquuntur, sed etiam voluntate beneplaciti, omnes ad Paradisi gloriam desti-

destinasse, ac serio velle, ut omnes  
 eam consequantur, *Deus vult omnes homines salvos fieri.* Sed licet omnium finis sit idem, non sunt tamen eadem media ad eum consequendum: in cuiusvis enim hominis vita videt Deus, ut Scholæ loquuntur, diversissimam seriem, ac velut catenam eventuum, quorum aliqui, velut viâ regiâ, alios quidem rectè ad gloriam, alios verò rectè ad interitum ducunt;

*Jer. 21. 8.* *Vias vita, & vias mortis.* Jam verò, ut homo ad hanc potiùs, quàm aliam semitam se determinet, id enimvero ab eventis sæpe levissimis dependet, exempli gratiâ, an intersit concioni, vel non intersit, hunc vel illum librum evolvat vel non evolvat, huic personæ loquatur, vel non loquatur, conversationem istam accedat vel non accedat &c. talis, inquam, actio vel omissio ad cælum non rarò, vel ad infernum dirigere potest: dixi: *dirigere*; quia licet salus nostra ab eo eventu immediatè & proximè non pendeat, pendet tamen remotè, eadem proflus ratione, quâ videmus, levissimum & contemptibilem eventum magnæ interdum fortunæ, & magnorum non rarò damnorum causam esse, ita ut si priora tua fuerint parva, quemadmodum amicus ille

*Job. 8 7.* Jobi dixerat, *novissima multiplicentur nimis.* Nolite terreti aut turbari, si hanc doctrinam nondum plenè assequamini; exemplorum enim inductione adeo claram eam reddam, ac manifestam, ut à quocunque, etiam doctrinæ Scholasticæ imperito, percipi possit, ac comprehendi. Ad

faciliorem igitur intelligentiam eorum sanè illustrem, à D. Augustino relatum producamus. Recensentur duos aulicos Theodorici Imperatoris Circeses ludos Treviri staret, animi interea auræque tandæ gratiâ extra urbis mœnium concessisse, cumque ex alium, ut fieri à deambulationibus sermonem laborentur, tandem silvulam concesserunt, quam incolæ, sanctitatis famâ conspicuabitabat; curiositate tracti rugum intrant, cellæque angustias: pellectilis tenuitatem admirati, situm mensulæ librum, usu jam tum, vident; quem cum unus aperuisset, Magni Antonii res in eo descriptas invenit: curiositas eum traxit ad obiter dum, subinde voluptas ad contum dum, usquedum imitationis ratio se identidem magis ac magis accendi, cum ecce, vultum vado rubore suffusus, altum ingens & ad socium conversus hæc prorupit: *Dic, quæso te, omnibus laboribus nostris, quò ambimus vivere? quid quarimus? majorem poterit spes nostra, quàm ut imperatoris simus?* Sed quis eam felicitatem promittit? vita beata juvenus fallax, æmuli multi, honorata pauca. Sed demus nobis nostris potiri, *quid ibi non periculumque periculis?* Nil aliud dem consequemur, quàm laboribus partos, servitutem obsequemtam, pericula periculis quæta: O quantæ infidiæ, odia, pericula

cutiones, & calumniæ nos manent? an non timidos semper oportebit nos vivere, an non vigiles semper & cautos? E contrario ut Dei fiamus amici, nil nisi velle necesse est, nec quisquam de illa nobiscum dignitate contendere, præripere nemo potest: *Amicus Dei, si voluero, ecce nunc fio.* Mox oculis in librum defixis, & conversionis, quam animoolvebat, desiderio absorptus, legebat unâ, & lectionem gemitu interpolabat, vultu modò pallente, & modò ardente, jam cogitabundo similis, jam in lacrimas solutus, tandem libro repenti clauso, ad socium vultu hilari conversus; *Ego, inquit, Deo servire statui, & hæc ex hora, hoc in loco aggredior; Tu, si piget imitari, noli adversari.* Quid? his dictis percussus respondet alter, hoc enimvero avertat Deus! ut ego terrâ contentus esse velim, dum Tu cælum rapis; aut uterque in Regiam revertemur, aut utrumque tugurium hoc claudet. Hoc animi decretum ubi fixum utriusque stetit, id scripto significarunt Imperatori, ac continuo posita purpurâ, saccum induerunt, lumbos fune cinxerunt, angustæ cellulæ sese incluserunt, & vitæ reliquum in summa rerum terrenarum inopiâ egerunt, nunquam magis in mundo famosi, ac celebres, quàm cum illum contemnerent. Jam vos ego interrogo; Auditores, tot opera pia, à novis hinc Eremitis incolis facta, tot devotæ vigiliæ, tot Sacræ Psalmodiæ, tot profundæ contemplationes, tot rigida jejuniâ, tot spontanea corporis supplicia, quibus Paradisi sibi glo-

riam pararunt, hæc, inquam, omnia, è quo principio fluxere; quod fuit *Initium via bona*, ut Proverbiorum *Prov. 16.* Liber appellat? Ecce uni se spectaculo subduxerunt, inde dirigente Deo ambulatum egressi sunt, ex ambulatione in tugurium Eremitæ delati, librum obivium evolverunt, hæc lectio sacris illos ardoribus inflammavit, inde aulæ fastidium, vanitatum nausea, mundi fuga manavit, & sic tandem Regiam Crucis viam ingressi sunt. Sed ponite, eos ludis Circesibus interfuisse, quibus absque conscientie remorsu præsentiam suam poterant indulgere; an hæc morum mutatio, ac mirus eventus secutus esset? Minimè profectò: nam ut Ecclesiastes testatur, *Omni negotio tempus est, & opportunitas.* Secuta ergo fuisset *Ecc. 8.* diversa prorsus effectuum series, primumque est credere, illos in aulæ obsequiis, mundo obnoxios, vitiis irretitos, vanitati subjectos, milleque salutis periculis expositos, ac tandem æternum fuisse perituros: fatendum ergo, æternam eorum salutem inde, remotè saltem, fluxisse, quòd ab animi relaxatione, non usque adeo laudabili, sibi temperarint; hic enimvero fons ille parvulus erat, quem vidit Mardocheus in vastissimum flumen *Esb. 11.* converti; hic fuit lapillus ille minutissimus, quem vidit Daniel in altissimum montem exercrescere. *Dan. 2. 35.*

IV. Ex simili initio plerisque ad excelsum sanctimonie gradum eluctatos esse credere, quos à virtutis & miraculorum samâ Ecclesia veneratur; paucissimi sanè erant, qui sancti nati

nati sunt; Jeremiam in Veteri, Baptistam in Nova lege numerabis; reliqui Sanctorum non nati, sed facti sunt Sancti; idque tenuibus omnino initiis: unus quidem, quod citharam abjecerit, ut virum sanctitate celebrem sequeretur, quod D. Reinerio Pisano accidit; alter, quod mortuæ Imperatricis cadaver pensculatius contemplaretur, uti accidit S. Francisco Borgiæ; alius, quod illatam sibi injuriam ex animo condonasset, ut fecit S. Joannes Gualbertus; alius, quod inopi elemosynam largiretur, ut D. Franciscus Assisias; alius, quod carceris squallorem innocens tolerasset, ut Ephrem Syrus; alius, quod casu ac temerè audiret concionantem, ut D. Nicolaus Tolentinas; alius, quod non sine suo rubore in lutum prolapsus esset, ut B. Gonsalvus è S. Dominici familia; alius, quod Mattis exprobrationem æquo animo accepisset, ut B. Andreas Corsini; alius, quod ad Aram facienti piè ministrasset, ut Marcello Mastrillo, inclyto Societatis J E S U Heroi accidit, qui cum ad tumbam D. Xaverii supplex accederet, clarissimè à D E O vocari se sensit, ut pro Christo laboriosè inter barbaras gentes pugnaret, & gloriosè de fidei hostibus triumpharet, non alià de causâ hunc Coeli favorem promeritus, quàm quòd, cum juvenis etiamnum Neapoli studiis vacaret, & à sene quodam Sacerdote, tempore incommodo, horâque importunâ ad altaris ministerium invitaretur, promptè paruerit. Verùm quid ego minuta hæc refero? major-

ne sanctitatis gradus concipi quam ille, quem diversissimè viis, D. Antonius Abbas, & D. Ignatius Loiola consecuti sunt; benignè quæso, narranti aurem præbeo, ambitionis me arguite, quæ comparationem instituat, Ex quoque numerosissimæ familiæ Præcha, ille quidem vitam solitariam contemplantem; hic verò laboriosam & activam professus; uterque in conversionis suæ primordio gratiam cum inferno certamina sustulit. Antonium enim formidandâ rerum specie terrebat, Ignatium blandientium mulierum formidabat: Uterque eximiâ in Deo potestate pollebat, quos ille vobis baculo abegit: Uterque venerabilissimo Martyrii desiderio exanimatus quod obtinendum Alexandriæ Antonius, Hierosolymam Ignatius celsit: Utrumque D E U S plurimum saluti reservavit; Unus sanctissimis Eremitis replevit, alter præstantissimis Divinis præconibus; electus uterque ad ruinas Ecclesiæ restaurandæ Antonii quidem ætate ab hæretico Ario, Ignatii tempore à Lutheris: ut his se hostibus opposuisset, ille silvas Thebaidis, iste Marnam solitudinem deseruit; & quæ admodum Antonius sobolem toto vidit oriente, & occidentem, ita Ignatius filios suos ortum non minùs quàm solus sum eos vidit propagatos; Utrumque magni Principes æstimarunt, ut venerati sunt; Antonii quidem

filii Imperator Constantinus, Ignatii  
 verò Imperator Ferdinandus uteba-  
 tur, qui suo insuper ad supremam se-  
 dem Romanam ablegato Oratori in  
 mandatis dedit, ut nullum unquam  
 negotium, nisi Sancto hoc Viro in  
 consilium adhibito, cum summo Pon-  
 tifice tractaret. Pari tandem curâ u-  
 triusque honorem DEUS defendit;  
 Antonii enim contemptores flammis  
 coërciti, Ignatii quoque detractores  
 ignibus castigati, dum vorax cum  
 flamma consumpsit, qui Ignatio ca-  
 lumniam machinabatur. Edicite mo-  
 dò, eximia utriusque Sanctitas unde  
 suam sumpsit originem, & *Initium*  
*via bona* ? an non semen grande fuisse  
 credendum est, quod geminas easque  
 tam proceras arbores genuit, quæ ra-  
 mos suos à mari ad mare, ab uno or-  
 bis hemisphærio ad alterum extendè-  
 re, ampliores longè grandi illâ arbo-  
 re, quam Babylonæ Monarcha in  
 somnis intuebatur. Nequaquam : uni  
 enim *initium via bona* erat, Missæ  
 sacrificio reverenter adstitisse ; alteri  
 verò, pium libellum temerè legisse :  
 Antonius enim, etiamnum juvenis,  
 cum templum subiret, illud ex Missæ  
 Evangelio cantari audivit : *Vade,*  
*vende omnia, qua possides, & sequere*  
*me* : id sibi dictum arbitratus, Chri-  
 sti consilium ocys sequi decrevit :  
 Ignatius verò è vulnere decumbens,  
 fallendi temporis gratiâ, librum po-  
 stulavit, cumque Sanctorum vitæ casu  
 ei offerrentur, non profana Amorum  
 commenta, quæ desideraverat, sed san-  
 ctissima exempla legere cœpit, vitam-  
 que Cœlitibus supparem vivere statuit.

Quod si ille Missæ sacrificium, iste ve-  
 rò libri pii lectionem neglexisset, quid  
 utriusque eventurum fuisse arbitramini ?  
 an nihilominus ad eam sanctitatem  
 evasisset, quam univèrsus modò orbis  
 miratur ? Id equidem ignoro, & oc-  
 cultis Dei judiciis decidendum relin-  
 quo, de quibus Ezechiel ait, quòd sint  
 velut *Aqua profundi torrentis, qui non*  
*potest transfudari.* Credibile tamen est,  
 tam Sanctos, quales eos modò ve-  
 neramur, minimè futuros ; sæpenu-  
 mero enim Deus cum hominibus ag-  
 git, ut cum Naamane Syro, malignâ  
 scabie laborante, cujus salutem, nõ-  
 stis, cui tandem remedio alligaverit ?  
 vulgari omnino, & ad speciem tenuis-  
 simo, ut scilicet septies ignoti sibi  
 fluminis undis corpus ablueret : *La-*  
*vare septies in Jordane, & mundaberis.*  
 Quis hoc credidisset ? cur non potius,  
 dicebat Naaman ex humano sensu,  
 egressus ad me Elisæus manus capiti  
 meo imposuit, locum lepræ inspexit,  
 Deo pro me solenniter supplicavit,  
 aliaque ad publicam pompam specio-  
 sa remedia adhibuit ? Falleris, mi  
 Naaman ; Dei voluntas est, ut lave-  
 ris. Si ergo lavandum est, cogita-  
 bat Naaman, cur non potius in patriis  
 Damasci fluminibus, tam famosis,  
 & celebratis ? Nequaquam ; sed in  
 Jordane. An non præstaret, Abani  
 fluminis undis abluì ? Non ; sed aquis  
 Jordanis. An non potius in fluvio  
 Pharphar ? minimè ; sed in Jordane.  
 An enim tu Deo legem statues ? *quis*  
*ei dicere potest, cur ita facis ?* Fac  
 tandem, quidquid libuerit ; arbitrii  
 enim tui Dominus es ; noveris tamen,  
 &



& animi & corporis tui salutem ex eo pendere, ut propriæ voluntatis tuæ victor illud eligas, quod superbiæ tuæ minùs conveniens aut decens videtur: *Levare septies in Iordane, & mundaberis*! Pari modo Deus sæpissimè & sanctimoniam, & salutem nostram uni cuidam, multumque usitato pio operi affigit; id si exequamur, ubi nobis deinceps & efficacem gratiam largiri decrevit, quemadmodum Naamani contigit; si autem illud negligimus, eâ nos auxiliorum ubertate, nec providentiæ, nec Redemptionis lege debitâ destituit, sed sufficientia duntaxat, & vulgaria subministrat, nosque fallacibus nostris consiliis permittit, quibuscum peribimus, ut Naamani accidisset, si divino imperio contumax, Jordanis, quas tanquam viles despexerat, undis ablui recusasset.

V. Et hoc tandem est, quod Sanctissimi quique inculcant, *momentum*, unde pendet aternitas. Falsò credunt nonnulli, momentum hoc non aliud esse, quàm supremum moris articulum, atque Ideo neglectis aliis, eò solùm cursus omnes convertunt; sed graviter decipiuntur: In quibusdam enim momentum illud est ætas tenera, in aliis juvenilis, virilis, aut decrepita; verbo: est illud momentum, quod Deus, *terribilis in consiliis super filios hominum*, ad sumendum fidelitatis nostræ experimentum determinavit, juxta illud *Moyſis, Tentat vos Dominus, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non, in tota anima vestra*: non quidem, quòd elapso illo momento sa-

lutem porro coalequi impossibile est aut certa damnatio imminet; quòd majores deinceps minores in operando difficultates habent, iisque superandis majores minores vires acceptaturi sumus: verum inde pendet, *ut gratiam inveniamus aut non inveniamus in tempore opportuno*. Placet hæc illustri exæmulo divinis oraculis petito, demostro quo mirum in modum veritas illustrabitur, quodque, uti maxime auctoritate nititur, ita non absque rore audietur. Hebræi Regem in Deo poposcerunt, cujus imperium aliarum gentium more, sub exauctoratis Judicibus, quibus nus parebant. Annuit Deus votis, Saulemque Regem inerat hic natalibus vilis, sed præ cæteris omnibus conspicua divina oracula testantur: *Non est melior illo*: & tamen eodem tempore, ut plures alios sileam, David ac Samuel, viri integerrimi ac florebant. Igitur Saul solemniter in Regem unctus, & universis lætis acclamationibus Rex factus est: & quia moris erat, ut receptiati Reges, immolatis Deo sacris, Regnum auspicarentur, Samuel DEI nomine præcepit, ut præcederet in Galgala, & ibi se intra dies septem, & sacrificium solenne pro eo facturum diebus expectabis, donec veniamus. Profectus est Saul, & præstitit, cum verò septima jam dies interret, nec tamen Samuel compareret, interea autem à potentissimo

2f. 5. 3.

*in consiliis super filios hominum*, ad sumendum fidelitatis nostræ experimentum determinavit, juxta illud

Deut.

13. 3.

*Moyſis, Tentat vos Dominus, ut palam fiat, utrum diligatis eum, an non, in tota anima vestra*: non quidem, quòd elapso illo momento sa-

undique cingi videret, quid ageret  
his in angustiis deprehensus? jam  
stabant in procinctu militum ordines  
ad conflictum parati, jam mugiebant  
victimæ Sacrificio destinatae, cum-  
que tandem serus diei septimæ ves-  
per, & præfixus à Samuele terminus  
immineret, Saul ipse, quod per Legem  
licuit, Sacerdotis munere functus  
est, & Sacrificium obtulit. Eo per-  
acto adest Samuel, qui cum obvium  
sibi Saulem vidisset, Heu infelix, in-  
quit, quid fecisti? Ego, respondit  
Saul, ex pacto & conventionem nostram,  
quantum licuit, te expectavi; interea  
miles poposcit prælium, hostis insul-  
tavit, & nondum placato sacrificiis  
Numine in campum egredi piaculum  
videbatur; sacrificavi ergo, cum te  
aliis distractum negotiis opportunè  
adfuturum minimè crediderim: *stultè  
egisti*, reponit Samuel; *si non fecis-  
ses* (attendite, quæso, miram & for-  
midandam hanc propositionem) *si non  
fecis ses, jam nunc preparasset Dominus  
regnum tuum super Israel in sempiter-  
num, sed nequaquam regnum tuum  
ultra confurgeret.* Sed parùm erat, Sau-  
lem hoc suo facto regnum perdere &  
coronam; pejus erat, perdere vir-  
tutem, gratiam, animam, paradisum.  
Audite modum: non ille ob hanc  
actionem damnatus est; pluri-  
mi enim gravesque Authores cen-  
sent, hunc actum gravis noxæ reatum  
non attigisse, tum quòd non censue-  
rit, se ad expectandum diei septimæ  
ultimum quadrantem obligari, tum  
quòd putarit, impatientis exercitus  
votis tandem esse annuendum: ne-

R. P. Segneri Quadragesimale.

cessitate compulsus obtuli holocaustum.  
Cur ergo nihilominus ob hanc actio-  
nem damnatus est Rex Saul? quia  
scilicet hæc actio non fuit proxima  
damnationis causa, sed occasio &  
remota dispositio; quod amplius de-  
claro: in præsumptuosam hujus actio-  
nis poenam, Deus Saulem, ejusque  
posteris omni jure ad Regni succes-  
sionem, velut gratuito ac merè be-  
nevolò cæli favore, privavit, eique  
Davidem in Regno successorem de-  
dit: & quoniam Deus, juxta Sa-  
pientis effatum, suaviter disponit,  
quod efficaciter facere decrevit: *Cum Sap. 12.  
magna reverentia disponit nos? ideo 18.*  
opportuna usus est occasione, Davi-  
dem ex caula ad aulam vocandi? Saul  
ipse primus erat, qui viam illi ad scep-  
trum paravit, dum Davidis operâ  
adversum Goliathum est usus: post-  
quam verò ex crebris Davidis victo-  
riis, gloriosis armorum successibus,  
totius populi encomiis & acclama-  
tionibus advertit, Eum in Regno sibi  
succesurum, uti Deus per Samue-  
lem comminatus fuerat, lividis eum  
oculis Saul intueri cœpit, ut Princi-  
pes plerumque coronæ suæ rivales,  
& Imperii æmulos intueri solent; inde  
Vatiniano illum odio persequi, ejus  
vitæ insidias moliri, illius necem mo-  
dis omnibus machinari, intortis mo-  
dò in pectus ejus lanceis, modò im-  
missis in eum sicariis, modò structis  
per silvas & nemora insidiis. Inde sibi  
suæque stirpi Regni possessionem fir-  
mare conatus est, Deique præcepta ac  
minas proturvè contempsit: cumque  
intellexisset, sacerdotes nonnullos No-

L l hæos.

bæos fugitivum recepisse Davidem, nisi suâ se culpâ regno indignum  
ad unum omnes se præfente trucidari, cisset.  
& vilissimâ Idumæi cujusdam servi  
Ex hoc illustri successu liceat  
manu octoginta quinque viros, Ephod  
hi in nostrum aliqua emolumenta  
lineo vestitos mactari, & ad crudeli-  
decerpere; liceat cum D. Grego-  
tatis auctarium totam eorum civita-  
exclamare: *en quam magna pœ-  
tem Nobe ferro & flammis deleri*  
*qui, ut putabat, nulla contemp-  
jussit, infinitâ virorum ac mulierum,*  
gravem ergo jacturam subire  
infantium juxtâ ac senum strage. Tandem  
tantilla? Hoc scilicet erat tenue  
à flagitio in flagitium præceps  
momentum, Sauli à DEO detern-  
actus, tergeminos filios, spem uni-  
tum, qui, ut Jeremias ait, *est me-  
cam Regni, in montibus Gelboë ho-*  
*consilio & incomprehensibilis cogi-  
stili gladio cecidisse conspicatus, en-*  
quo ejus obedientiam, obsequium  
se in proprium latus adacto, sui ipsius  
fidelitatem periclitari voluit; &  
homicida & carnifex: vitam sibi ex  
eorum numero esset, de quibus  
desperatione abruptit, atque hâc rati-  
tum est: *DEVS tentavit eos, & o-*  
one, dum Samueli non obtemperavit,  
*mit eos dignos se.* Saul verò hu-  
*Paulatim atque paulatim labens, non*  
potens cecidit, Deusque illum  
*stetit, quousque ad perditionis baba-*  
vavit auxiliis, quæ secundum  
*thram seipsum immisit, ut loquitur D.*  
illumque sensim in perniciem labi-  
Chrylostomus. Id unum ego in hoc  
misit. An non idem, Auditores,  
risti eventu adverte; si quispiam Sau-  
toties nobiscum fieri arbitratum  
li, ad sacrificandum contra DEI &  
quoties in arcano suo concilio  
Samuelis mandatum accincto, dixisset:  
ita statuit: ego huic viro compo-  
cave Rex; ex hac actione salus tua,  
suggeram, ut huic concioni autem  
& præfens, & æterna dependet: an  
beat; si paruerit, *opportunitas*  
fidem dedisset monenti, Imò, vah,  
*auxiliis* ita compungam, ut à  
nugas! dixisset; ab actione tam exi-  
confortio desistat, eo relicto,  
gua salus mea dependeat? hæc sunt  
cile illi porro non erit, animam  
puerorum terculamenta, & vani  
Exhomologeſi purgatam divini-  
mulierularum timores. Eventus tamen  
ne sæpius reficere; hoc sacrorum  
docuit, ita se rem habuisse; non  
steriorum crebriori usu prava  
quod Sauli impossibile fuerit, hâc sce-  
suetudines sensim exuet; inde  
lerum concatenatâ serie se extricare,  
Christiano dignam instituet, sepi-  
sed quia id usque adeo difficile illi ac-  
cautiùs observabit, & in fine  
cidit, ut reverâ se non extricârit, etsi  
vabitur: quod si verò concionem  
id nullo negotio fuisset facturum, cum  
lam temerè neglexerit, prava  
non fuerit, *vir melior illo*, si absque  
ligatus est, societati inhærebit,  
æmuli suspicione regno suo tranquil-  
se involvet amoribus, periculosis

Hom.  
87. in  
Matth.

queis intricabit, incidet in corivalium manus, qui illum miserimè vitâ spoliabunt. Juveni illi pariter inspirabo, ut ad imminenti festi solennia, animam scelerum confessione abluat; id si faciet, mentem ejus auxiliis opportunis tam copiosè instruam, ut pravæ societati valedicat: hæc desertâ minimè grave ipsi accidet, animum studiis, & morum pietati impendere; inde orationi sacræ, & solitudini vacare incipiet, mox animæ suæ integrè consulturus, in sacram sese familiam abdet, & felix mundi exul, ad cælos avolabit: quod si peccatorum confessionem ignavè neglexerit, pravæ societati manebit irretitus; majoribus sese periculis, & occasionibus objiciet, in graviorem vitæ & morum licentiam incidet, quæ illum recto tramite ad inferorum barathrum deducet. Veritates istæ Auditores, certissimæ omnino sunt, irrefragabiles & indubitatae, nec tamen eas assequimur, quia *contenebrati sunt oculi nostri*: verum in die judicii aperientur, cum remoto sipario palam videbimus, *vias vitæ, & vias mortis*, quæ scilicet viâ DEUS nos ad salutem deducere, quæque nobis ad interitum ruere placuerit. Tunc justî, non secus ac viatores, qui intempesta nocte occupati non vident, se in præcipitii crepidine constitutos, DEUM Immortalem! exclamabunt, quàm exiguum erat, ex quo salus mea pependit! patùm sanè aberat, ne ad Cæli semita aberrarem, & ad spatiosam inferni viam deflecterem; nisi, quia Dominus adjuvit me, paulò minus habitâsset in inferno ani-

ma mea. Hoc modicum opus pium; hæc horâ, hoc tempore, hac occasione peractum, salutis meæ principium fuit; e contrario verò nequidquam & sine fructu plorabunt damnati, quia *viam civitatis habitaculi non invenerunt*. Ah utinam, dicent, huic conacioni interfuissem, pravam hanc societatem fugissem, lusu hoc abstinuissem! utinam vespere illo, huic conventiculo, huic equestri ludicrò, his choreis, huic comœdiæ me subtraxissem! Sed heu me miserum, æternum de me conclamatum est; nullum porò superest remedium: *quàm magna perdidî, quàm magna perdidî, qui, ut putabam, nulla contempsi?* Verum nonnihil respiremus.

## P A R S A L T E R A.

VI. **A**Dverto, Auditores, prurire vobis animum & linguam, asserti mei fundamenta efficaci argumento subruendi. Verum non horreo assultus vestros; eja effundite animum, plenam vobis loquendi libertatem indulgeo. Si vera est, dictis doctrina tua, necesse est, continuâ hominem & anxî sollicitudine affligi, si enim de actione illa, ex qua origo, vel salutis & felicitatis nostræ, vel calamitatis & miseræ nostræ dependet, certi essemus, quis dubitet, illam à nobis ingenti studio arripiendam, & executioni mandandam; cum autem nesciamus, quid timendum sit, suspecta & formidanda erunt peræquè omnia, omnisque licet minimæ rei, exactissima cura erit habenda; nullus unquam error, quantum

tumvis leuiusculus, sine piaculo negligetur; nulla inspiratio, vel minus urgens impunè spernetur, omni loco, occasione, horâ & momento laborandum erit, ut aliquo opere bono salutis nostræ consulamus. Video enimverò, Auditores, nimium quantum me stringi; sed quid vultis respondeam? difficile quidem mihi non foret, omnia & singula, quæ opponitis, ultro permittere, cum ea jam pridem ipsa Divina Sapiencia velut verissima asseruerit, igitur argumentorum vestrorum pondere pressus & convictus fateor vera esse, quæ dicitis. *Concedo vobis*, quid ultra petitis? *concedo votum*: quæ enim aliamens erat D. Petri, dum longo sermone diffusus, tandem sese in hæc verba, quæ sanè multum terroris habeat, collegit, *quapropter, fratres, magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis; hoc enim facientes non peccabitis aliquando. Vos quidem existimatis, Dilectissimi, negotium, salutis vestræ, velut levis momenti, perfunctoriè perfici posse, erratis enimverò, negotium hoc gravissimum est, & tremendum, quodque omnes curas & cogitationes nostras, vendicare sibi debet. Satagite, satagite! Diligentia opus est, labore & industria, usque dum eò pertingatis, si fieri potest, ut nec gravi, nec levi peccato vos porro obstringatis, magis satagite, magis! quanto plus agitis, ad tanto plura vos obligatos censete. Verùm maxima pars hominum hoc non facit! *concedo*: atque ideo *spatiosa via est, qua**

2. Pet. 1.  
30.

Matth. 7.  
12.

ducit ad perditionem. Sed per hoc observant! *concedo*: accepta ex causa, *angusta porta est, qua ad vitam*. Quid porò dicam quidquam æternæ & infallibilis veritati adversum pronuntiare poterò? *quid aliud Iudex nuntiat, alius clamat?* an in vestri gratiam certum Evangelii delere, immutari aut intorquere poterò? quid faciam?

VII. Et verò nisi ita se recuset, stulti sanè fuissent illi omnes juxta monitum Ecclesiasticis, qui *DEVM, nihil negligit*, summi leves etiam imperfectionum evitare studuerunt. Vix levissimus titillatio in animo Bernardi, Cisterciensis, & Benedicti exurgebat, nudi aut stagnis glaciatis se immergent, aut nivibus involverent, spinis & vepribus se volutarent, unicum impurum phantasma, dormientis Xaveri mentem terreat, tantum illi terroris & lucis perit, ut copiosum è naribus lacum profunderet, qui horrorem tantum, tantum non suffocavit, ca actio immoderata, risus incognitus, & verbum minus contentum, Agnetem Augustam, Marique Ogniacensem eò perduxit, ut ter crebros singultus vix ventis scientia invenirent, quibus deus suum exprimerent, uti de illo per raturus Ecclesiæ Præsul Damianus hac verò eadem dignitate confestim usque, testantur. Quid aliud plus? Legebat Eusebius Memoriam

Evangelii librum, & ecce oculi curiositate abstracti non nihil aberrabant, ex aperta cellula fenestra ad laborantes ruri operas evagati; sed rigidam erroris hujus poenam sibi ipsi dictavit; alligata enim ad collum magni ponderis catenam, telluri semper affixos tenere oculos coactus est, & viginti reliquis vitæ annis ne unicum quidem cæli aspectum oculis suis concessit. Quid ad hæc, Auditores? an ob culpas tam leves infernum se promeritos judicasse, putatis, ut tam severè & inclementer eas in seipsis castigarent? ah non erant adeo rudes, ut nescirent, quantum ad poenam inferni requiratur; non ignorabant, opus esse culpâ gravi, mente deliberatâ, ac pleno voluntatis consensu patratâ: nihilominus tamen omnia tuta timebant, ad omnem erroris umbram trepidabant, cum probè nôssent, in peccati materia facilem esse transitum à modico ad grandem excessum: qui spernit modica, paulatim decidet. Ita de seiplo confessus est laudatus Eusebius, cum non pauci indiscretam innocentis erroris poenitentiam admirarentur & carperent: ne miremini, dicebat, hunc rigorem; *castigo pauca, ne malignus demon de magnis bellum gerat conans auferre temperantiam, atque justitiam*; timebat nimirum, ne, si liberè & curiosè aspiceret objectum, ut vocant, *indifferens*, delaberetur sensim ad intuentum, quod vetitum est, neve ex simili tali obtutu laberetur in complacentiam, ex hac in desiderium, è desiderio in consensum, è consensu in

opus, ex opere in ruinam illius fabricæ spiritualis, quam tantâ temporis & annorum intercapedine, tantâ curâ & labore crexerat, juxta soleas, & eximium Ecclesiastici effatum: *si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subvertetur domus tuâ.* Sed, dicitis, obfirmavimus animum, nunquam graviter delinquendi; ad quid ergo tam anxia minimorum cura? Verum cur viri adeo perfecti tantundem sibi de virtute sua promittere non poterunt? an solis illis natura rebellis, gratia parca, cœlum immite, virtus laboriosa, salus adeo difficilis fuit? illi induti saccis, sparsi cinere, plagis lividi, timebant omne initium culpæ, velut vestiti bysso, odorum fragrantia delibuti, saginati luxu, non timeris? Exclamare ferè me cogitis: **ô DEUM crudelissimum!** **ô DEUM crudelissimum!** an iste amor Patris est? an æquitas Domini? ut auxilia adeo copiosa iis subministras, qui immeriti deliciis animos & affectus suos desiderii illecebrosi laxant, iis verò parca manu neges, qui tui amore intra filvas & nemora latent, ubi non aliò, quàm bestiarum consortio fruuntur, nec alios actionum suarum testes habent, quàm umbras, aliam domum quàm spelæa & cavernas, aliud refrigerium, quàm planctus & lamenta, aliam relaxationem, præter omnium sensuum mortificationem? an istis tam timidè, & sollicitè vivendum, dum illis tam securis esse conceditur? Si ita est, fatius sanè foret, exuere cilia, flammis comburere flagella, exilio

lio multare jejunia, omnem vitæ rigorem damnare, cum majoribus periculis obnoxii sint, qui errores levissimos tantâ severitate castigant, quàm qui illos tantâ negligentia & locordia dissimulant. Sed nunquid stultus forem & amens, si similes querelas adversus DEUM effundere auderem? erit enim tempus, cum ad oculum patebit, quanti omnibus steterit æterna salus, tam religiosis quàm sæcularibus. Ah regnum cælorum non patet omnibus promiscuè; quisquis ingressum prensat, aditum extorqueat, & obices rumpat necesse est, ruptis violenter omnibus pravorum affectuum repagulis, quæ accessum retardant: *contendite intrare per angustam portam*, Christus clamat: *contendite*, *contendite*. Et quid hoc sibi vult, *contendite*? an non idem est, ac dicere sudate, laborate, aut, quod græco vocabulo aptius expressit D. Lucas, *agonizate*, id est, eâ animi contentione ac conatu contendite, qualem adhibere solent, qui in agone pro corruptibili coronâ decertant.

VIII. Non me latet, quæ dico, parùm benevolis auribus excipi, illoque libentiùs audiri, qui securitatem

salutis spondent, non qui temerè injiciunt. Sed nonne in præorationis præmonui, nihil in materia, præter timores & anxietates ferre me posse? condolere igitur hi potius, quàm indignari vos nit, cum communis mihi visio sit causa: an non ego quoque, si aures vestras libentiùs titillarem ad captandam benevolentiam blandirer, nisi probè viderem, infidelis notam me meritarum fallaci aurium vestrarum lenocinarem? vos in æternam fortè perniciter ducerem? perorandum ergo mihi deo cum D. Augustino: *firmis timendum esse volo; non enim, non dare vobis securitatem; non dabo, quod non accipietis; securus vos facerem, si securus ego*. Ego sanè, si animæ & salutis meo mini, totus horreo, totus palpitans timore concutior, quâ expectatione vos reddam securos? quæ salutis negotio securitatem pollicentem ingemino, ut summo timore tractetis, totamque in fiduciam collocetis: hæc, qui securus est; *Beatus homo, qui est pavidus.*

Luc. 13.  
24.



# SERMO VIGESIMUS SECUNDUS.

DOMINICA QUARTA.

*Colligite, quæ superaverunt fragmenta, ne pereant.* Ioan. 6.

I. **R**Evereor equidem demissè, quidquid Christus in carne mortali fecit & operatus est, pace tamen ejus dixerò, id quod hodie fecit, minùs DEO dignum, & infra ipsius Majestatem videri; si enim Providentiæ & Bonitatis munificentiam factò tam illustri & prodigioso manifestare voluit, cur in colligendis residui panis anactis tam parcum & accuratum postea se exhibuit? cur non indulset turbis, ut in peris & sacculis eas reponerent, domumque asportarent? cur ad ultimam usque micam, & buccellam colligi eas præcepit? *Colligite, quæ superaverunt fragmenta, ne pereant*: cur id, amabo, tam strictè imperavit? Sinite id vobis actutum evolvam. Volebat nimirum assuefacere turbas, ut nihil superflui retineant, sed id omne alienæ fami sponte suâ cedant, ac consignent. Universalis est hæc lex, creatis rebus omnibus à Creatore imposita: cum cœlum, aridam & sitientem terram copiosis pluviis recreat, absorbet & bibit illa, quantum ad restaurandas radicalis humidi vires sufficit; quidquid abundat, aliò derivat, & alienæ utilitati transmittit. Cum vitis vel alterius plantæ surculus sat humoris attraxit reliquum vicno palmiti, ac sitienti ramo facillè indulget. Ita etiam nubes, vapore superfluo turgentes, quantocyùs sese exonerant; aura nimio calore inflammata, continuò eam exhalat, & dissipat: verbo natura universa, mutâ licet voce testatur, nihil superflui esse retinendum. Quid mirum ergo, si Christus populum, quem ad satietatem & delicias usque pavit, eadem lege teneri voluit? Sed edicite, Christiani, an legem istam ritè observatis? an avari potiùs & insatiabiles, tenaciter retinetis, quod pauperum necessitati debetur? Exactorem igitur hodie agere constitui, ut importunè opportunè repetam, quod ipsorum est, non vestrum. Sed nunquid ergo oblitus sum, coram illa me Civitate verba facere, quæ ad pietatem pronissima est, nec stimulis opus habet, ut Eleemosynæ, vi quadam illatâ, è manibus ejus extorqueantur? Nolite, obsecro, expectare à me modum



dum exactiois durum, violentum, ac despicabilem, vestraque indole indignum; debiti duntaxat vestri amice vos admonere, & quid de bonis superfluis statuendum sit, fideliter explicabo, meque omnia à vobis benevolè obtenturum prorsus confido; si vestres enim & ignobiles plantæ sunt, quæ non nisi violenter succussæ aut percussæ fructus reddunt; à nobilibus autem meliusque excultis, vel unâ manu admotâ, facillimè colliguntur.

II. Semper ego gravissimos inter errores, quibus mundus abundat, illum quoque numeravi, quo plurimi sibi, & pessimè quidem persuadent, se eorum, quæ possident, absolutos esse dominos, eaque ad libitum expendere, dissipare, & si luberet, in undas quoque veterum Philosophorum more abjicere posse. Id equidem falsissimum & à veritate prorsus alienum dico: domini quidem sunt fortunarum suarum, minime tamen absoluti, sed cum ea restrictione ac onere, ut, quidquid congruæ sustentationi superfluum est, in egenos & pauperes distribuatur. Scio, doctrinam hanc gravem esse auribus, & Theologorum complures tentasse, ut illam nonnihil mitigarent, & ad gravem duntaxat proximi necessitatem restringerent. Verum integer Sanctorum Patrum torrens pleno se alveo huic opinioni opponit: D. Augustinum

*Serm. de Vill. Iniquit.*  
audite: quidquid excepto victu, & vestitu rationabili superfluit, non luxui reservetur, sed in thesauro caelesti per Eleemosynam reponatur; quod si non

fecerimus, res alienas invadimus dem mens est D. Joannis Chrysostomi, locis innumeris; eadem in Bedæ, & Theophylacti; S. Gertrudius scribit Germinio, nihil esse in hoc saeculo; nobis creditum esse dispensationem sancti Domini nostri, vel ad utrumque sufficienter, vel ad distribuendum servis: atque adeo, non licet eas in expensas usurpare super eam sit erogationis ratio DEO reddenda. Nec ab his dicitur D. Ambrosius, Gregorius, & Hieronymus; Doctor verò Angelicus sibi claritate ducet, gentium radices, quæ rigidam Eleemosynæ obligationem pariterum una ex parte pauperis, altero ex parte divitis se tenent: in ex parte divitis est bonorum copia abundantia; necessitas vero in ex parte pauperis. Ubi ergo necessitas inopum est graves, etiam non abundans inopum levare tenentur verò divites superfluis abundantentur ea in pauperes erogare, non premat gravis necessitas que hoc mirum aut durum videtur, quomodo enim decreverit providentiam, campi lilia tantum ter vestire, columbas & corvæ vilissimis terræ vermiculis sollicitè providere, hominum egentium oblivisci? an non omnium Pater est? cur ergo inæqualiter filiis provideret, si quidem necessario victu debet dum alter deliciis innatat, &

quidem habeat, unde nuditati suæ con-  
sulat, dum alter ad luxum usque ab-  
undat? Nunquid injustus est DEUS,

ait D. Ambrosius, ut nobis non aqua-  
liter distribuat vita subsidia, ut tu qui-  
dem esses affluens & abundes, aliis ve-  
rò deesse, & egerent? An injustus for-  
tè est DEUS? an partium studiosus?  
an indiscretus? an inconsideratus? aut  
impotens? facessant hæc blasphemix!  
Dicendum igitur necessariò est, illum  
pauperibus quoque, qui suo se labo-  
re sustentare non valent, convenien-  
tes proventus assignasse, ad sublevan-  
dam eorum necessitatem, non extre-  
mam duntaxat, sed communem, eis-  
que velut irredimibilem censum in su-  
perfluis divitum bonis constituisse, ne  
unquam deficerent, aut Providentia il-  
lius fraudaretur; non secus ac stellis  
assignavit lucem, de amplissimo solis  
diluvio exuberantem. Quod superest,  
date Eleemosynam, ait Christus, quod  
superest, sive de victu, sive de vestitu,  
aut quibulvis aliis bonis, verbo,  
omnia superflua pauperibus debita cen-  
sete. Ita enim D. Thomas hæc ver-  
ba explicat: omnia superflua Dominus  
jubet pauperibus exhiberi: audistis?  
Non dicit, hortatur, sed jubet. Hæc  
cum ita sint, quid agitis, Auditores,  
luxui dediti? & quando tandem de-  
bitum hoc ritè agnoscetis, & credi-  
toribus vestris satisfacietis? eja excita-  
te vos ipsos, & expurgiscimini, ne-  
que levi periculo vacare vos credite,  
si redditus vestros, ut absoluti eorum  
Domini in vestra duntaxat commoda,  
& superfluam pompam convertatis:  
hoc enim, si feceritis, palàm vobis &  
R. P. Segneri Quadragesimale.

apertè pronuntio, salutem vestram  
esse conclamatam, vosque indubita-  
tò damnandos.

III. Et quis vestrum divitis illius;  
à D. Luca descripti, non meminit?  
messum illi amplissimam liberale cæ-  
lum annuit; cum noctu, ut continge-  
re solet nimium de re familiari & ceco-  
nomiâ suâ sollicitis, discusso curis som-  
no, has secum cogitationes volveret:  
quid faciam, quia non habeo, quò con-  
gregem fructus meos? scio quid faciam;  
destruam horrea mea, & majora fa-  
ciam, dicam anima mea: Anima mea,  
habet multa bona, posita in annos pluri-  
mos, requiesce, comede, bibe, epulare.  
Sed vix ista secum statuit, cum allap-  
sam cælo vocem audivit: Stulte! hæc  
nocte animam tuam repentem à te; &  
qua parasti, cujus erunt? fateor, Audi-  
tores ad hunc eventum capillos mihi  
erigi præ horrore; quid enim miser  
perpetravit, quod vel suspensionem  
delicti gravioris movere possit? de-  
struam dixit, horrea mea, & majora fa-  
ciam: sed an vestrum aliquis est, qui id  
sibi religioni ducat? quot enim sunt,  
qui palatia splendidissima inhabitant,  
& tamen identidem diruunt ac ædifi-  
cant, erigunt ac dejiciunt? subjunxit  
postea; dicam anima mea, requiesce.  
Itane grave piaculum sit, requiescere si  
dixisset, litem se injustam aliis motu-  
rum, latrocinia perpetraturum, & ho-  
micidia, libidinis & luxuriæ cloacis se  
immersurum, id enim verò intellige-  
rem; verum quid, amabò, gravis mali-  
erat, in multam usque diem sub molli-  
bus plumis stertere? Posthac, dixit, se  
lautè & oppiparè pransurum: Come-  
de,  
M m

de, bibe, epulare. Sed nunquid multum altercantur Theologi, usque dum mensuram noxæ lethalis in peccato gulæ inveniant, esto quod innumeris hominibus mortem acceleret; quæ ergo tandem ratione miser iste in stultorum, id est, reproborum numerum redactus est? Vos ipsi ex Divini oris oraculo causam percipite, quia nimirum tantam bonorum abundantiam sibi soli reservare decrevit; hoc enim epiphonemate Epulonis historiam clausit: sic est, qui sibi thesaurizat, & non est in DEVM dives! O verbum noxium & iniquum sibi; abligurire scilicet solum omnia, ac decoquere! O ingluvies insatiabilis! O ingens præjudicium inopum! canales nos esse oportet, non charybdes. Advertistis igitur, opinor, epulonem minimè inferno adjudatum, velut incæstuosum, aut sanguinarium, nec uti perjurum, aut blasphemum, sed ob id unice, quod ventris abdomen alimento superfluo farciret, & nihil omnino fami & indigentia alienæ concederet; quod si, ut sentit D. Augustinus, aliorum necessitati aliquid indulsit, non dabat, quantum sufficiebat: non dignè pascēbat, & ideo non dicitur de Lazaro, cupiebat manducare de micis, quæ cadebant de mensa divitis; forsitan enim id obtinuit; sed saturari, negatum est. Dicite, si nostrâ ætate vixisset Epulo, an non benignum quendam Theologum nactus esset, qui cum excusaret? quid enim necesse erat misero illi, ad limina domûs illius identidem excubare? an non & alios Hierosolyma divites habuit, quorum fores pul-

sare poterat, & stipem rogare? quis enim malè affecto esset corpore non tamen adeò membris omnibus tum esse legimus, ut se movere, & in domos circuire non posset? si tamen miser epulo culpam hanc habuisset inferno: sepultus est in inferno, quæ causa? amabò, ego certè ignorantiam meam profiteor, neque aliam scio culpam, quàm quod Eleemolynas non dedit, suo statui sufficientes: Non pascēbat. Hæc ergo universalis est, ut, qui abundat, largiatur: & abundantia illorum suppleat inopiam, ut Apostolus præcipit; ubi notanda inopiam esse quidem speciem quædam necessitatis, non tamen extremam nec gravissimam; defectum solum, non mendicitatem. Quod diligatio dandi Eleemolynas non summa illa necessitate urgeret, præsertim certè nos obstringeret, nec Divini præcepta tot querelas, minas, & terribilia supplicia divitibus intentarent. Augustinus communis & vulgaris necessitatem illam, quam mendici patiuntur, quæ plateis & compitis subsidium impetuntè sollicitat? Et tamen Ecclesiasticus severissimè monet: Ne rogantibus tibi retrò maledixeris: maledicentis enim tibi in amaritudine nimia exaudietur deprecatio illius. de ego per sualum omnino habere, vites raro ob pauperum necessitatem, sed frequentissimè ex bonorum abundantia præcepto Eleemolynas tenent. IV. Bene ac verè hæc omnia, si quis fortassis: difficultatis autem in eo vertitur, quis abundare dicatur? quis enim est, qui in suo statu non

deatur indigere? eò usque crevit luxus & pompa, gemmarum, ornamentorum, rhedarum, suppellectilis, servorum & vasorum argenteorum necessaria copia, ut geminati etiam proventus vix fortunæ, quam gerimus, cum decore sustinendæ pares esse videantur. Quid vultis, ad hæc respondeam, Auditores? si actionum vestrarum regula ac norma à corruptissimi hujus mundi moribus sumenda foret, omnino vobis ad stipularer; descendendum foret Christo de monte, in cujus vertice doctrinam suam inchoavit, ac gravi verborum pondere superfluum de victu, vestituque sollicitudinem damnavit; hoc enim porro in praxin redigi non potest. Verùm minimè audiendæ sunt stulta mundi effata, ut Apostolus monet: *Quicumque voluerit amicus esse saeculi hujus, inimicus DEI constituitur.* Igitur melior & sanior pars mundi, imò Ipse mundi Reformator consulendus est, qui voluit, ut omnes ejus sequaces in primo fonte Baptismatis diaboli pompis renuntiant, quæ reverà nil aliud sunt, quàm pompæ vanitatis, & nimii luxûs: ad hanc regulam, sanctuarii pondus si facultates nostras examinaverimus, ô quantum superflui apparebit! Non potest quidem unâ & generali regulâ taxari, quid superfluum censere debeat, quis tamen in particulari id non difficulter discernit, neque meâ ad id operâ vel consilio indigetis; nunquid enim probè nôstis, & accuratè discernitis, quid in DEI obsequio superfluum, quid necessarium sit? parùm vos movet, si videatis, non dicam ab Eremitis aut Vi-

ris Religiosis, sed à personis ejusdem vobiscum conditionis & statûs, fieri opera quædam supererogatoria, exempli causâ, si singulis septimanis animum à noxis purgent, sacro se Epulo crebrò reficiant, cæterus sacros & oratoria sodalitatum frequentent, aliaque pietatis exercitia faciant, quæ statim à vobis non necessaria, seu superflua appellantur. Cur non eandem superflui regulam in mundi obsequio attenditis & applicatis? cur omnia aliorum exempla vobis imitanda censetis? quam primùm aliquis paris vobiscum conditionis, immodicum vestium, gemmarum, ornamentorum, rhedarum, aliarumque vanitatum luxum ostentat, illico impositam vobis id ipsum imitandi necessitatem existimatis: hæc enim verò affectata ignorantia est: *Lates hoc volentes, ingeminabo vobis cum D. Petro: Lates hoc volentes!* cum enim, quid in primo casu superfluum sit, per facile vobis sit distinguere, cur non in altero id ipsum pari facilitate distinguitis? Hæc ergo sit ultimata mea conclusio, permissum ac licitum omnino esse, fortunam ac statum vestrum convenienter tueri; quis enim prudens de eo dubitet? minimè verò attendendum esse communem usum, quem, si justâ judicii bilance rem ponderare velitis, ipsimet ab usum appellare cogimini.

V. Ceterùm, ut sine fuco & adulatione rem exprimam, id, unde vos indigere arbitramini, non est vera statum tuendi necessitas, sed illius augendi, & amplificandi inordinatum desiderium; nemo amplius cum D. Jobo vult immori nidulo, in quo natus est, in ni-  
*Job. 27. dulo 18.*

*dulo meo moriar* : qui enim ruri natus est, civis esse desiderat, civis in Equestrem statum cupit emergere, Illustris ad Principatum aspirat : & qui tandem obtinebit, quantum sitit ambitio ? *Aborbebit fluvium, & non mirabitur* ; Nilum auro fluentem pari facilitate, quàm aliàs scyphum aquæ, exhauriet, ubi aurum omne profanum deglutierit, ad bona Ecclesiastica anhelabit. *Et habet fiduciam, quod infuat Iordanis in os ejus.* Igitur si omne illud necessarium dicitis, quod ad statum vestrum amplificandum servit, concesserim equidem, nihil vobis superesse, quod pauperibus largiamini, sed nunquid manifestè videtis, hac ratione meliorem fore conditionem ambitiosorum, quàm qui moderatione sua contenti vivunt ?

VI. Cupio quidem, ut fortunam & statum vestrum augeatis, sed honestis ac licitis modis : antecellite scientiâ & litteris, antecellite morum pietate, antecellite pudicitia, & charitate ; tunc enim verò veram gloriam obtinebitis. An inde vos gloriosos existimatis, si splendidâ & concolori veste famulitium adornetis ? si canes & equos nutriatis ? si domûs vestræ limina in Capitolii magnificentiam convertatis ? hoc ipsum fortassis immortalem nomini vestro ignominiam & commune vobis odium pariet ; quicunque enim expensas adeò immodicas & prodigas aspexerint, quid quæso dicent ? sanè non aliud, quàm esse hoc ambitionis vestræ monumentum, esse iniquitates, furta & pauperum concussionem. Id ipsum vobis accidet,

quod iis evenit, qui famæ & honoris sui ad posteros transmittendi causa, Babylonis turrim ædificaverunt. *Venite, celebremus nomen nostrum* ; tamen summam inde confultum ac nominis sui æternam maculam portarint. Vultisne gloriam secum ac stabilem ? Estote benefici, & nos liberales ; hæc enim est via, cui DEUS æternam nominis immunitatem promisit ; *Eleemosynas illius curat omnis Ecclesia Sanctorum.* Ceteras alias quascunque prærogativas quibus laudibus celebrandas, raro contemnit *Omnis Ecclesia* ; quod enim beneficentiam appellat, alter rigorem interpretatur ; quod huic prudentia, illi videtur ; quod iste patientiam interpretatur, alter ignaviam, & pusillitatem sordes judicat ; Beneficentiam nemo carpit, sed veneratur, quia omnibus prodest, atque ad justitiam, non prudentiam, continentiam, sed *Eleemosynas illius curat omnis Ecclesia Sanctorum.* accidit, ut garrulus ille sycophanta temeritate impudentissimâ ad præfatus illius Præfatus S. Caroli Borromei rationes livido dente arrodere ausus cum vidit, eum fundos & præfatus alienare, eorum pretium in egenos fundere, seque ipsum spoliare, & præfatus ditaret, totus obmuruerit, pallio publicè cecinerit, dixeritque, *Non ego tibi fidem habeo.* Usque adeo invidi ac maledici coguntur hæc eos, qui benefici sunt & liberales, *pronus est*, ait Salomon, *ad misericordiam benedicetur.* Hæc ergo veritas est, Auditores, ad quam alpe-

vos volo & jubeo; minimè verò, quam è vanissimo luxu & inutili pompâ vobis promittitis: id si feceritis, nihil porrò superfluum vobis remanebit, quia omnia DE I amore elargimini.

VII. Quodsi non contenti gloriâ, domus vestræ proventus securos reddere, quin & augere ac amplificare velitis, id ipsum, quod dixi, facite, Deique amore vos largos & liberales exhibete. Vos quidem dicitis, non dare vos Eleemolynas, quòd pecuniis careatis, at ego contrâ ingemino cum Sapiente, vobis ideo non esse pecunias, quia nullas eleemolynas elargimini, *qui dat pauperi, non indigebit; imò non tantùm non indigebit, quod nimis parùm foret, sed ipsâ suâ liberalitate ditescet; unde idem sapiens dixit: honora dominum de tua substantia, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt.* Quid agitis ergo, ô avari divites, & divitiarum insatiabiles helluones? cur tanto sudore cumulandis opibus inhiatis, maria superatis, Apenninos & altissima juga transcenditis? en viam ditescendi longè magis compendiosam ac facilem vobis demonstro; proptam vertite, nec porrò fragili ligno confidite. Optatisne plena granaria, & copiosa promptuaria? crebris DEUM eleemolynis honorate; honora DEUM de tua substantia; & eventus vos docebit, quantum inde momentum felicitati vestræ sit accessurum: *Implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt.* Quid ad clarissima hæc promissa repo-

nitit? an DEI oraculum esse negatis? Hæc enim verò hæresis esset, cum palam sit, illa inter Salomonis proverbialia numerari. Si autem Divina sunt oracula, quid porrò dubitatis? an fortè implere ea non poterit? sed hoc est DEUM facere impostorem: an fortè non volet? sed hoc est Eum facere mendacem. *Probate, probate me super hoc, verba DEI sunt, per Malachiam hac ipsa super causa loquentis, probate me super hoc, si non aperuero vobis catarractas Cali, & effudero vobis benedictionem, usque ad abundantiam.*

VIII. Si ita se res habet, dicetis, avarissimi quique Eucliones fient eleemolynarii liberalissimi, ut thesauros suos augeant. Non dubito, id futurum, si vel semel inciperent Deo confidere: certè etiam lascivi fierent casti, si puri animi delicias delibarent, omnesque laici in Religiosa claustra concederent, si Divini obsequii dulcedinem aliquando gustarent. Verùm non est expectandum, ut omnes id faciant, quia pauci inducunt animum ad primas difficultates superandas, quæ semper graviore esse solent. De cætero credite mihi, Auditores, negotiatio omnium optima & tutissima est, proventus suos amplificandi, esse liberalem in pauperes; hæc enim lucrandi ars est facillima, securissimaque; facillima quidem, quia sænori dat, securissima verò quia credit Numulario, qui nunquam deficit: *Fan- Prov. ratur Domino, qui miseretur pauperis. 19. 17.* Durities verò, & inclementia in pauperes sensim ad incitas & mendicitatem redigit: *Qui despicit deprecantem, Prov. sustine- 18. 7.*

sustinebit penuriam. Turonensem evol-  
vite, & invenietis, nobili cuidam fā-  
minæ, cui Tarasiæ nomen, navim frum-  
mento onustam, maris fluctibus hau-  
stam eo momento periisse, quo pau-  
peri panem negabat. Metaphrasten  
legite, & discetis, inſitori cuiſiam  
Fauſtiniano, undecim navigia merci-  
bus onerata, eadem horâ interiisse, quâ  
de quibusdam pascuis cum pauperibus  
contendebat. Sed & ætatis nostræ scri-  
ptores consulite, & invenietis, cuidam  
Chiggero, è Suecia oriundo, omne  
frumentum dæmones depaſtos, sub  
boum figura granarium ingreſſos,  
quod ille famis & inopiæ tempore ob-  
feratum & clauſum tenebat. Frivolum  
ergo, & inane est parſimonia veſtræ  
effugium, dum inopiam, & ſtatûs ve-  
ſtri neceſſitates præſentis; hæc ipſa  
enim movere vos debet, ut ſitis libe-  
rales in pauperes, quia ſic non ſolum  
ſtatum veſtrum tuebimini, ut demon-  
ſtravi, ſed inſuper capitale veſtrum au-  
gebitis, *Quid enim eſſe poteſt ditius ho-  
mine, ut D. Zeno ait, cuius proſtetur*

*DEVS ſe eſſe debitorem?*

IX. Verum, nollem ego caducas  
eſſe remunerationes, quas ob collatas  
in egenos eleemoſynas exſpectatis :  
hoc in mundo hospites ſumus, & pere-  
grini, & ideo bona terrena oneri no-  
bis potiùs ſunt, quàm ſubſidio : in cæ-  
lo ergo petendus eſt cenſus, in cælo, in  
cælo, nec expedit, nimis opibus abun-  
dare, quamdiu à patria exulamus. Di-  
cite, ſi magnæ cuiuſdam ſummæ de-  
bitor peregrina in terra, in itinere pu-  
blico, ſilvas inter, ac deſerta latroci-  
niis infeſta vos obvios haberet, & de-

biti ſolutionem offerret, nunquid  
lum obreſtaremini, ut eam ad  
uſque in patriam differret ? *Idem*  
DEO dicite, & ſupplicibus illu-  
tis rogate, ut in cælo vos dirigit  
ciat. Quodſi frequentes Eleemoſy-  
nos nonnihil egenos efficiant, id  
verò in lucro numerate : *Perde-  
niam, propter fratrem tuum, ait E-  
ſtaſticus, perde pecuniam, hoc enim  
eſſe liberalem, nam dare ſalvum  
capitali; non eſt magnæ laudis ſe-  
fontes illos imitari, qui libera-  
dentur, cum non ſint; tantum  
reſorbent, quantum effundunt.*  
tenus oſtendi, vos teneri ſuper  
egenos erogare, idque denuo  
mo; cavenda tamen eſt erro-  
ſio; aliud enim eſt, vos ad id  
teneri, & aliud, non debere dari  
de ſuperſuo. De baſiliſco reſer-  
cum, tamenſi ſemper ſolus & ſi  
bitro comedere ſoleat, accepto  
prandio, alia etiam animalia, ad  
dua ciborum analecta abſument  
co ſibilo advocare: ſi igitur non  
ſuperflua pauperibus datis, non  
facitis, quàm, quod etiam aquila  
tutes, dracones & baſiliſci faciunt  
altiora vobis tendendum eſt, ut  
cum Jobo dicere poſſitis: *ſi  
buccellam meam ſolus, & non  
ex ea pupillus? Quamvis igitur  
niſi buccella panis vobis ſuperſit,  
quoque inter egenos dividite:  
enim verò id, quod veſtrum eſt  
giemini; nam quamdiu ſuperſu-  
tis, non datis, quod veſtrum  
quod eſt ipſorum: *Superflua  
tum, neceſſaria ſunt pauperibus.**

Augustinus, possidentur aliena, cum possidentur superflua.

X. Unum adhuc hærere vobis scrupulum video; si enim, dicitis etiam laici tenentur, superflua pauperibus elargiri, nulla amplius erit differentia inter eos, qui bona propria, & hæreditario jure ad se devoluta possident, & inter Clericos, qui ex Ecclesiæ & Beneficiorum redditibus vivunt. Sed plurimum erratis, estque maximum inter eos discrimen, laici enim, debito suo satisfaciunt, si illis dent Eleemosynam, qui eam petunt, & indigent, ut ait D. Joannes: qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo caritas Dei manet in illo? Si ergo non viderit, id est, si ignoraverit, eum pati necessitatem, ad nihil obligatur, ut docet D. Thomas; qui verò bonis Ecclesiasticis gaudent, tenentur inquirere in egenos, eorumque necessitatem investigare; Quidquid habent Clerici, pauperum est, ait D. Hieronymus, & susceptioni pupillarum, peregrinorum, & pauperum debent invigilare. Ratio est, quia laicis satis est, si erga inopes sese fratres exhibuerint, & requisiti subvenerint; Clerici verò Patres sese profiteantur, & demonstrent, necesse est, quibus incumbit, non solum filiorum necessitates audire, sed & antevertere. Possunt tamen etiam Ecclesiastici decorem statûs sui tueri, licet ipsis facilius longè sit, quàm laicis, superflua à necessariis discernere, idque duplici ex causa.

Primò quidem, quia Clerici à conjugum & liberorum curâ sunt liberi, neque tenentur propinquis, familiæ & posteritati consulere, imò laudabiliter debent ac possunt de iis dicere, nescio vos. Præterea, ut monet Concilium Tridentinum, Clerici ob perfectionem statûs sui tenentur, non solum omnem vanitatis pompam aspernari, sed & palàm illius contemptum profiteri: *In toto vita genere, nihil in eis debet apparere, quod vanitatum contemptum non pra se ferat*: multa ergo, quæ laicis necessaria sunt, in Clericis superflua esse possunt, atque adeo maxima est inter utrosque differentia. Quid ergo faciendum restat vobis, Auditores? id unum ingemino & suadeo; vincite, domate, imò radicitus evellite immoderatum habendi affectum, vobisque certò persuadete, geminas duntaxat ad cælum portas esse, pati nimirum & compati. Si difficile vobis accidit, per primam intrare, & horretis multa pati, superest, ut proximi miseris & inopiæ discatis compati. O quæ nostra stultitia est? Cælum tam vili tenuis Eleemosynæ pretio venale prostat, & tamen illud emere cunctamur: *Est qui multa redimat modico pretio*, ait Ecclesiasticus, sed quis ille est? certè non alius, quàm qui in egenos est liberalis; gravissimorum criminum debitum, non cingulis setosis, non ferreis catenis, non asperis flagris, aut aliis austeritatibus, sed Eleemosynâ expungit, quæ miram satisfaciendi vim continet: *Ipsa est, qua purgat peccata*, ut Angelus seni Tobia.



Tob. 12. Tobia testatus est, & facit invenire misericordiam: purgat peccata, quantum ad poenam; & facit invenire misericordiam, quantum ad culpam; non invenit, quemadmodum dolor animi, quem contritionem appellant, aut ipsa peccatorum confessio, quae illam proximè & seipsis auferunt, sed facit invenire, quia animam ad eam auferendam, quasi certò & infallibiliter disponit; fiducia magna erit coram summo Deo, Eleemosyna, omnibus facientibus eam. Si causam hujus efficaciam à me exposcitis, Auditores, fateor, me illam dare non posse, nec aliud, quod dicam, habeo, nisi Deo placuisse, virtutem istam etiam supra meritum remunerari, ut infinitè in opum turbæ, quos in humana Republica invenire necesse est, paternè provideret, qui in ærumnis suis contabescerent, nisi divites tam grandis præmii stimulo ad ferendam illis opem excitarentur. Atque hinc perspicuum vobis fiet, cur Deus in extremo judicii die, non ceteris virtutum heroicarum actibus, sed operibus duntaxat charitatis publicum coram toto universo encomium promittat: Quòd Abel passus sit, quòd servavit mundum Noè, quòd Abraham fidem suscepit, quòd Petrus crucem resupinus ascendit, Deus tacet, & hoc solum clamat (verba sunt D. Petri Chrylogogi admirantis) & clamat solum, quòd comedit pauper. Et necdum decernitis, tanti spe lucri pauperibus, quantum facultates vestræ patiuntur, elargiri? Eja hoc facite, hoc agite, ne funesta aliquando illucescat

dies, quæ insaniam vestram nequam detestabimini: ego finem imponam, unico psalmi titulo supra modum amæno, & tui pleno, qui, licet in omnibus verberetur, dubito tamen an egestas sum aliquando plenè affecturi sit.

XI. Disperfit, dedit pauperibus. Eleemosynarium! qui non timore avarorum, non contrahit commutat ut negotiator, sed quidem illis, à quibus non habet, speret, dat pauperibus: dat multum & multis, etiam non extreme, ut videatur effundere potius, quam dare: Disperfit, dedit pauperibus, non abjicit, nec temerè committit; nec enim ille abjicere cogit, qui semina campo credit, & sua ejus manet in saculum saculi. Eleemosyna; hoc enim nomine oracula charitatis actum appellant, quia ad Justitiam præcedit. Justitia ejus æternum dabit meritum, mercedem æternam manet in saculum saculi; cornu exaltabitur in gloria. Notum est, per cornu, robur, fortitudinem dignitatem atque etiam rubram significari; solebant autem Hebræi advertit Lyranus, pauperes clangore ad Eleemosynam commovere, adeo ut morem istum, quo ostentationem & vanitatem committentibus, Christus prohibuit, non facis Eleemosynam, nisi tibi ante te. Cùm autem ex sola caritate fieret, laude dignissimum est ac meritò dicere poterat Plautus: cornu ejus exaltabitur in gloria.

Hæc nimirum beneficentiæ tuba amœnissimam Echo in die iudicii excitabit; omnes enim pauperes benedicent diviti, eos olim ad se evocanti, ut pane suo famelicos pasceret; benedicent illi Angeli, Archangelique; benedicet Jesus ipse, eumque in Regni consortium admittet. Interea avarus peccator videbit & irascetur, & ad tantæ remunerationis ac gloriæ aspectum in rabiem agetur. Fingite prædium fecundissimum, æmœnissimum & utilissimum vili pretio venale proflare; licitatur illud avarus, sed paucorum aureorum gratia ab emptione desistit; accedit alter, emit illud, eoque fruitur, & brevi temporis spatio ingens inde lucri emolumentum decerpit: ringitur interea euclio ille, & invidiâ rumpitur, turbatur, stridet dentibus, & stultitiam suam damnat; Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet. Sed incassum quantumvis enim postea, oblato quocunque pretio ad se rapere possessionem illam allaboret, desiderium peccatorum peribit. Ego, Auditores, hæc vobis applicare omitto, & vobis ipsis id faciendam relinquo: id unum è vobis percunctor, quis vobis animi sensus futurus esset, si vobis quoque in die iudicii ob inordinatum pecuniæ amorem talis fremitus exprimeretur. Hoc enim vero avertat Deus! nolite, quæso, eos imitari, qui argenti sui scoriam tam perditè amant; finite, ut omnes ejus reliquias contra Christi in hodierno Evangelio mandatum in oculis retineant, seris & clavibus mu-

R. P. Segneri Quadragesimale.

niant, conservent, custodiant, de quibus Prophetâ loquitur; qui custodiant *Fons 2. 9.* vanitates frustra.

## P A R S A L T E R A.

XII: **A** Nimus mihi erat, Auditores, vehementes vobis stimulos ad subveniendum pauperibus addere; sed heu! eam vivimus ætatem, quâ utinam non opprimerentur potius, quàm ut opem sperare possint; ea modò sunt tempora, & ii mores, quos Ecclesiasticus vaticinatus est: *Pascua divitum sunt pauperes.* Plurimi *Eccles. 53.* sunt, qui pauperibus haud aliter, quàm fundo suo utuntur; ex horum sudoribus victum sibi & delicias quærunt; hos sine ulla mercede ad indebitos labores cogunt: & quid dico sine mercede? verbis etiam durissimis compellunt, & labore suo perfunctos in malam crucem abire jubent. An non palmatis est hæc injuria, & gravissimum scelus, dum operario, aut servo, alterivè creditori debitum urgenti etiam insultare non erubescitis? Hiccinè amor est, misellis illis debitus, quos Christus vobis tam sollicitè commendavit? hæccinè pietas ac clementia? ipse certè Abraham, cum vel aquæ guttam damnato negaret, verbis saltem vitibus usus est; nec enim dixit: Vah crudelis, & impie decoctor, crapulis & ebrietate diffuens, quid à me exoptulas? Vade, age, arde, patere, fure, & infremisce; hoc enim vero meritis tuis debetur! sed amicè respondit: *Fili, Luc. 16. 25.* *Recepisti bona in vita tua.* Cur ergo illos, qui vos in Paradiso forsitan

N n multis

multis parasangis præcedent, tam inclementer tractatis? si eos juvandi aut facultas aut voluntas vos deficit, benignè saltem eorum gemitus excipere, blandè eos solari, amico oculo vultuque benevolo eos dignari conveniret; non verò autumnales nubes imitari, quæ, cum tellus exsiccata hianti passim ore negatum diu imbrem efflagitat, lapides & grandinem in eam effundunt. Quodsi in vestra est potestate, ipsorum inopiam levare; heu quomodo animum potestis inducere, ad eos tam inclementer habendos? Vah quale iudicium, quæ pœna, quæ miseria vos exspectat? Si enim iudicium sine misericordia fiet illi, qui non fecit misericordiam: quale iudicium fiet illi, qui fecerit & rapinam? An non hæc atrocissima rapina est? nam si peculium, quod miseris negatis, hæreditario jure, abque eorum labore & incommodo illis obvenisset, tolerabilis adhuc foret eorum ablatio; cum verò suo illud sudore, callosis manibus, vigiliis, itineribus, durissimis laboribus paraverint, quanto non scelere vos obstringitis, dum luxu vestro, tot famelicorum impensis litatis? D. Franciscus de Paula, ut Alphonso Regi Neapolis exactionum acerbitatem demonstraret, nummum ab exactoribus recens acceptum, Rege inspectante, in partes confregit, & copioso sanguine stillantem exhibuit. O si manus meæ, Auditores, pari virtute pollerent! quanto sanguine Basilicam hanc inundarem! certè mallei mihi non sufficerent ad diffringendas pecunias injustissimè partas, que pauperum retinent. Sed ista quousque fatis mihi foret: nonnullos accedunt pretiosos, quibus teguntur, pannorum manū premete: ò quot rivis sanguinis esfluere ex vestris & famelicorum vestri vestimentis, usu jam longè tritis, sed needum solutis? Exprimamur aulæ & pendentia è palatii vestris peristromata: exprimamus suppellectilem illam pretiosam, lecticas, cithras, cortinas, sedilia heterorum obducta, heu quanto sanguine tingerent, palamque ostenderent, necem illum selectum, quo tinctus est è venis pauperum expressum: effundit sanguinem, Ecclesiastici. Oculum est, qui effundit sanguinem, qui fraudem facit mercenario, sunt. Verùm ego peccator sum, nec mira patrandi virtutem beo, ut ad creditorum commorationem vos permoveam; videri mihi videor miseros illos, qui vertant, quem inclament, ignominiose lacerà ad Dei tribunal supplicare volvi; quodsi ad hujus sententiam afflicti appellaverint, an non vos causâ caluros?

XIII. Ecce merces operationum, fraudata est, clamat, verba sunt Domini Jacobi ad divites impios, & illorum in aures Domini Sabaoth inquit. Verba ista, Domini Sabaoth, nil aliud sonant, quàm Dominum angelorum, Dominum ferarum & hominum; Dominum graduum in terræ motuum, Dominum turbulæ & diluviorum, Dominum morborum & mortis, verbo, Dominum Ebraicè

Iac. 2.  
13.

Lud. de  
Attychi  
in histor.  
Máxim.

cituum, ut ostendat nobis, ad illachri-  
mantium pauperum clamores omnia  
cæli armamentaria aperiri, cum ple-  
nissima facultate, quæcunque placue-  
rint, armorum & armatorum genera  
depromendi, ad vindicandas injurias  
ipsis illatas? si unquam DEUS se  
invictum Exercituum supremumque  
ducem demonstravit, quo, quæso, id  
tempore fecit? illo nimirum, quo  
contra Ægyptios pugnavit; hos omni-  
militiæ & armorum genere aggressus  
est, fulgetra, tonitrua, sagittas,  
tenebras, muscas, ranas, ciniphes,  
pestem, & naufragia in eos immisit;  
sed cur dirum adeo in modum in il-  
los animadvertit? ad vindican-  
dam in mercenarios mercede frau-  
datos injuriam; multo enim tempo-  
re Ægyptii Hebræorum operâ usi  
sunt, ad geminas, easque insignes ci-  
vitates condendas, non solum tamen  
debitam pactamque mercedum iis  
negârunt, sed ut lapides, paleas, cæ-  
teramque fabricæ materiam ipsimet  
colligerent, adegerunt: hæc enim  
verò injuria DEUM adeo irritavit, ut  
oppressorum lachrimis exoratus ple-  
nam ipsis facultatem dederit, vasa  
pretiosa plurima, ab Ægyptiis mutuò  
accepta, tacitæ compensationis loco  
auferendi; inde armenta eorum oc-  
cidit, extirpavit vineta, sementem va-  
statis agris prostravit, eradicavit silvas,  
primogenitos trucidavit; tandem ma-  
ris fluctibus obrutos cum Rege suo  
demersit, ac de cadaverum spoliis  
Hebræos ditavit. Neque existime-  
tis velim, mea tantum figmenta hæc  
esse: evolcite sapientiæ libros, ibique

legetis: *transtulit illos per mare ru-  
brum, & transvexit illos per aquam* <sup>10. 18.</sup>  
*nimiam, inimicos autem illorum de-  
mersit in mare.* Legite pariter: *red-* <sup>Sapiens.</sup>  
*didit justis mercedem laborum suorum,* <sup>10. 17.</sup>  
id est, juxta celebrem Lyranî para-  
phrasin, operariis mercedem, labo-  
rantibus damna restituit, & Israëlitis  
fecit *recompensationem, quâ injustè de-  
fraudârunt eos Ægyptii.* An non er-  
go vos meritò terreat clamores pau-  
perum, quibus tanta è cælis obtine-  
di potestas concessa est? An fortè  
ignoratis, restitutiones has gravissi-  
mas esse, indispensabiles, atque om-  
nis dilationis & moræ impatientes,  
cùm titulis adeo onerosis debeantur?  
quid ergo ultra cunctamini? an for-  
tè mortis articulum ad restituendum  
expectatis? Bene est, hunc expec-  
tate: DEUS enim, ut miserabili  
creditorum turbæ quantocyùs satisfi-  
at, vos ante tempus & horam rap-  
iet, ac de statione vitæ vel invito  
detruet: forsitan decretum vobis  
fatale in tribunali Divino signatum  
jam est; forsitan tortoribus vestris,  
phrenesi nimirum, febribus, ac dolori-  
bus in mandatis jam datum est, ut se-  
se ad executionem accingant: & vos  
etiamnum moras necitis?

XIV. Scio non paucos vestrum  
dicere, hæcenus se non satisfecisse de-  
bitis suis, ob impotentiam & medio-  
rum defectum: sed quam mihi fi-  
ctam impotentiam dicitis? nempe,  
quod non vultis, non potestis: *do-* <sup>Jerem.</sup>  
*ruerunt linguam suam loqui menda-* <sup>11. 5.</sup>  
*cium, cum tamen DEUS, Ecclesia-* <sup>Eccles.</sup>  
*stico teste, summè oderit Divitem* <sup>27. 4.</sup>  
men-

mendacem, illos nimirum, qui falsis prætextibus creditoribus suis os oblinunt, & fictâ spe solutionis eos solantur, dicuntque, *non possum*; nam, ut ait D. Augustinus, *potest in iis, quæ vult, & in iis, quæ non vult, non potest*. Si de symposiis & conviviis agitur, *potest* enimverò: si verò de censibus, qui sacris familiis debentur, *non potest*. Si de comædiis agitur & theatris, si de Cantatricibus, & Syrenibus, ô quàm *bene potest*? Si verò de piis legatis Ecclesiæ persolvendis, *non potest*. Si de canibus, equis, venationibus, sumptuosis relaxationibus animi sermo est, iterum *potest*; si verò de servorum ac famulitii salariis, etiam longo tempore dilatis, *non potest*: repeto iterum, *potest in iis, quæ vult, & in iis quæ non vult, non potest*. DEUS vos eorum numero eximat, Auditores, quos ipse appellat, *divites mendaces*; hos enim Deus exotissimos habet. Vos ergo etiam atque etiam exhortor unâ & obtestor, ut non solum miseris hisce debita actutum, & sine mora solvatis, verum etiam de vestro largiamini, illaque novalia imitemini, quæ præterita damnata fructuum copiâ & ubertate compendant. Saltem pudeat illis tollere, quibus jubemur offerre, dicam vobis cum doctissimo Casiodoro: *non enim tandem à misellis istis prætextibus? an ut debitum omnino cedant? ut jure suo cedant? ut cedant, dum vobis liberit & quæ vobis, qui locupletes estis, tantum accidit, id, quod alienum est, constituere, quàm longè difficilior illis, eo, quod proprium habent, dari? Eia eorum pede vos ipsos timini, & quis vobis animi sentiret, perpendite, si eadem vos miseras premeret: nunquid opportunè, quod vestrum est, eicitaretis? cur ergo modò eripere quod pauperum, & mendicorum sed avertat DEUS hanc à vobis, imitatem! Bonis vestris, ac precibus hilariter fruimini, nec quispiam eorum, quos opprimis, contradicet; bonâ eorum pace modis & facultatibus, bonorum re ac copiâ gaudete: DEUS pinguiorem fortunam destinavit, benedicite; Ille vos promovet, feliciter amplius, non vestra dicitur, sed & posterorum gloria; tamen alienis sumptibus nolite curare: nam ut laudatus à me Casiodorus sapientissimè asseverat: *tra omnes crudelitates est; divitem de exiguitate mendici.**


Epist. l.  
5.



# SERMO VIGESIMUS TERTIUS.

DIE LUNÆ POST QUARTAM DOMINICAM.

*Et cum fecisset, quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit  
de Templo. Ioan. 2.*

I.  Trociscissimum sanè crimen esse necesse est, quod Princeps propriâ manu ulciscitur: Parentes quondam nostros è primis illis deliciarum Tempe DEUS eiecit, verùm executionem Angelo demandavit; Chananzos è terris suis expulit, sed immisso sciniphum, culicumque exercitu; Amorrhæos è finibus suis fugavit, sed muscarum aculeis est usus: nec uspiam legitur propriâ manu flagitiosos castigasse, quàm cum debitum templis honorem negarent. Manu angelicâ percussit Egyptum, & integrum Assyriorum exercitum profligavit; Herodes ipse, vanissimus ille Divinitatis affectator, non nisi Angelo percutiente interiit. Cùm verò hodie sacræ ædes profanantur, video Christum ipsum, aliàs tam mansuetum, & placidum, manum flagello armare, & in reos sævire. Quàm atrox ergo, quàm portentosum, Deoque exosum crimen hoc esse necesse est? Et quæ te fors manet, urbs chara? an pares, quod absit, cum Solymæis civibus hodie poenas lues? minimè sanè, nisi paris culpæ sis rea. Sed quis templorum tuorum status est? an & in te garrulitatis, immodestix, & licentiæ sunt receptacula? Id enim verò haud credam; nunquam enim hic comparere vos video, nisi ad omnem modestiam compositos, devoti & compuncti animi signa spirantes, obtutu pudico, modesto habitu, & gestu religioso: si alibi etiam tibi similis es, de quo quidem non dubito, hodierna Christi indignatio te minimè tangit, nec timenda sunt tibi flagella, quæ in sacrarum ædium violatores intorquet. Nemo tamen adeo firmas in sanctitate radices egit, ut concuti non possit, ne dicam præcipitari; unde in futuri potiùs mali cautelam, quàm in præsentis remedium demonstrabo vobis hodie, quàm gravem injuriam DEO inferant, qui DEI Basilicas, quibus omnis honor & cultus debetur, profanant; sic enim alieno sapere discetis exemplo, dum videbitis, quàm severè, quàm justè Christus ipse in eos animadvertat, qui tantâ eam impudentiâ & temeritate conculcant.

N n 3

II. An

II. An. non enim justam indignationis causam DEUS habeat, Auditores, cum nec in Templis quidem ea sibi reverentiæ signa videt exhiberi, quæ omni in loco ei debentur? non enim minus, quàm in Ecclesiis, ubique est præsens: *plena est omnis terra gloria ejus*, domi nimirum forisque, in angulis & compitis, in locis profanis & sacris, obscuris & honoratis; unde Heraclytus, tametsi gentilis, Romanos quosdam equites, loqui sibi dedignatos, quòd in fumanti casa & semiruto mapali ad furnum confidentem viderent, blandum subridens, *fidenter ingredi jussit*, nam & *hic quoque*, inquit, *Dii habitant immortales*. Hoc tametsi verissimum sit, noluit tamen DEUS nos obligare, ut pari ubique obsequio hanc ejus præsentiam veneremur; hæc enim obligatio, attentâ negotiorum multitudine ac occupationum varietate, mentisque humanæ distractione, difficilis sanè, si non inobservabilis foret. Satis ergo est, ut nullibi eum offendamus, nec tenemur, singulari eum honore ubique prosequi, pietissimi illius Regis exemplo, qui seipsum ita hortari solitus est: *benedic anima mea Domino in omni loco Dominationis ejus*. Verùm, qui hoc obsequii tributum non omni in loco exigit, illud tamen ibi sibi reddi imperat, ubi propriam sedem ac habitationem elegit: *elegi locum istum mihi in domum*; non quòd alibi præsens non sit, sed quòd in isto ab omnibus honorari & præsens agnosci velit. Hoc obsequium, ut nobis facilius redderet splendidas, magis ac sumptuosas esse voluit adhibere ut hominibus, qui externarum rerum specie capiuntur, ei Majestas existimationem, reverentiam, & sacrum quendam Dei habitantis horrorem ingenerent; autem majorem sacris locis reverentiam, & frequentiam conciliantem, & experimentis ostendit, se magis nobis propitium, ad nostras magis facilem, magis nos munificum esse, quàm in Templis, quæ pacis, & propitiamentum propterea appellavit, vel ut etiam legum humanarum privilegio, asyli, impunitatis, & securitatis, aliarumque prærogativarum titulis gauderent, majorem gloriam pondus inde acciperent, *domum majestatis mea gloriæ*, omnia Auditores, verissima sunt, & doctorum auctoritate probata: unde hunc in modum concinari lubet. Si DEUS emensis mundi spatiis, quæ mensitate implet, pauca cunctis reservavit, reliquis omnibus commodata & obsequia relicta non indignæ rusticitatis est, hisce pauculis eum venerari & revereri velle? quanta alia terrarumque spatia liberrimo subjecit arbitrio, ad negotia confabulandum, ridendum, ludendum, animumque ad libitum accommodata? cur ergo in Templis quidem parcimus? hoc est, quod gentium Apostolus versus Corinthios concitavit.

Isa. 6.3.

*plena est omnis terra gloria ejus*, domi nimirum forisque, in angulis & compitis, in locis profanis & sacris, obscuris & honoratis; unde Heraclytus, tametsi gentilis, Romanos quosdam equites, loqui sibi dedignatos, quòd in fumanti casa & semiruto mapali ad furnum confidentem viderent, blandum subridens, *fidenter ingredi jussit*, nam &

Aristot.

de pace

animi.

l. 7. c. 5.

*hic quoque*, inquit, *Dii habitant immortales*. Hoc tametsi verissimum sit, noluit tamen DEUS nos obligare, ut pari ubique obsequio hanc ejus præsentiam veneremur; hæc enim obligatio, attentâ negotiorum multitudine ac occupationum varietate, mentisque humanæ distractione, difficilis sanè, si non inobservabilis foret. Satis ergo est, ut nullibi eum offendamus, nec tenemur, singulari eum honore ubique prosequi, pietissimi illius Regis exemplo, qui seipsum ita hortari solitus est: *benedic anima mea Domino in omni loco Dominationis ejus*. Verùm, qui hoc obsequii tributum non omni in loco exigit, illud tamen ibi sibi reddi imperat, ubi propriam sedem ac habitationem elegit: *elegi locum istum mihi in domum*; non quòd alibi præsens non sit, sed quòd in isto ab omnibus honorari & præsens agnosci velit. Hoc obsequium, ut nobis facilius redderet splendidas, magis ac sumptuosas esse voluit adhibere ut hominibus, qui externarum rerum specie capiuntur, ei Majestas existimationem, reverentiam, & sacrum quendam Dei habitantis horrorem ingenerent; autem majorem sacris locis reverentiam, & frequentiam conciliantem, & experimentis ostendit, se magis nobis propitium, ad nostras magis facilem, magis nos munificum esse, quàm in Templis, quæ pacis, & propitiamentum propterea appellavit, vel ut etiam legum humanarum privilegio, asyli, impunitatis, & securitatis, aliarumque prærogativarum titulis gauderent, majorem gloriam pondus inde acciperent, *domum majestatis mea gloriæ*, omnia Auditores, verissima sunt, & doctorum auctoritate probata: unde hunc in modum concinari lubet. Si DEUS emensis mundi spatiis, quæ mensitate implet, pauca cunctis reservavit, reliquis omnibus commodata & obsequia relicta non indignæ rusticitatis est, hisce pauculis eum venerari & revereri velle? quanta alia terrarumque spatia liberrimo subjecit arbitrio, ad negotia confabulandum, ridendum, ludendum, animumque ad libitum accommodata? cur ergo in Templis quidem parcimus? hoc est, quod gentium Apostolus versus Corinthios concitavit.

Ps. 102.

22.

*benedic anima mea Domino in omni loco Dominationis ejus*. Verùm, qui hoc obsequii tributum non omni in loco exigit, illud tamen ibi sibi reddi imperat, ubi propriam sedem ac habitationem elegit: *elegi locum istum mihi in domum*; non quòd alibi præsens non sit, sed quòd in isto ab omnibus honorari & præsens agnosci velit. Hoc obsequium, ut nobis facilius redderet splendidas, magis ac sumptuosas esse voluit adhibere ut hominibus, qui externarum rerum specie capiuntur, ei Majestas existimationem, reverentiam, & sacrum quendam Dei habitantis horrorem ingenerent; autem majorem sacris locis reverentiam, & frequentiam conciliantem, & experimentis ostendit, se magis nobis propitium, ad nostras magis facilem, magis nos munificum esse, quàm in Templis, quæ pacis, & propitiamentum propterea appellavit, vel ut etiam legum humanarum privilegio, asyli, impunitatis, & securitatis, aliarumque prærogativarum titulis gauderent, majorem gloriam pondus inde acciperent, *domum majestatis mea gloriæ*, omnia Auditores, verissima sunt, & doctorum auctoritate probata: unde hunc in modum concinari lubet. Si DEUS emensis mundi spatiis, quæ mensitate implet, pauca cunctis reservavit, reliquis omnibus commodata & obsequia relicta non indignæ rusticitatis est, hisce pauculis eum venerari & revereri velle? quanta alia terrarumque spatia liberrimo subjecit arbitrio, ad negotia confabulandum, ridendum, ludendum, animumque ad libitum accommodata? cur ergo in Templis quidem parcimus? hoc est, quod gentium Apostolus versus Corinthios concitavit.

a. Paral.

7. 12.

*hi in domum*; non quòd alibi præsens non sit, sed quòd in isto ab omnibus honorari & præsens agnosci velit. Hoc obsequium, ut nobis facilius redderet splendidas, magis ac sumptuosas esse voluit adhibere ut hominibus, qui externarum rerum specie capiuntur, ei Majestas existimationem, reverentiam, & sacrum quendam Dei habitantis horrorem ingenerent; autem majorem sacris locis reverentiam, & frequentiam conciliantem, & experimentis ostendit, se magis nobis propitium, ad nostras magis facilem, magis nos munificum esse, quàm in Templis, quæ pacis, & propitiamentum propterea appellavit, vel ut etiam legum humanarum privilegio, asyli, impunitatis, & securitatis, aliarumque prærogativarum titulis gauderent, majorem gloriam pondus inde acciperent, *domum majestatis mea gloriæ*, omnia Auditores, verissima sunt, & doctorum auctoritate probata: unde hunc in modum concinari lubet. Si DEUS emensis mundi spatiis, quæ mensitate implet, pauca cunctis reservavit, reliquis omnibus commodata & obsequia relicta non indignæ rusticitatis est, hisce pauculis eum venerari & revereri velle? quanta alia terrarumque spatia liberrimo subjecit arbitrio, ad negotia confabulandum, ridendum, ludendum, animumque ad libitum accommodata? cur ergo in Templis quidem parcimus? hoc est, quod gentium Apostolus versus Corinthios concitavit.

ceret: nunquid domos non habetis? an Ecclesiam DEI contemnitis? Vah fideles, malè feriat! quæ hæc temeritas? si animum distrahere placet, nunquid domos habetis? si de rebus peregrè gestis differere, an conventicula desunt? si hominum consortio, & conversatione frui, an non sat amplæ sunt plateæ publicæ? si tractare negotia, an non patet mercatus? si effræni litare libidini, an non habetis prostibula, fornicees, & lupanaria? nunquid domos non habetis, & Ecclesiam DEI contemnitis?

III. Et verò fieri non potest, quin Divina indignatio ex nostra cum gentilibus comparatione plurimum crescat, notum enim est omnibus, Deum in sacris oraculis sæpenumero Zelotum dici, neque honoris sui æmulum pati posse: *DEVS æmulator Dominus* appellatur in Deuteronomio, *DEVS æmulator* à Josue, *DEVS æmulator* à Propheta Nahum: quid ergo dicturum arbitramini, si honores & obsequia, quibus gentilium plurimi dæmonum simulacra coluerunt, cum fidelium obsequiis, qui DEI se cultores profitentur, comparaverit? Meminit ille enim verò (liceat ita de Deo ad captum nostrum loqui, quamvis nullius rei meminisse possit, cum nihil illi sit præteritum sed omnia præsentia, quique juxta eximium Ecclesiastici effectum, omnes retrò ætates, uno oculi ictu complectitur, *conspēctor est saculorum*) meminit, inquam, magnæ illius demissionis, quæ Idololatæ, in delubris Deorum suorum utebantur, immortalis enim memoriæ posteritatis

signata sunt illa Senecæ verba: *intramus, inquit, templa compositi, ad sacrificium accessuri vultum submitimus, togam adducimus, in omne argumentum modestia fingimur.* An non meminit, Germanos veteres, salus & nemora Idolis suis dedicata nunquam intrasse, nisi vinculis constrictos, & catenis onustos, in servitutis, quam publicè professi sunt, insignis testimonium, uti Tracitus scripsit? An non meminit, Saracenos antiquos pavimenta templorum non nisi nudis pedibus calcasse, ad singularem corporis mundiciem; summamque animi demissionem denotandam, ut Lyranus testatur? An non meminit, Græcos tempore sacrificii nunquam vel nares emungere, vel os extergere, vel excreare solitos, ne mentis attentionem & religiosum silentium turbarent; ut Arianus recenset? Hæc ubi meminit *DEUS*, & cum illa, quæ nos utimur, reverentiâ comparat, quo zelo, Auditores, quæ indignatione replebitur, si verè, qualem se dicit, *DEVS æmulator* est? an non summæ sibi injuriæ vertet, ut Ambrosius ait, *circumsonare Sacramenta confusis vocibus, cum gentiles Idolis suis reverentiam tacendo detulerint.* An non hoc est, facere, ut *DEUS* noster invidere debeat Jovi, Saturno, Isidi, & Osiridi, qui à cultoribus suis plus reverentiæ & honoris tulerunt; dum falso eorum Numini oves & boves jugulabantur, quàm dum modò Unigenitus DEI Filius in Ara immolatur?



IV. Ad hæc DEUS minimè à nobis exigit tam rigidam reverentiam, qualem gentiles in delubris suis adhibebant; neque enim ille nos jubet, aut linguam è faucibus eruere, aut oculos effodere, uti nostrà etiam ætate in templo Mechæ miserè delusi Mahometani solent: de liberrimo solùm ac dissoluto garritu, confabulationibus, obtutibus non liberis duntaxat, sed & lascivis agitur; num grave nobis videatur, si nictus & annutus, manuum oscula, jocos, risus, & cachinnos prohibeat, nec in profanis locis decentes? quodsi nec ista, ne in Templis quidem à nobis obtineat, quid alibi impetrabit? An illi Deum in compitis ac circulis honorabunt, quem in corde sanctuarii despiciunt, esto, quòd multa, magnaue pietatis, modestiæ & compunctiõnis specimina in aliis videant? Hic culpas suas deplorat, ille confitetur, hic Sacramenta ministrat, ille recipit, hic sacrificio assistit, hic psalmos decantat, ille precatorias evolvit corollas, hic Eleemosynas dispertit, hic pugnis tundit pectora, ille oscula terræ figit: quodsi his exemplis minimè commovemur, sed illo plangente, hic risu distluit? illo precante, hic flagitiis se inquinat; quod tandem de talibus iudicium formabimus? Si in Ecclesia constituti tantorum efficiamur malorum rei, liceat, verbis Chrysostomi uti, quales tandem nos futuros putamus, cum hinc fuerimus egressi? tantos fluctus patimur in portu, quid ergo, cum exiverimus in pelagus illud malorum, forum dico, & urbana ne-

gotia, & domesticas curas? Num inducere non possumus, ut dico tempore devotè orationis in templo, tot aliorum curis incitari, quid domi faciemus, tantisque negotiis distracti? An tumultus populi animum colligat, id non facit constitutus in loco? an à murmurationibus abstinet? conenticulis, qui in DEI domo non continet? an ab amoris inlusibus sibi temperabit in conviviis profanis, qui nec in Ecclesia deratur? Quà modestiâ sedebit theatris & podiis, qui concivæ tam incompositis moribus stit? si ab impudentia non abhorret, quam publicis criminationibus reprehendi, quid faciet, ubi extolletur laudibus extolli, & mactatiis? si peccata committit, ubi bus alii se accusant, quid ibi? ubi plurimos audiet de iis cum gloria gloriari? Verbo, si in DEU iuriosus est, ubi honoribus quid ibi perpetrabit, ubi DEU lām in honoratur? Enimverò, quâ facilitate DEO cultum de templo, palam ostendit, esse extra templum humanitatis, & religionis expertem, vos docet, quòd Dominus in sancto suo; cur ergo negligit subnectitur, sileat à facie eius terra? Rursus fide certum est, ibi velut in throno regio cur cur ergo eum non veneramus Regem vestrum? Fides DEU templo velut in tribunali suo cur ergo Judicem non expartiamur

que fulmen ejus timetis ? an necdum agnoscitis ? DEUM justissimè averfari, qui tam parùm honoris, tantum verò contumeliæ ipsi in templis inferunt ? Id si fiat, ubi culpam deprecabimur, ubi veniam rogabimus, quò ibimus, ut imminentibus nos supplicis subducamus ?

V. Et verò, si bene rem perpendamus, Auditores, DEUS templa & Basilicas non tam in gloriam suam, quàm nostram utilitatem & commodam destinavit ; ipsius certè magnitudini, nec mole marmoreâ ad majestatem compositâ, nec tholis auro illitis, nec Aris argento superbis, nec fulgurantibus candelabris quidquam accedit, nec minùs ille absque his omnibus beatus esset, quàm fuerat ab omni retrò aternitate, cum mundo & adoratoribus caruit : DEVS, qui fecit omnia, dicebat appositè Apostolus Atheniensibus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo. DEI sanè intentio alia non erat, quàm aliquem sibi in terris locum determinare, cujus aspectu ad clementiam mortalibus exhibendam moveretur ; cum enim crebris ubique injuriis irritetur, gaudet templorum aspectu placari, & intentata mortalibus fulmina è manibus sibi extorqueri, quemadmodum in Hierosolymitani templi dedicatione Salomoni testatus est : *Oculi mei erunt aperti, & aures mea erectæ ad orationem ejus, qui in isto loco oraverit, & propitius ero peccatis illorum.* Si igitur DEUS ex aspectu templorum indignationis potius, quam cle-

R. P. Segneri Quadragesimale.

mentiarum materiam inveniat, ubi Deum Immortalem ! pietatem & veniam sperabimus ? in quam aliam terræ partem necesse erit, oculos convertere, ut flagella suspendat ? an in plateas, tam dissolutis moribus, tantaque vitæ libertate infames ? an in nobilium domos ? sed quid ibi videbit, nisi mendicos ex atrii pulfos, ut plures in stabulis equi nutriantur ? an in officinas artificum ? in quibus mendacia & fraudes, velut domi suæ habitant. An in pauperum tuguria ? ærumnarum impatientiâ & desperatione plena. An in rusticorum macpalia ? rapinis & fraudibus contexta. An ad tribunalia & Judicum sublellia se conferat ? Vah, quid aliud aspiciet, quàm accusationes malignas, processus fallaces, testes corruptos, advocatos venales, Judices iniquos, lites ad emungendos pauperum loculos protelatas, pauperes succumbentes, & locupletes victores ? Si trapezitarum mensas, & distinas cambii tabernaculis intuebitur, quid nisi putidissimas usuras inveniet ? si atria contractibus stipulandis destinata, quid nisi deceptiones enormes ? si telonia gabellis & vectigalibus deputata, quid nisi extractiones turpissimas ? Nec ad aulas certè oculos deflectere poterit, quin in patentibus atrii videat lusus famulitii, ac satelitem otia ; in propylæis calumnias & maledicentiam aulicorum, in arcanioribus conclavibus verò fastum & superbiam grandium ; ibi, ibi livorem cordium, simulationem vultuum, verborum dulcedinem & mella, to-

O o xica

xica ac venena animorum, ibi contemptam sinceritatem, æstimatam astitiam, innocentiam appetitam infidiis, & scelus dominans, favorem triumphantem, virtutem depresso, & conculcatam intuebitur. Heu nos miseros, si scenas & theatra, verba propudiosa & impudentia, exhibitiones obscænas & turpes aspiciet! miseros nos, si suburbana nostra, Baccho & Veneri dicata videbit! Si oculos in mare desleat, nil nisi rapinas; si silvas & saltus, nil nisi latrocinia ac neces, si prata & agros, nil, nisi amores lascivientes videbit. Quocunque reflectet oculos, nil aspiciet, nisi quod iram accendat, & fulmina ad vindictam subministrat: tanta est scelerum colluvies, quæ hæc ætate universo terrarum orbi dominatur. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia DEI in terra, verissimè cum Osea exclamandum est, sed maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt. Heu, quæ carnis turpitudine, quale fimetum, quæ sædissima putredo universo se orbi superfudit? ut merito dici possit: sanguis sanguinem tetigit, dum eadem ex stirpe nati & ex eodem sanguine concreti, illicitis amoribus copulantur. Quid ergo, auditores, quid tandem eveniet, si etiam in templis nil nisi indignationis materiem DEUS inveniat, super quo propitius esse poterit nobis? sub quo alio tecto securitatem sperabimus? Enimverò, Auditores, malorum omnium causa & origo, quæ florentissimas etiam urbes astras diruit, ultio Domini est, ultio templi sui, palam pronuntio contumelia. Videtis bella & hostilitates? ultio Domini est, ultio templi sui. Contagiones, & pestilentiæ grassantes? ultio Domini est, ultio templi sui. Terræ motus, & percussiones formidandas? ultio Domini est, ultio templi sui. Nec aliam est ærumnarum nostrarum originem rimari, Chrysostomo teste, nisi quod enim templa placando Deo non sint, in illis etiam eum irasci ubi ejus Clementiam conciliari posse foret: Hinc subversa sunt omnia, hinc perierunt omnia, quoniam tempore, quo maximè Deus erat iratus, eo magis iritato discidium fieri possit, ut veritatem adhiberi non poterimus? si homines alibi peccarent, atque adeo necesse haberent, injurias DEO compensandi in templis, veniant assis mererentur; cum auctore lera ubique adeo invalescant, ut rere dici possit, corrupta est terra Domino: quæ, non dicam contumelia, sed stupiditas & stultitia ea in templis etiam perpetrata, nostra ætate impudentissimè committit?

Osea 4.

2.

Jerem.

5-7.

VI. Alium longè Dei placatum modum Majores nostri tenuerunt; præsertim enim verò habebant respectum Christiani, templa præcipuè eius finem erecta, ut, quem culpis nostris alibi accendimus, lachrimis nostris furorem extingueremus, quæ

dicite, corporis compositione ibi comparere soliti sunt? luctu & squalore obstiti, aspersi cinere, funibus cincti, ad Sacerdotum pedes verecundâ demissione prostrati, fletu & lachrimis eos inundabant, oculis dissuaviabantur, nec ulla demissionis signa negligebant, quibus aut dolorem de culpis, aut veniæ desiderium testarentur; nec id infimæ tantum conditionis personæ fecerunt, sed coronati quoque vertices, maximè cum publicum scandalum publicâ quoque penitentia erat expiandum. Ita Romanorum Imperator Theodosius Mediolanensem Basilicam, vili indutus habitu intravit, & ad primum ejus limen in terram prostratus, Davidicum illud piè ingeminavit: *adhasit pavimento anima mea; vivifica me secundum Verbum tuum*: mox frontem ac pectus percussit, capillos vulsit, solum lachrimis tinxit, ac sacrificii tempore, procul à Purpuratorum coronâ, intra populi subsellia genuflexus permansit. Quid de Ludovico Imperatore, quid de Henrico secundo dicam? ille aspero cilicio, hic sacco indutus, Aquisgrani ille, hic Cantuarie, ille ad Templi portam, hic ad pedem aræ, de genibus delictorum veniam ab omnibus, qui templum oraturi intraverant, efflictim exposcebant: ad hæc Henricus, regios denudans humeros, in totius populi præsentia, ab octoginta & amplius Monachis flagris cædi postulavit. Exemplum Swenonis Danie Regis singulare prorsus est, ac memorandum: Jusserat ille præcipiti sententiâ, pri-

marios quosdam subditorum, modum Regiminis reprehendere ausos, trucidari: id ubi Guilielmo Sanctissimo Roschildensium Antistiti, innotuit, justissimo zelo accensus, dissimulavit quidem aliquamdiu delictum, cum autem paucis inde diebus Regem ingenti pompâ, & nobilissima purpuratorum coronâ stipatum Ecclesiam subire videret, obviam ei processit magnanimus Præsul, ac Pædo pastorali illum repellens, quâ fronte, inquit, Rex homicida templum ingrederis? si etiamnum obstinatum habes animum in scelere, quod patrâsti, cave, longius progrediari; hic enim locus non patet peccatoribus protervis; si verò serio detestaris delicti enormitatem, hæc pompa non convenit penitenti; abripi te igitur quantocyus; hoc enim loco indignus es. Quo animo hanc Præsulis libertatem Regem tulisse arbitramini? Audite, & obstupescite! nec factum suum excusavit, nec de Præsulis rigore questus, nec se offensum vel verbulo testatus est, sed inclinato demissè capite, in palatium secessit; Ibi, positâ purpurâ & vilem lacernam indutus, nudo capite ac pedibus ad Ecclesie limina in genua provolutus jacuit, donec Episcopus in Missæ officio græcâ voce *Kyrie eleyson*, divinam misericordiam invocaret; tum enim Præsul de adventu Regis certior factus, musicis silentium indixit, ac ad Templi fores progressus, Regem copiosis perfusum lacrimis, sui que delicti veniam suppliciter rogantem invenit: commota

funt ad hoc spectaculum sancti Præfulis viscera, unde è terra levatum arctè complexus, ac regio indutum vestitu ad Ecclesiæ tholum perduxit, ubi Rex indicto per præconem silentio coram immensa populi coronâ, crimen suum palàm confessus est, ac Guilielmi Præfulis zelo ac benignitate laudatâ, in grati animi signum calicem aureum dono obtulit, ac mediam partem Provinciæ, cui Stephnicæ nomen, Ecclesiæ redditibus adjecit.

VII. O Exempla, omni retrò sæculorum memoriâ dignâ! minimè tamen illa vobis hodie imitanda propono, tantum equidem à vobis haud peto; jam pridem enim illa fidelium pietas defecit, & antiquus fervor defecit; continere me tamen haud possum, quin exclamem: si personas adeo illustres & conspicuas imitari animus non est, cur non defectum hunc oculorum saltem modestiâ, linguæ silentio, totiusque corporis decenti compositione suppletis? Demus Viris ordinis equestris, ut etiam intra limites Ecclesiæ crucem pectori, ensæque lateri affixum gerant, nec cupio, ut imitentur Imperatorem Theodosium, qui nunquam, nisi posita coronâ & armis, Ecclesiam intravit; sed cur non saltem utrumque genua, quæ Deum decet, demissione curvant, eique non dimidiatam tantùm, sed integram, non affectatam, sed sinceram Reverentiam exhibent? Indulgeamus nobili gynecæo, ut monilia collo, auribus in aures appendant, nec desidero, ut

demissionem Agnetis Augustæ lentur, quæ non nisi simplici & ignobili panno induta, zelum & ingreßa est: sed cur non humeros, eâ animi corpore verecundiâ, quæ tot Angelorum præsentiam decet, præ Angelos? quoscumque demum Angelos intelligamus, sive quos natos fecit, aut qui mortum innocentiæ & candore, vel muneris & digni caractere Angelis æquivalent: lucus in re tam facili & æquâ excusatione, quo titulo, quo ratione, quo demum pretextu poterunt sustineri? O de quibus tunc dici potest illud Prophetæ Hieremias, *Ecce iste coopertus est aurum, & omnis spiritus non est superbia*, si solum superbiæ spiritum excipere certè nec spiritus devotionis, & pietatis, nec prudentiæ & timoris emicat. Quid Viros illos sanctissimos, quos paulò antè laudavi, quos esse existimatis, si hac re ipsa nostra accederent, & personæ longè interiores ac conditione inferiores, tantâ vanitate viderent curare? Istene, dicerent, Deo sanctissimi habitus est? sicine ad adorandum Deum, tot injuriis lætæ acceditur? Itane ad detestanda peccata, veniamque rogandam? *Valde sunt idonei intercessores, Dominum precant, cum Divo Cypriano clamant, nec convenienter ad placandum accedunt, nec consilium quem offendunt.* Non cogitant mirum finem, propter quem

sunt frequentanda; Missæ quidem sacrificio intersunt, sed ex consuetudine tantum; curvant genua, sed absque ullo sensu pietatis; ad sacra se tribunalia de noxis accusaturi advolunt, sed absque conveniente animi applicatione: ignorant miseri, quid agant. Hunc sanè in modum loquerentur Viri illi eximii, & dubio procul rem acu tangerent; quidquid enim perperam in Templis accidit, inde contingit, quod paucissimi sint, qui satis perpendant, non nisi ad Deum placandum se illuc concessisse: multos sola curiositas attrahit, multos temporis fallendi studium, multos sola consuetudo; paucissimi eo animo adeunt, ut noxarum veniam à Deo consequantur. Si vespertinis Psalmis assistunt, id aurium oblectandarum gratiâ faciunt, quas musicarum vocum suavitas titillat; minimè verò mentem elevat, ad pium verborum sensum ruminandum; si concioni intersunt, intellectum solummodo eloquentiæ ornatu & ubertate pascunt, nullum sibi salutari doctrinæ fructum jejuniâ voluntate decerpente: Supplicationes publicas comitantur, ut oculos personarum affluentium varietate distrahant, minimè verò, ut affectus animi sui, mysteriorum, quæ representantur, sanctitati conjungant: si festos dies celebrant, sanctorum Cælitum memoriam minimè augent: quis ergo miretur, eos non Dei, sed vanitatis spiritu plenos illic commorari? Neque tamen negaverim, etiam honestæ, quam memoravi, voluptatis gratiâ posse templa frequentari;

hoc enim minimè prohibetur; sed cur Dei omnino obliviscimur? quasi verò primarius actionum istarum finis non Dei honor, sed nostri duntaxat animi relaxatio foret: & credere possumus aut sperare, functiones has Deo placere, ab illo laudari, & approbari? O nos delusos! contrarium sanè experiemur: metuo reverà, ne idipsum nobis Deus exprobrat, quod per Malachiam Prophetam similibus objicit: *Ecce ego projiciam vobis brachium: & dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum.* Deum immortalem! quæ verba hæc, Auditores, quæ verba? quis ea crederet, nisi essent divini oris Oracula? Festa celebratis, ait Deus, suavi vocum concentu, parietum ornatu; & pretioso apparatu: servate vobis hæc omnia, per me licet; nihil enim aliud video vos facere, quam confabulari, garrere, risu & cachinnis dissolvi, haud aliter, quam in theatris publicis, & infami scenarum licentiâ solet accidere; hæc ego festa, velut lutum vilissimum, in vultus vestros projiciam: *dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum.* Hæc non sunt solennitates meæ, sed vestra, non enim mei, sed vestri gratiâ illas acceditis, ut animum relaxetis, tempusque fallatis, jocis indulgeatis, domumque meam in domum lusûs & negotiationis convertatis. Hæc enim verò metuo, ne aliquando Deus nobis exprobrat, nisi fortè hac ipsâ jam horâ exprobraverit.

VIII. Et utinam relaxandi animi, temporisque fallendi gratiâ templa

O o 3      acce

accederent ! Illud enim verò pessimum est , multos ex composito eò venire , ut peccent , quodque longè pejus est , ut alios ad peccandum inducant. Quid ? ut alios ad peccandum inducant ? Ita enim vero : repeto ; Ecclesias frequentant , ut alios ad peccandum inducant. An non enim notorium est , templa à plurimis eligi , velut opportuna ad struendas alienæ pudicitiaë insidias loca ? hic vel maximè laquei texuntur ac retia , ut alios implicent , ac involvant ; hic liberrimè ponuntur offendicula , ut alii ad lapsum impellantur. Quid multis ? eò perventum est , ut

*fer. 7.*  
*30.* *licet cum Jeremia exclamare : Ponuntur offendicula in domo , in qua invocatum est Nomen Domini , ut polluantur. Vah scelus morumque licentiam ! Ubi tandem securus eris , ô Sancte pudor , si nec in domo Dei tutum refugium invenis ? fugis liberum per fenestras prospectum , ne curiosæ vicinæ oculis , & obtutu contaminearis ; odisti plateas & compita , ne à vaga multitudine injuriam patiaris ; scenas , ac theatra deseris , ne ab impudicis spectaculis offendaris. Verùm quo fructu ? si vix templum ingressus in scopulos incidas , alibi sollicitè evitatos , cogarisque ingenti tui ludibrio in ipso portu naufragium pati. Heu mihi , necesse foret hac ætate , ut divino cultui vacaturi in catumbas descendant ; periculosum enim est , etiam tremendo Missæ sacrificio assistere , supplicationes publicas comitari , divina oracula ex suggestu audire , ipsaque Divinissima*

Ecclesiæ Sacramenta frequentantiam vel hac horâ non nudum habent nomen , sed & Pauli zelum habent ut tantæ licentiæ enormitatem explicare , & tam atrocem exterminare possem.

IX. Ea quondam mentibus barbaris templorum reverentia stimatio inerat , ut in hostili sine Christiani nullum securus , bona omnia tuerentur , asylanderent : testis est Roma , cum incus , admoto ad ejus jugulum Gothico , ingenti per illam struendæ trucidentiæ grassaretur ; tantumtè barbarus iste honorem , contra Deo templis detulit , ut rigido imperio furentem exercitum cucerit , ne quenquam intra templorum aditus læderet. Erat per dignum admiratione ac stupore spectaculum , Romanos edicti non ad propugnacula , sed ad incertatim confugere ; eò pretioque inferebant , illic tritum spatium , quibus urbis expulsi habitabant , morabantur , ibi prandebant , dormiebant securi , patentibus & apertis ea gratia immunitate , quæ ceteris , quæ & propugnaculis clauderentur , gata est ; discurrebant inter attonitam civitatem Barbari amentes , dominabantur propugnaculis , munimenta cum morantibus , jam Consulibus palatium procerum regias invaserant , & num ætati decrepitæ in domibus gemitibus infantulorum in conspectu sponlarum lachrimis in conspectu

nec in nosocomiis infirmorum lamentis & precibus parcebant, nihil undique nisi mortis horror increbescibat, plateæ & compita ululatu & singultibus, clamore & confusione perlonabant; in solis templis tantos inter tumultus tranquillâ pace frui licebat, ad eorum usque limina cum furentes pertingerent barbari, mox pedem retraxerunt, maris instar irati, quod allisum litori frementes illicò fluctus resorbet, *Hæc usque cruentus saeviebat inimicus*, inquit Augustinus, *ibi tota feriendi refranabatur immanitas, & captivandi cupiditas frangebatur*. Viri juxta, ac mulieres, senes & infantes; innuptæ nuptæque, Christiani & gentiles, in templis securitate gaudebant; intactæ ibi erant vestes, purpura, aurum, gemmæ, vasa pretiosa, quæ sacra, quæ profana, ut D. Augustinus, Hieronymus, Orosius, aliique eorum temporum scriptores testantur. Jam ita ratiocinari libet, Auditores: Si tanta est templorum reverentia, ut vel barbarus religioni sibi duceret; illuc confugientibus nocere; an non pudeat Christianos, non corporibus, sed animis aliorum gravissima ibi damna inferre? Certè absque comparatione gravius damnum est, divinam perdere gratiam, quàm quocunque alio fortunæ bono privari, melius enim est homini, *justum esse, quàm hominem*, ut appositè ait D. Augustinus: si ergo barbarus in templo non est aulus violare bona, quæ hominis sunt, corporis nimirum & fortunæ; quam proterva temeritas est, violare, quæ *justi* sunt, ani-

nam nimirum & conscientiam? Et tamen, gemens id dico! & tamen sunt plurimi, qui aliis pudorem, gratiam, Paradisum, ac Deum ipsum in templo extorquere student, nec desunt, qui hunc in finem sese vanè exornent, vestes, vultum, & oculos lascivè componant, ut faciliùs incautos irretiant, vel irretitos arctiùs stringant. An non ipsi templorum parietes ad tam immanis injuriæ sensum moveantur, muti lapides exclament, & picturæ sensus expertes infremant? an non Angeli certatim immisso in eos fulmine hoc scelus ulciscantur? Certè D. Petrus Damiani affirmat, *Quantum putamus, adversum nos moventur Angeli? verba sunt sancti, dum in conspectu illius nos irreverenter sedere, timè & ridere, & sermones inutiles movere conspiciunt, cui scilicet ipsi trememes assistunt*. Si ob levem duntaxat irreverentiam usque adeo excandescunt, quid facient, si in ejusdem Dei præsentia ac conspectu nos impudenter peccare, alios ad scelus allicere, Deique templa in speluncas latronum convertere viderint, latronum, inquam, animarum, quod omnium atrocissimum latrocinii genus est: an non ingenti adversum nos zelo exardescant, & præ indignatione tabescent?

X. O utinam maximo hodie numero adesses juvenus incauta, quæ fronte perfrictâ tantas Deo injurias tantaque animabus damna infers in templis! Cogita, dicerem, cogita infelix, præsentissimum, quod tibi imminet, damnationis periculum! noli longiùs



longius abuti divinâ patientiâ : dissimulat ad tempus , sed noli credere , te impunè abituram : *Dominus , quasi vir pugnatur* : luctari non rarò videtur cum nostra malitia , & velut ab ea victus recedere ; sed cave ! *Omnipotens Nomen Ejus* ! cum minimè timueris , castigabit factum tuum , tantamque morum licentiam reprimet. Eia quid agis ? quid moliris ? quid expectas ? an fortè , ut Christus non jam ampliùs flagellis , sed fulmine armatus , è templo obsecrationibus tuis profanato te expellat ? Sequere , quæso , consilium meum ; abripe te , & facesse hinc ocyùs , nec pedem huc posthac inferas , nisi moribus in meliùs emendatis : qua enim fronte pavimentum hoc calcare , ad aras has consistere , has intueri imagines , velut totidem juvenilis tuæ licentiæ testimonia præsumis ? Hic certe minimè tuta consistere potes , nullius enim unquam locus , quantumvis Sacrosanctus , aut refugium , aut impunitatem præbet illi , à quo fuit violatus. Cælum sanè Empireum rebelles Angelos minimè defendit ; nec terrestris Paradisus Adamum ibi peccantem retinuit : & tu in Ecclesia tot injuriis pollutâ asylum speras ? *Nolite considerare in verbis mendacii dicentes : Templum Domini , Templum Domini , Templum Domini* ; timendum sanè est , ne subitus terræ motus , ut Epidauri & Arimini , tibi incumbat , qui templorum ruinam malè feriato capiti tuo allidat , nisi te quantocyùs hinc protipias : ut quid locum noxiè occupas ; aliis potiùs relinque , ut Con-

Exod.  
15.3.

Ier. 7.4.

ciones audiant , supplicationes tententur , Psalmis interfint , & devocantur. Si eo tempore libere libet indulgere , aufer te hinc tentes campos , in suburbana caude , pravis te confortiis jungat prostibulis & lupanaribus carere. Nolite mirari , me vos tantulò ac ferio à templi ingressu detari : si enim aliis , quantumvis visissimorum criminum reis , à rem , non dubito , Sanctos hæc filica sepultos suis è tumulis furros , mihi que acerbè exprobrat quòd cultoribus eos suis præsumam : cum ergo occurrant , signum est eos approbare quæ dico , vestramque præ abominari. Hæc enim verò dico Auditores , si improba illa & diuventus ad me hodie audire confluxisset ; hæc enim videtur populus ille , de quo per Moysen Dominus : *Populus , qui ad diem me provocat ante faciem semper*. Sed , ut video , qui presentunt rei , non adsunt , & ego indignationis meæ zelum in eodidi , qui minimè merentur. Sed me pœnitet hæc dixisse ; maxime interest , ut perspectrum habeat quantâ reverentiâ à vilissimis vermiculis Dei domus habenda. *Domum Dei decet sanctitudo*. Quia in illa asylum conceditis latronibus , & homicidis , cur non nestari , modestiæ , & compuncti au fortè sicut ab aulis , ita & à exesse cogemus eos , qui pietate care cupiunt & perpendunt

Auditores, an Christus satis causæ habuerit, ut propriâ manu ab usum usque adeo intolerandum castigaret.

## P A R S A L T E R A.

**A**udire mihi videor nonnullos vestrum: Ote virum bonum, Pater mi! non advertis, quantum tibi ipsi hoc sermone noceas? ad unum omnes è templo fugabis; quos ergo posthac Auditores habebis? consultius longè ageres, si coniveres nonnihil, & liberam singulis agendi facultatem relinqueres; sic enim & honori tuo, & Auditorum frequentiæ, & Templorum celebritati consuleres. Grates profectò maximas tam opportuna suadentibus debeo; verùm si ita est, cur non idiplum Christo suggestistis, qui dudum ante me fecit, quod in me criminamini? Templum ille, si nôstis, ingressus est, ad solennem pro more concionem ibi habendam, & nihilominus, cùm exiguum nonnullorum reverentiam observaret, flagellum arripuit, omnesque extra templi limina ejecit: *Omnes ejecit è templo.* An non hoc imprudenter, si Auditores habere cupiebat? veniam ergo mihi dabit, si & ego animum induxi, exemplum inde, inusitatum quidem, divinum tamen sumendi.

**XII.** Verùm mittamus has objectiones, joco potius, quàm seriò factas, de vobis certè persuasum habeo, Auditores, vos Templum minimè accedere, ut illud profanetis, atque ideo liberius in hanc corruptelam invecus sum; novi enim ubi, & quibus loquar. Quod si sine tam improbo sacras aliquando ædes subire vobis animus fuisset,

R. P. Segneri *Quadragesimale.*

set, dicerem sanè, tam gravem audaciam impunè minimè abituram, nisi Apostolum mendacem fuisse credamus, dum liberè ac palàm asseruit: *si quis templum DEI violaverit, disperdet illum DEVS.* Aurem, quæso, ad id advertite, quod sub præcedentis sæculi finem Crotonæ celebri Calabriæ civitate contigit. Vixerat ibi puella Illustri natalibus, rarâ corporis formâ, affabilitate, & pulchritudine dotata; his illa eximiiis DEI donis, in dantis despectum turpiter abutebatur, nulli tamen magis quàm in templis, ubi non alio fine comparere videbatur, quàm ut idoli instar adoraretur. Admonita est sæpenuero, & seriò quidem, verùm nequicquam; nunc supplicium, quod tandem illi incubuit, audite. Fortè solenni cuidam convivio sero jam vespere intererat, cùm ecce subito adeo vehementi, & intolerabili viscerum dolore correpta est, ut inter horrendos ululatus se se contorque- re, fremere, & spumare cœperit, sicque turbatâ convivantium hilaritate intra suorum brachia domum deportari debuerit, mortuæ similior, quàm animi deliquium patienti, Vocari in tempesta nocte medici, applicare fomenta, & pharmaca, sed irritò conatu, ut tandem velut ad conclamatam ex vicino Asceterio conscientiæ arbiter vocaretur, ultimum plerumque refugium, etiam eorum, qui eos prius exosos, viles, ac despectos habuerunt. Accurrit ergo vir probus, ac discretus, cumque exhomologesis faciendæ memoria injectâ, eandem suaviter hortaretur, ut amores lascivos, morum, vitæque

P p que

que licentiam, unicam fortè præsentis calamitatis causam, serio detestaretur, torvis illum turbatisque oculis intuita, flagitia sua protervè tueri, & saniora suadentem cum fastu & supercilio rejicere cœpit. Pater, cum nullum serii doloris sensum, aut penitentis animi signum exprimere posset, necessarium esse censuit, Divini judicii rigorem, vitæque antea actæ turpitudinem illi ante oculos ponere, & salubri terrore ad meliora revocare. Auscultavit illa vultu aliquantisper immoto, mox velut in furias acta, in hæc arrogantissima verba prorupit: si DEO me accipere placet, qualis sum, accipiat sanè, non obliſto, sin minus, relinquat me: mox tergum sacerdoti obvertere, & rabiosè potiùs mugire, quàm articulatè loqui perrexit. Ad responsum hoc, nescio, superbum magis, an desperatum, inhorruit sacerdos, & quidquid artis ac industriæ suppetebat, deliranti adhibuit; cum verò nec verbis asperis ad eam terendam, nec lenibus ad demulcendam, vim porrò ullam inesse adverteret, ingenti animi dolore illam furori suo in prædam relinquere, domumque reverti coactus est. Interea puellæ pater, cum eam sat longo tempore animi arbitro collocutam comperisset, noxarum confessione animum eluisse ratus, parochum monuit, ut absque mora supremo morituram viatico communiret; igitur sub primum diei diluculum adest sollicitus sacerdos, numerosâ comitum coronâ, ex improvise morituræ periculo attonitâ, stipatus. Jamque ad cubiculi limen, in quo ægra decubuit,

constiterat, cum exortus turbo ædium fores violenter effregisset, & sacerdotem ab ingressu prohibuit: accurrerunt ocyus famulorum ostium referant, sed occulta signa percipit, & in fugam coniecti sunt; intra decumbentis conclave tam horrendum midandus catenarum fragor, & numerum collisio, vocumque stridor audiri cœpit; palàm apparet, totum intus ædium tumultuari. Ad hunc ructum attonitus, qui confluxerat, primum turbati, mox dissipati, tandem cum Sacratissimo Sacramento re infectâ redire coactus est. disceserat, cum mitigato horrore tumultus posuit, ac cubiles fores sponte patuerunt: sed hæc spectaculum atrox & ferale; totum conclave expilato simile apparebat, minuta in partes lectica, turbata lintheamina, dejectum conopæum cubiculi & scrinia omnia sursum sum versa, ac per humum dispersæ vestes pretiosæ disjectæ, sparsi annuli, liquores odoriferi, & guentorum effusa fragrantia: quod summum horrorem incusserat, palam ipsa nudo corpore in pavimento strata, extincta & exanimis spectu vultu usque adeo horrendo, ut esset infelicem damnationis sententiam in ejus ore descriptam legere. Quis sero genitori ad tam lugubre spectaculum animus fuerit, vobis judicandum relinquo: adjuravit ille domesticos omnes, ut suo saltem honori & facie parcerent, & tristissimam carissimam

phen nemini revelarent; inde exequias instrui, ac infame funus intra templi confinia humari curavit. Verum non passa est Ecclesia, suo in sinu mortuam quiescere, quæ eam, dum viveret, toties profanavit. Ecce enim alterâ statim die tristissimum patri nuntium affertur, filiam exhumatam, ac insepultam jacere. Ille, inops consilii & præ dolore sui vix potens, primò in patenti eam campo sub diruti cujusdam muri ruinis sepeliri præcepit, sed exinde ejectam, ad maris litora sabulo obrui iussit; eum autem illa quoque tellus impudicam evomeret, ac probrosum cadaver ab oculis porro amovere non posset, furore tandem correptus exclamavit: veniant ergo diaboli, ac omnes inferni furia & cujus animam jam possident, ejus quoque corpus ad inferos secum abripiant. Promissimè vocati parvè: ecce enim integer diabolorum cuneus se stitit, & recenti etiamnum tragœdiæ hujus famâ, infaustum funus infernali pompâ ad Tartarum deduxere. Videtis ergo, quàm verè dicat Apostolus: *si quis templum DEI violaverit, disperdet illum DEVS*. O quàm facile DEO est, injurias suas ulcisci! & necdum expavescimus, necdum contremiscimus, quasi verò vires illi desint, æquale de nobis supplicium sumendi?


XIII. Tandem considerate, Auditores, in his, quæ frequentatis, templis stabilem vos ad finem usque mundi domum habituros: vestra, quæ habitatis, palatia brevi duntaxat tem-

pore vos recipiunt; quam primùm vitâ functi fueritis, etiam qui vobis charissimi sunt, & proximo sanguine juncti, vos ejicient, ne isætores, domos infestetis; solis tandem in templis quies vobis indulgebatur: *sepulchra eorum*, ait psaltes Regius, *sepulchra eorum domus eorum in æternum*. Quam ergo hic requiem defunctus expectet, qui sacrum hunc locum tot injuriis vivus affecit? Timeo enim verò, ne, si templorum monumenta aperirentur, plurium hominum cadavera (audeone dicere?) desiderarentur, quæ DEI permisso à dæmonibus translata, & velut loco tam sacro indigna, ad profundissimum in centro terræ effossum sepulchrum, ad locum nimirum non quietis, sed doloris æterni abrepta sunt: *in locum tormentorum*. Vestrumne aliquis est, ô Christiani! qui tanto se periculo exponat; timeo quidem, ne hic loquendi rigor multis displiceat; sed date veniam, quia Christi exemplo utendum est hodie flagello; si cui ictus dolent, sibi tribuat, quod sentit. Nemo à me blanditias aut palpum expectet; mundi vitia carpenda sunt, placeat, displiceatve, nil interest; si enim hoc non facerem, *va. Isa. 64. mibi, quia tacui: va. mibi, quia tacui*, clamandum mihi foret cum Isaia; sed nequidquam. Hoc verò à me DEUS avertat, ne servili hominum respectu territus, causam ejus unquam agere desistam, acclamationes enim non cupio, applausus non desidero, sed DEO soli placere.

# SERMO VIGESIMUS QUARTUS.

DIE MARTIS POST QUARTAM DOMINICAM.

*Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. ioan. 7.*

I.  Amiliare aucupibus stratagema est, ut, cum aviculam rariorem capiunt, cavere includant, solerter eidem provideant, ut ibi contentissima vivat, alimentis abundet, puro sudoque aere gaudeat, exultet, & tripudiet, nec minus in carcere suaviter cantillet, quam libera solebat. Sed qua de causa id faciunt? an non enim avicularum vitæ insidiantur aucupes, an non illas, sclopis, omnique armorum genere insectantur, occidunt, & maximo numero jugulant? unde ergo huic soli tantum amoris exhibent? Nolite hoc mirari, Auditores; non est hic amor, sed dolus aucupum: id unum intendunt, ut plures alias alliciat, & in eisdem, quos ipsa induit, laqueos trahat, dum ceteræ vident, sociam in cavea suo indulgere genio & deliciis affluere, & sic plerumque accidunt, ut, dum ex innumeris aviculis una à cæde servatur, innumeræ aliæ ad lanienam destinantur. Simili artificio dæmon cum peccatoribus utitur, cujus unicum studium in co-

versatur, ut illis persuadeat, bene se lautèque in obsequio suo habituros, seque rerum ac voluptatum omnium copiâ abundaturos, unde non est, si nonnullis, quos magis sibi devotos & devinctiores habent, pessimus ille veterator suam prosperam, honorificos appretus, & popularis auræ gloriæ procuret, quâ olim Pharisei quærebant. Sed hic vel maxime habet Christi doctrina, nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate. Nolite decipi, ne decipi, Christiani, si peccatorum renam lætamque frontem expugnant, & nescio quam felicitatem ostentent; fallax est hæc speciemerè secundum faciem: sique unquam aliàs, hic maxime verum est, pro oculi, vultus persape mentiuntur. Si enim creditis, Phariseos, quos deo graphicè D. Joannes depingit eos fuisse intus, quales foris apparebant? foris videri poterant animosi, felices, ac sorte suâ contentissimi; intus invidiâ, & rabie rubecebant. Cur ergo fidem incauti tam facilem dæmoni datis, qui lætus

bis faustosque dies promittit, si ejus vos obsequio mancipabitis? ô falsitatem? ô dolum! spernite hæc sibi, ridete illicia, vestram in perniciem & interitum intenta; ego interea, ut has vobis fraudes clarius detegam, hodie vobis demonstrabo, quod, licet aliud frænum non esset, nos à flagitiis continendi, sufficere debeat infelix & miserrimus status, in quo peccatoris animus versatur: aures benignas admovete, & videbitis.

II. Nemo ignorat, graves esse dolores, quos in partu puerperæ experiuntur; ubi tamen pepererint, & matres se vident, & prolis quidem masculæ, tanto solatio affluunt, ut omnium ærumnarum, quas in partu exantlarunt, obliviscantur: jam non meminit pressura propter gaudium. Nollem judicetis, parum esse sortem animæ peccatoris parturientis, sed omnino contrariam; tamen enim, si partus hora advenit, aliquem voluptatis sensum experiatur, tam grave tamen animi tormentum, tristitia ac dolor eam postea obruit, ut omnem solatii, quod prælesit, memoriam absorbeat: jam non meminit gaudii propter pressuram. Non mea, sed D. Chrylostomi est hæc cogitatio, cui totam, quam habeo, sacram eloquentiam debeo, & cui præ reliquis SS. Patribus me totum debere profiteor; audite, quid dicat: *mulieribus ante partum labor est ingens, post partum verò relaxatio; verum hic non item, sed dum parturimus corruptos affectus, delectamur, gaudemusque, ceterum ubi fuerimus enixi malum illum pue-*

*rum peccatum, tum conspectâ faditate partus, discruciamur gravius, quam mulieres parturientes.* Neque in ulla facillè alia veritate asserenda adeo consentiunt scriptores, quàm Christiani, quàm Ethnici, sacri juxta ac profani, quàm dum docent, non inveniri in mundo tormentum acerbius, reâ maleque affectâ conscientiam.

III. Grande tormentum, non negaverim, exilium est; Ovidius tamen illud animo malè sibi conscio postposuit: grande malum cæcitas; huic tamen ream conscientiam Orestes prætulit: Plautus celebris ille Comicus non horruit dicere; *nihil est miserius, quàm animus hominis male conscius.* Apprimè noverat Cicero, furias illas, quæ suo in theatris aspectu spectatores terrere solent, sulphureis facibus & anguibus horridæ, non nisi fabulas esse & commenta, verissimas tamen impiorum furias esse culpas ac scelera: *ha sunt impiis assidua domesticaque furia*, quodque Cicero sapienter censuit significari horrificis nominibus, Alectus, Tisiphones & Megæra, id ipsum Poëtæ adumbrare voluerunt per vulturem præcordia Titii depascentem, & aquilas viscera Promethei lacerantem. Quid de Plutarcho, Seneca, & Platone dicam, morales Philosophiæ Magistris; quorum si monumenta evolvantur, patebit conspicuè, maximam peccantium pœnam illos judicasse ipsum peccatum: *prima, & maxima peccantium est pœna, peccasse.* Verum, ut ad Doctores, & sanctitate propria, & populorum reverentiâ conspicuos ve-

niamus, quid Divus Gregorius Papa  
*c. 7 in 7.* scripserit, auscultate: inter multipli-  
*Psal pa-* ces, inquit, anima tribulationes, &  
*nis.* innumerabiles afflictionum molestias,  
 nulla major est, quam conscientia deli-  
 ctorum. Rursus: nulla poena gra-  
 vior est, malâ conscientia. Ilidorus:  
 nulla poena major malâ conscientia,  
 Bernardus: qua poena gravior, quam  
 interioris vulnus conscientia? Ita pa-  
 riter Ambrosius testatur: sed quid  
 alienas auctoritates emendicare neces-  
 se est, cum Divina supertant oracu-  
 la, quæ graphicè atrocem impij sta-  
 tum depingunt, nunc in Adamo  
*Gen. 3.* vel auræ sibilum & umbram expa-  
 vescente, nunc in Caino ad quem-  
 vis folii motum trepidante, nunc  
*Gen. 3.* in Lamecho oculatum homicidium  
*Gen. 4.* sponte suâ confesso, cum tamen ne-  
*23.* mo illi diem diceret, nec in iudicium  
 lite motâ traheret, nec ullam illius  
 notitiam haberet. O miserum Da-  
 videm! qui fronte quondam intrep-  
 idâ coram Goliatho stetit, qui leo-  
 nes strangulavit, gulam uris elisit;  
 is, inquam, adulterio cum Bethabæa  
 patrato, in eam animi vilitatem reda-  
 ctus est, ut vel unum militem Uriam  
 timeret! Quid? exclamat Divus Chry-  
 sostomus, nonne tu Imperator es? nun-  
 quid exercitus ad nutus tuos habes  
 paratos? nunquid hastas & enses in-  
 torques? nonne gladii potestatem ha-  
 bes? quid ergo times, tamen illata  
 Uriæ injuria innotescat? hi nimirum  
 conscientia turbata, sollicita, & in-  
 quietâ inevitabiles effectus sunt: vi-  
*In Psal.* dete fratres, pergit sanctus, & admi-  
*20 Rom.* ramini, quantum mali sit delictis ob-  
*1.*

noxium fieri, Rex militem timet, &  
 formidat subditum. Sed quid dico?  
 infinita sunt in sacris litteris exempla  
 atrocis carnificinae, quam crimen in  
 corde peccantis exercet; hoc Saulis  
 furia, Achabi deliquia, Balthazaris ter-  
 mor demonstrant, illaque impiorum  
 anxietates, quas Jobus elegantissimè  
 descripsit: sonitus terroris in auribus  
 illius semper, & cum pax sit, ille sem-  
 per insidias suspicatur. Et o uriam  
 mihi liceret, longius in hoc argumen-  
 tum me effundere, enimverò hoc Jo-  
 bi effectum omnium gentium testimo-  
 nio & approbatione firmarem: Flac-  
 cum Ægypti Proconsulem, natus  
 Philo, cum ob delicta relegatus in Is-  
 sulam esset, adeo diris conscientia tur-  
 ris fuisse agitato, ut nemine per-  
 sequente, nocte intempestâ à lecto  
 exilicret, mox tremens & anxius in  
 apertam campi planitiem fugerit, &  
 defixis in cælum oculis clamavit: tes-  
 tio enimverò, Numen aliquod cœli  
 dominari; mox singillatim scelera sua  
 commemorans, heu, nimium quon-  
 tum scio, clamabat, atroces me illo-  
 rum pœnas daturum, scio, scio pe-  
 bene, horum facinorum poena me moneat,  
 scio, scio. Mox semimortuus in ter-  
 ram collapsus jactabat brachia, con-  
 cutiebat genua, totoque corpore tre-  
 pidabat, usque dum gelido sudore  
 diffuens, omnium sensuum deliquitum  
 pateretur. Theseus Thraciæ Rex,  
 & Papirius Senator Romanus, vio-  
 lentas sibi manus intulere, quia per-  
 ferendis exulceratâ conscientiae mo-  
 tibus impares fuerunt, quos illi ab-  
 ulterii, alteri verò commissi incertis  
 mem-

memoria excitabat, ut Pausanias & Plutarchus testantur. De Tiberio Imperatore indubitatum est, nec Romanæ urbis majestatem, nec Capræ insulæ delicias, nec silvarum umbras impedire potuisse, quin crebris singultibus, cordis impuri, omni solatio destituti, angustias testaretur: *Tiberium non fortuna, non solitudines protegebant*, ait Tacitus, *quin tormenta petiveris, suasque ipse penas fateretur*. Longum foret, horrenda somnia Theodorici, Constantii, Anastasii, & Domitiani commemorare: certe Imperator Pertinax, nunquam pascinas suas intueri poterat, quin videre in aquis sibi videretur umbram funestam, gestu feroci, vultuque truculento strictum sibi ensen intentantem. Nero & Caligula noctes insomnes lymphatis, & fanaticis similes per amplissimos Palatiorum ambitus vagati, solem rogabant, ut discussis cælestibus tenebris ortum auroræ urgeret, Suetonio teste. De quodam Apollodoro recenset Plutarchus, eum aliquot noctibus somniasse, pellem sibi detrahi ac bullienti ahenò se immergi, atque à suam conscientia, velut domestico tortore sibi exprobrari: *ego tibi horum causa sum; ego conscientia tua te torqueo*.

IV. Hujus ergo veritatis tantam habentes impostam, ut ait Apostolus, *habemus testium*, vestrâ pace in hunc modum placet ratiocinari: si aliud frænum non foret, quod præcipitem in scelera animum retineat, an non sufficiat; scire, quòd tantæ peccantibus ærumnæ, tantaque animi lanic-

na immineat? Quæ non amentia, posse dormire suaviter, in lecto molli & floribus consperso, quo titulo D. Bernardus conscientiam innoxiam & innocentem compellat, *lectulus conspersus floribus bona conscientia est*, & tormenta equulei eligere? Eia, quid dicitis peccatores? quam excusationem tantæ fatuitatis prætenditis? an forsan lethagro laboratis, illorum more, qui, Jobo teste, spinis, & verpibus velut mollibus in plumis cubabant, & esse sub sensibus delicias computabant? Respondebitis, nî fallor, aliis quidem gravia videri animi tormenta, quæ ex peccato nascuntur, sed vos contrarium experiri, vos nihilominus cum gustu prandere, tranquillè dormire, hilariter conversari; nec homicidia, nec adulteria, nec incæstus unquam vos ita terruisse, ut mortem vobis optaretis, eorum exemplo, qui panico & muliebri metu percussi mortem sibi ipsis intulêre. Sed heu mihi, si vester hic sensus & serium responsum est, ne ego plurimum deceptus sum; credideram enim, eos me hodie alloqui; qui firmâ fide tenerent, esse DEUM, infernum & Paradisum, atque unius noxæ lethalis reum esse, idem esse, ac odio haberi à DEO, reum esse inferni, ac Paradisi extorrem. Hæc autem si creditis, an non omnis culpa gemitus vobis & ululatus exprimat; ciborum nauseam moveat, quietem turbet, & omnem humanæ conversationis amœnitatem velut infuso absinthio inficiat? hæc nimirum deploranda est animi vestri durities & insensibilitas, quam sacra Oracula infelici



*Gen. 45.* felici illi Esau attribuunt, cum accep-  
34. to lentis edulio, comedit, & bibit, &  
abiit, parvi pendens, quod primoge-  
nita vendidisset. Parvi pendens! ô  
cæcos & amentes! an non hoc ipsum  
vobis suspiria & lacrimas extorqueat,  
dum eò vos pertigisse videtis, ut ne  
sentiat quidem mali vestri gravita-  
tem? vulnera, quæ non dolent, ut  
D. Augustinus ait, vel maximè fata-  
lia ac pestilentia sunt; febres, quæ  
sui sensum adimunt, sunt maximè  
malignæ; hæc est malacia omni tem-  
pestate periculosior, quam omni stu-  
dio fugiendam clamat Hieronymus &

*Epist. ad expedite rudentes, vela suspendite, tran-*  
*Heliodo-*  
*rum.* *quillitas ista tempestas est. Verùm, pa-*  
*ce vestrà dixerim, ego non credo,*  
*rem ita, ut dicitis, se habere, vosque*  
*post DEUM offensum tantam tran-*

*Iob. 4.5.* *quillitatem animi experiri: quis enim,*  
*ut Jobus ait, quis restitit ei, & pacem*  
*habuit? Sed demus vos eam experiri;*  
*certè brevissimam illam fore, certò*  
*credite: tamdiu forsitan durabit, quam-*  
*diu juvenus viget, robustæ etiam-*  
*num sunt vires, & mortis vicinæ sus-*  
*picio vos nondum terret: cur au-*  
*tem severitatem Divini Judicii, &*  
*imminentia vobis supplicia non atten-*  
*ditis? Cùm fatalis paulatim hora im-*  
*tum enim verò non pungentissimus*  
*solum animi remorsus, modò aut*  
*sopitos, aut repressos sentietis, sed*  
*suis veluti solutas catenis furias expe-*  
*riemini, non secus ac tigrides, si*  
*ferrum & vincula: quibus teneban-*  
*tur, evadunt, multò truculentius sæ-*

viunt, quàm cùm libertate suâ gra-  
derent.

V. Quid non sacrilegum ac ne-  
fandum Antiochus ille, cognomento  
Illustris, perpetravit? ut Machabæo-  
rum narrat historia. Potentissimo ex-  
ercitu Hierosolymam ingressus, ro-  
ctà ad templum convolvit, & quib-  
quid ibi sacrosanctum erat, temerari-  
furto abstulit; nec altari aureo, nec  
candelabris eodem metallo fulis, nec  
reliquæ pretiosissimæ suppellectili pe-  
percit: inde immani strage civium  
ctà, spoliatis domibus, expilato stu-  
rio publico, thesauros absconditos ob-  
peculatus, cùm urbis muros autem  
non posset, flammis illos in pabulum  
reliquit, & superstitem populum  
cultu DEI abstraxit, atrocibus in-  
terdictis posthac circumcidi vetuit,  
immundis victimis Dei sacrificia con-  
taminavit, festa legitima insano  
ribus violavit, super ipsam sanctam  
aram Idolum abominandum erexit,  
cui certo tempore proprios immolandi  
filiòs & oppressas virgines præcepit;  
tandem ad omnem veri Dei memo-  
riam abolendam, sacros Codices ex-  
ussit, novamque legem intolerabilis  
audaciâ condidit, legem in monte Si-  
nai datam abolevit, abrogavit, exor-  
thoravit. Et tamen legimus, hæc  
gravissimorum scelerum colluctum  
septem integris, quibus superviit  
annis, nullam animo ejus inquietudi-  
nem, aut remorsum peperisse, sed la-  
tum semper & gloriosum, factumque  
immenso tumentum, eò arrogantia  
pervenisse, ut, sicut scriptura loquitur,  
exijit

existimaret, se pra superbia terram ad  
 navigandum, pelagus verò ad iter ha-  
 bendum deducitur. Sed quamdiu  
 hæc omnia? cum vitæ terminum at-  
 tigi, num forsitan excutere, aut so-  
 pite potuit conscientia remorsus, quos  
 tanto prius fastu suppressit? id enim  
 verò impossibile illi fuit, cum enim  
 infirmus decumberet, ingens animi  
 tristitia eum oppressit, summamque  
 circa se purpuratorum solitudinem  
 conspicatus, in hæc suspiria planctus-  
 que protulit: *nunc reminiscor*, inquit,  
 sed cuius reminisceris, Rex potentissi-  
 me, an fortitudinis tuæ, ac rerum ge-  
 starum gloriæ? minime? *Nunc remi-  
 niscor malorum, qua feci in Ierusalem.*  
 Sed importunum & molestum est,  
 o Rex tam tristitia ab infirmo cogita-  
 ri: quin lætiora cogitas, & amæ-  
 nioribus objectis animum levas: vi-  
 ditoriarum potiùs, & palmarum re-  
 cordare, quas triumphali manu mes-  
 suisti; Ægyptum cogita tibi tributa-  
 riam, Palestinam tuæ potestati man-  
 cipatam, Syriam domitam & sub-  
 jugatam: nonne tu es, qui eductis  
 in aciem eodem tempore quaternis  
 potentissimis exercitibus Asiam uni-  
 versam armorum, & armatorum hor-  
 rore inundasti, & terrore nominis tui  
 extremis Nili accolis leges posuisti?  
 Tua est Babylon, urbs illa & magni-  
 tudine, & miraculorum gloriâ forsi-  
 tan rotius mundi maxima; tua est An-  
 tiochia, tua est Susa; tua sunt; tot po-  
 pulorum, quos debellasti, ætaria;  
 tua sunt tanta gentium spolia, atque  
 trophæa, cur ergo horum memor non  
 exultas, non gaudes? Heu mihi, non

possum: *Reminiscor malorum*: cum-  
 que miser intoleranda facinora à se  
 patrata singillatim enumeraret, violen-  
 tias nimirum, crudelitates, injustitias,  
 furta & rapinas, interna animi sui  
 tormenta his verbis explicavit:  
*Recessit somnus ab oculis meis, & con-  
 cidi, & corruï corde pra sollicitudine*  
*& dixi in corde meo: in quam tribu-  
 lationem deveni? & in quos fluctus  
 tristitia, in qua nunc sum, qui ju-  
 cundus eram, & dilectus in potestate  
 mea? Ecce omni in Deum fide de-  
 stitutus & perfidus homo, Rex in-  
 solentissimè superbus, omnisque ra-  
 tionis contemptor, cum morti vicinus  
 accederet, conscientia stimulos, &  
 Syndereseos latratum dissimulare non  
 potuit; quid ergo accidet Chri-  
 stianis? quid Orthodoxis, quales nos  
 sumus? Heu non tantum sacrilegia à  
 nobis perpetrata, verum & levissimæ  
 fraudes, & quodvis vel exiguum de-  
 lictum, formidanda nobis specie oc-  
 curret, & gelidum nobis sudorem  
 exprimet. Si quis æquor aspiciat,  
 dum leni malaciâ quiescit, tam lim-  
 pidum illud, tam transparentem & pu-  
 rum judicat, ut nullam in sinu suo im-  
 munditiam fovere crederet: verum  
 præstolamini tantisper, dum tempe-  
 state coortâ conturbetur, Superi  
 fæces eructat? quas sordes? quam  
 cloacam, cum algâ putridâ flu-  
 ctibus innatante turpitudinem suam  
 evomit? Ita omnino peccatoribus in  
 morte continget, ut testatur Job:  
*Anima eorum in tempestate morietur;*  
*tunc enimverò ad summam usque*  
*cordis superficiem alga prius profun-**

R. P. Segneri Quadragesimale.

Qq dè

dè delitescens ascendet, idest mendacia, odia, fraudes, & doli omnes, superbia & fastus, omnisque turpitudine & obscœnitas, menti eorum obverfabitur: quis tunc ipsis animus futurus sit, judicate. Heu miseri, in eo rerum articulo, non odio solùm sibi ipsis, sed & abominationi erunt: refert sacra pagina, Regem Saulem cum supremo illo ac infelici cum Philistæis prælio fufus, victusque fuisset, jacentem in via publica repertum fuisse, lethali vulnere, quod sibi ipsi desperabundus inflixerat, sauciaturum; cumque mori, ut optabat, non posset, vidit juvenem Amalecitam, quem supplici voce rogavit; ut ultimam morti maturandæ manum admove-

2. Reg. 1. 9. extricandi: *Sta super me, & interfice me, quoniam tenent me angustia.*

Et quis tandem mihi dixerit, quænam hæ angustia fuerint? corporisne, an animi? an ab hominibus, an à dæmonibus excitata? Ut hoc innotescat, consulendus est cum Abulensi textus Hebræus, qui sæpenumero eximios sanè, selectissimosque sensus aperit; sciendum ergo, quod Hebræa Phrasibus illorum verborum loco: *tenent me*

*Abulens. angustia, dicat, tenent me ora vestimenti sacerdotalis.* Animo nimirum ejus, oculisque objecti videbantur omnes illi sacerdotes de Nobe, crudelissimè à Saule jugulati; hi atrocissimos in ejus animo dolores, & angustias suscitabant, & ultionem ac vindictam coram divino tribunali

clamabant: *Videbatur sibi Saul pro- pinquus morti videre sacerdotes domini, accusantes eum in judicio coram Domino.* Res, auditu non indigna, sic accidit: cum David exul persequentem Saulem fugeret, contigit, ut & famelicus, & viarum incommodis lassatus ad Abimelechum nobis Nobe magni nominis sacerdotem veniret, à quo benevolentia, & humanitate singulari exceptus, & victum, & arma, quibus carebat, liberaliter accepit: advertit hoc persequens quidam, è famulatio Saulis minister, cumque haud aliam artem magis sibi proficuum esse penes Principem, & timidum juxtà & suspiciosum adverteret, quàm, omnibus quidem populis execrabilem, nec minùs tamen usitatam proditionem, rei totius ferriem ad Saulem continuo detulit. Quis explicet, in quas furias, & rabies Rex exarserit? illico Abimelechum ad se advocat, & adducto eum spercilio obliquè intuitus: Tu ergo, inquit, ille es, qui Davidem inimicum meum recipis? Quin gener iste tuus est, reponit promptissimè Abimelech; & quis in tota servorum regum corona fidelitate par Davidi? in pace sapiens est, formidandus in bello: Hoc enim verò à me Deus avertat, ut illum ad me accedentem è domo repellam! Recepi illum, fateor, ac certanum recipiam, quin domus mea tota omni officiorum, & obsequiorum genere illum cum ambitu venerabitur. Vah perfide, respondet Saul, ergo tu quoque in caput meum & Coronam conjurasti? pœnas mihi dabis Abimelech.

melech, & domus tua univerſa? Eja  
 agedum, moriantur a&tutum omnes,  
 moriantur! Eia milites! ſtricto ſer-  
 ro infilite, ſacerdotes trucidate: *con-*  
*vertimini, & interficite Sacerdotes Do-*  
*mini.* Quis crederet? nec unus qui-  
 dem militum, viris ſacroſanctis auſus  
 eſt manum admovere. Converſus  
 ergo Saul ad ſervum Doëgum no-  
 mine, Ipfiffimum delatorem ac in-  
 dicem, ſolum illum regio juſſu ſub-  
 ſtituit, qui crudele mandatum omnium  
 ſacerdotum ſtrage exequeretur: nec  
 multis imperiis opus erat ſacrilego,  
 quin gloriæ ſibi ducens, delationem  
 ſuam tam felici ſucceſſu coronari,  
 etiam carnificem agere non detrecta-  
 vit: atque adeo Saul ad pedes ſuos  
 octoginta Sacerdotes impiè trucida-  
 tos collabi vidit. Ecce facti ſeriem,  
 jam ad proſtitutum redeamus: cum  
 ad mortis conſinia accederet, videre  
 ſibi videbatur Saul, ut Abulenſis ait,  
 iſtucos illos, ſacerdotali habitu in-  
 dotos, vulneribus lividos, & ſanguine  
 conſperſos, qui crudelem ſibi tyranni-  
 dem exprobrarent, atque animum jam-  
 jam abituriſentem violenter retine-  
 rent, ut graviore doloris ſenſu more-  
 retur, & lentiret ſe mori: *Videbatur*  
*sibi Saul propinquus morti videre Sa-*  
*cerdotes Domini accuſantes eum in ju-*  
*diſio coram Domino.* idipſum, quod  
 Sauli iſtucos accidit, Auditores, cun-  
 ctis peccatoribus evenit: O quæ nova  
 animis illorum ſcena aperietur, cum  
 in ſerali agone derelicti jacebunt!  
 Horrenda aliquibus ſpecie ſeſe ob-  
 jicient fraudati mercede mercenarii:  
 & pauperes in extrema neceſſitate de-

ſerti; aliis obverſabuntur juvenes,  
 eorum conſiliis flagitioſè ſeducti; aliis  
 virgines ignominioſè violatæ, inno-  
 centes calumniis oppreſſi, religioſi con-  
 temptui ac ludibrio habiti, vos judica-  
 te, an non cum Saule exclamaturi ſint:  
*tenent me anguſtia!* clamabunt enim-  
 verò, quis dubitet? audite Chryſoſto-  
 mum: *Cum enim, inquit, ſemper nos*  
*ſtimulet peccatorum conſcientia, tum*  
*verò maximè illà horà, cum hinc ſu-*  
*mus abducendi: tunc enim ſive quis*  
*rapiuit, ſive fraudavit, ſive contumelià*  
*affecit, univerſus illie peccatorum cu-*  
*mulus renovatur, oculiſque exhibetur,*  
*mentemque ſtimulat.* Addit, eveni-  
 re illis, quod reis capitalibus in car-  
 cere & vinculis uſu venit: ſemper qui-  
 dem illi anxietate, & ſollicitudine  
 exæſtuant, ſed illa potiſſimum no-  
 cte, quæ rigidum examen antecedit,  
 cum enim die alterà ſe nôrunt judici  
 ſiſtendos, ac quæſtioni & equuleo  
 ſubjiciendos, nec ad breve temporis  
 momentum quietem palpebris indul-  
 gere poſſunt, nilque aliud vident,  
 aut cogitant, quàm tribunal, tor-  
 tores, carnifices, funes, cataſtas, equu-  
 leos. Id ipſum teſte Chryſoſtomo,  
 id caſu noſtro uſu venit: *Quemadmo-*  
*dum iſ, qui tenentur in carcere, ſemper*  
*quidem deſecti ſunt, ac mærentes, ma-*  
*ximè tamen, ſub illum diem, quo ſunt*  
*educendi, & ad ipſas pertrahendi judi-*  
*cis fores; ſic & anima.* Teſtantur  
 in horrendæ illæ viſiones, quæ Chri-  
 ſtianos in extremo mortis articulo  
 conſtitutos terruiſſe leguntur: Clu-  
 niacenſis refert, aliquem videre ſibi  
 viſum duos leones, aperto & hianti

riū in se insilientes; alius fuit, qui ab immani urso sub mensa jacente dilaniandum se credidit, alius, qui à lupo, spondam lectuli circumeunte, in prædam se expectari censuit; alius demum, qui torrentem flammeum cubiculo suo illabi, illudque totum inundare arbitratus est. Novi quidem, hæc terriculamenta probis etiam non raro ad terrorem à dæmone objici, aut esse morborum effectus ac symptomata, quæ vi connaturali facultatem imaginatricem conturbant: verum plerumque sunt perturbatæ ex delictorum memoriâ mentis effectus; credunt enim tunc miseri, creaturas omnes, velut divinæ justitiæ ministras, & vindicandas Conditoris sui injurias adversus se armari. Quid ergo prodest, illa animi monstra, velut catenæ alligata, aliquandiu compescuisse, si in agone cum summa ferocia erumpant, & veluti diuturna fame irritata, facto impetu in nos insiliant? faciant peccatores, quod lubet; indulgeant genio; hilaria vivant, & inquietos animi fluctus dissimulent, seriùs aut citiùs, in vita vel in morte mentem mutabunt. Igitur si tam sollicitè & studiosè ab illis voluptatibus nobis temperamus, quæ morbos generare solent, ut sunt paralysis, convulsiones, scabies maligna, febres, & podagra; cur non & à peccatis abstinemus, ne illa animi tormenta subeamus, quæ omnium & Christianorum, & gentilium judicio sunt omnium gravissima?

VI. Cùm prudentissima Abigail offensa à marito suo Nabale Davidis

furorem mitigare vellet, preces, excusationes, & variarum rationum momenta admovit: sed quoddam omnium efficacissimum fuisse arbitravimus? Audite, quid dixerit: *cum fueris Dominus tibi Domino meo omnia, quæ locutus est bona de te, non erit tibi hoc in singultum Domino meo, quod ipse tu ultus fueris.* Video enim verò, dicebat illa, maritum meum omnis supplicium reum esse, tu verò, si pro tua clementia & humanitate veniam ei donaveris, nullam quoddam tristitiæ causam coram DEO habebis, quod vindictæ desiderio in mansuetudinem peccatoris: *non erit tibi hoc in singultum.* Id ipsum vobis ingemino, Auditores, cùm tam benignas mihi aures præbueris; si vestrùm aliquis vindictæ studus est, si insidias struere incantæ cujusdam pudicitie machinatur, si turpe lucrum affectat, si DEUM porat offendere, contine te, contine inquam, Christiane! nec à pravitate sideris usque adeo te excæcari patere, ut omnem futurorum memoriâ deponas: *respice finem*; omnis enim, quam è flagitio captas, voluptas citissimè evanescet: *velut somnium stans non invenietur*, dicam cum Jobo; sed qui singultus, remorsus, & angustia succedent? quodsi verò DEI amore à peccato abstineas, quâ pace animi perfundèris? veniet, veniet, timida illa hora, *Dies finitionis*, ut cum Ecclesiasticus appellat, cùm finitis voluptatibus, lucris, gloriâ, coram divino conspectu nudus apparebis; quantum ibi solatii hauries, si mentis consilii obsecundaveris? *non erit tibi*

in singultum quòd opes & rem familiarem profanis usibus dilapidâris; non erit tibi in singultum, quòd familiæ incrementum injustis mediis quæsieris; non erit tibi in singultum, quòd ingenium cæteraque naturæ dotes malè collocaris; non erit tibi in singultum, quòd potentiâ tuâ ad scelestâ factâ abusis sis; non erit tibi in singultum, quòd valetudinem obcænis voluptatibus attriveris; non erit tibi in singultum, quòd ætatem & annos, ad salutis negotium curandum concessos, non dicam inutiliter, sed impiè consumpseris? Tum enim sermone hujus recordaberis, ac DEO grates habebis immortales, quòd casu etiam fortuito aures illi præbueris, manibus in cælum sublatis gemes, plangesque, ac DEO millies benedices, qui te furore tam insano abripi non permisit, ut ad illum offendendum prolabereris. Heu, qua angustia, dices, cor meum affligeretur, dum nihil quantum in præsentia rum agnosco, O DEUS! quid sit injuriam summæ majestati intulisse? Tu Deus meus, tu fuisti solus, qui manum mihi adjutricem porrexisti, posuisti super me manum tuam; O favorem! O gratiam! & quando tandem grato eam animo condignè remunerabor? sic, certè loquemini; & utinam eundem in modum universi vobiscum! scio tamen perbene, non omnes, ut David fecit, Abigaëlis consilio parituros, cum falsò existiment, se mendaci illâ, quâ modò gaudent, tranquillitate semper fruituros: relinquamus eos in duritia cordis sui; tandem enim, cum vos in ultimo illo rerum

articulo exultabitis, eorum societati aggregati, de quibus scriptum est: non tanget illos tormentum mortis; id unum ipsis reliquum erit, ut amarum singultiant, & frustra ingemiscant.

## P A R S A L T E R A.

VII. **N**on me later, quid ex eo; quod hæcenus præcipue ad calcem Orationis disserui, peccatores subtiliter & ingeniosè, ut ipsi putant, illaturi sint: illum nimirum remorsum, quem in mortis articulo experientur, tranquillitatem non tantum non turbare, sed plurimum augere; hinc enim eveniet, ut ex vehementiâ remorsûs majorem antea vitæ horrorem concipiant, & sic facilius ac certius salventur. Verùm, mihi credite, ingens & periculosa est hæc deceptio: an enim graviores conscientia stimuli cogitari possunt, quàm quos antea memorati Reges Saul & Antiochus experti sunt? num tamen idcirco eorum aliquis conversus est? Minime sanè; sed uterque, ex communi SS. Patrum sensu damnatus est. Sed nunquid sceda scelerum suorum species, vivis depicta coloribus, eorum menti objecta est? nunquid gravissimum inde dolorem, & animi tormentum sensere? omnino, atque ita quidem, ut in desperationem adducti sint; tantum enim, tamque grande malum eis videbatur peccatum, ut illis veniam se consequi posse desperaverint. Quid ergo mihi porro obicitis? creditisne etiamnum, extremos conscientia stimulos faciliorem vobis salutis semitam facturos? nequaquam, sed faciliorem duntaxat desperationem,

nem. Nolite etiam consuetam vobis in DEI bonitate fiduciam, aut rectius loquendo, temerariam præsumptionem jactare, quæ idemidem ingeminatis, infinitam esse DEI misericordiam, vosque Eidem adeo confidere, ut illi velut matris brachiis tutò indormire, ac consopiri possitis: ne, inquam, hanc mihi fiduciam jactate; illa enim ipsissima faciet, ut in mortis articulo de Divina bonitate penitus desperetis. Neque hoc insolitum vobis, aut à veritate alienum videatur; qui enim studiis, navigationi, musicæ, equestri exercitationi, picturæ, aut armis tractandis assuescunt, ipso usu longoque exercitio habitum sibi & facilitatem comparant, in nostro autem proposito contrarium contingit, quicumque enim Divinæ, dum vixit, Clementiæ temerè innititur, in mortis periculo eidem gravissimè diffidit. Non cupio, ut mihi credatis, sed D. Xaverio; an enim hanc viro tanto, & Apostolico quidem negabitis, qui ingenti animarum zelo utrumque mundi Hemisphærium complexus, vitam totam in peccatorum omnis generis, sexûs, ætatis, conditionis, ordinis, & nationis conversione impendit? Hic, cum ex Indiis ad socios Romæ degentes litteras daret, disertè affirmat, se longâ, qua moribundis astitit, experienciâ didicisse, neminem in morte difficilius adduci, ut suam in divina bonitate fiduciam collocet, quàm qui, dum viverent, de eadem noxiè præsumebant: *visitabam, inquit, ægros, & morientes confirmabam, ut aquo fidentique animo è vita*

*discederent, quod quidem longè difficilissimum est iis, qui divinis legibus nimè paraverunt, quippe (montem adverte ad id, quod subjungit) quippe hoc minore divina clementia spe, ac fiducia moriuntur, quò majore ante mortem in sceleribus, & flagitiis volabantur. An quidquam explicatius in rem nostram dici potest? nec quicquam ergo, summoque vestro damno gradem illam fiduciam, quam nuoc experimini, morituri vobis promittatis, tunc enim tanto minorem habebitis, quanto majorem in præsentiarum præcætis. Si rationem poscitis, heu illam in promptu ideo modò de divina misericordia adeo præsumitis, quia comparum gravitatem non satis æstimatis, sed velut puerorum crepundia periculum & jocum contemnitis; in morte verò rei hujus momentum, peccati sceditas, & illatæ DEO injuriæ gravitas palàm apparebit: quid mirum ergo, si veniam, quæ vobis modò tantæ facilis apparet, vos obtenturos desperetis? *Circumdederunt me dolores mortis, verba sunt Davidis peccatorum moribundum repræsentantis, circumdederunt me dolores mortis, & quò inde? torrentes iniquitatis conturbarunt me. Intellexistis? Edicite modò quanti nunc peccatum faciatis; non quid instar calicis aquæ frigidae? habemus quasi aquam iniquitatem. Atque talis etiam moriturus apparebit id negat David, & pernegat: tunc enim torrentis instar impetuosi se menti infundet, qui confusà strage omnia miscet, & violento impetu incurre viatores abripit.**

VIII. Dæmones ipsi omni arte & industria collaborabunt, ut scelerum vestrorum magnitudinem summè amplificent, quæ modò levissima esse mentiuntur. Verùm quid dico, Dæmones? Christus, Christus ipse vestram vobis ingratitude, sanguini suo tam injuriosam, exprobrabit: quam ergo in eo fiduciam collocabitis, quem probè scitis, rationem exactissimam penitendum, non dicam de detractio- nibus, maledicentiis, blasphemis, & injuriis, sed de omni verbo otioso? Ille tunc vobis in Cruce nudus, vulneratus, lividus & perfusus sanguine apparebit, stipatus utrinque angelis, terrorem ac formidinem spirantibus, qui manu volumen ingens flagitiorum vestrorum tenebunt, claraque voce vobis exprobrabunt horrendis verbis Regii Plauti: *hac fecisti, & tacui!* Tu enim vero à tenera ætate, & primis unguiculis, non tam nôsse me, quàm offendere capisti; didicisti nomen meum, ut blasphemares, & legem meam, ut conculcaves: *& tacui.* Infami- pelimorum hominum consortio te adjunxisti, quibuscum in omnium scelerum sentinâ te voluisti, eorum doctrinam, sensum, exempla & mores induisti: *& tacui.* Tempia & Basilicas fugisti; conventicula, & malorum cœtus frequentasti: Sacra Lyturgiâ ac divinis officiis neglectis, tabernas & symposia accelsisti; spretis divinis Sacramentis ventri & crapulis lirâsti; sermones sacros nauscâsti, pro pudiosa sensuum, & oculorum irritamenta sectatus es: *hac fecisti, & tacui.* Postquam ætatem vitilem atti-

gisti, nullo habito vel sexûs, vel gradûs, vel conditionis respectu, effrenatis desideriis & affectibus tuis servivisti: *& tacui;* pessimis morum vitæque exemplis filios educâsti, divini timoris, & Christianæ disciplinæ, ac rerum sacrarum expertes: *& tacui.* Ex amoribus lascivis præceps ivisti in odia & vindictas, inimicis & æmulis irreconciliabilis, illos odio plusquàm Vatiniano persecutus es; tradidisti eos in mortem, effuso eorum sanguine colutularus: *& tacui.* In senio pecunias velut Idolum adorâsti; has iniquis injustisque mediis corrasisti; fidem datam infregisti; justitiam contamina- sti: *& tacui.* Es alienum non expunxisti; in aliorum damnum iniquissimè egisti; in favorem alterius infamia patrare facinora non erubuisti; festos dies non celebrâsti, Oratoria & cœtus sacros non frequentâsti, sacræ orationi non vacâsti, conscientiæ & animæ curam non habuisti: *hac fecisti, & tacui.* Existimasti iniquè, quod ero tui similis, cumque delicta tua tacite dissimularem, semper me taciturnum credidisti: jam verò *ut parturiens loquar,* cumque Sanguinem meum vilissimi instar luti tam protervè proculcaveris, ille ipse te modò damnabit, qui in tuam salutem effusus est. Hæc enim verò Christus loquetur, quodque pluribus in mortis articulo fecisse scribitur, immersâ forsan in latus manu pretiosissimum suum Cruorem in faciem vestram excutiet, & habe tibi, dicet, sanguinem istum, cedatque in perniciem tuam, qui vitam tibi afferre debuerat. Postquam



quam Christus tuis se oculis subducat, formidanda dæmonum caterva in te infiliat, idque unum aget, ut infelicem tuam animam, obscæni corporis ergastulo solutam excipiant, & ad inferos secum deducant. Credisne ergo, te tantas inter angustias de Divina clementia bene speraturum: O stolidum & fatuum, qui id sibi promittere audeat! videtis igitur, ut ad propositum redeam, ferales illos, quos in mortis articulo experiemur, conscientia stimulos minimè nobis profuturos, ut salutem faciliùs consequamur, sed ut in angustias majores redacti, vehementius affligamur; & in desperationis barathrum præcipitemur.


IX. Hæc cum ita sint, & tempus etiamnum ac mora suppetat, quid porro faciendum superest? quàm pænitentia, pænitentia! iterum repeto, pænitentia! Hæc teste Gentium Apostolo, animo nostro perfectam quic-

tem plenamque tranquillitatem conciliabit, ut tranquillam vitam agamus in omni pietate; reliquæ omnes industria irritæ sunt & frustraneæ. Quis ergo porro juvat, nugis jocique liberalibus, ludisque ac ludicris sese immergere? quid juvat, tantâ morosâ dissolutione, novis in dies animi relaxationibus, comædiis, symposiis, conviviis, & choreis vacare? quamdiu acutissima læthalis noxa spina animo inhæret, omnia explenda & malagmata foris admota nec bilis proderunt; spina extrahenda est, intellexistis? spina extrahenda est, & infixa diu relinquitur, interiora penetrabit, vobisque adeo tenaciter adheret, ut omni retrò sæculorum & otatum æternitate, frustra inter acutissimos dolores gemere, furere & excommare cogamini: *conversus sum absque fine & termino, in autumnâ meâ, & configitur spina.*

## SERMO VIGESIMUS QUINTUS.

DIE MERCURII POST QUARTAM DOMINICAM.

*Responderunt parentes ejus, & dixerunt: scimus, quia hic est Filius noster, & quia cæcus natus est; quomodo autem nunc videat, aut quis ejus aperuit oculos, nos nescimus. Ioan. 9.*

I.  Eminos hosce cæcī nati parentes excuset per me, quicunque vestrum voluerit, Auditores, apud me certè nullum excusationi locum inuenient: ad quid enim profiteri palam, nescire se, quâ ratione filii oculi aperti sint? *scimus*, quia cæcus natus est, quomodo autem nunc videat, nescimus. Hæccine cura filii est? hæc de illo paterna providentia, & debita sollicitudo? Verùm quidquid sit, fortunatus sanè hic cæcus erat, quia JESUS ei oculos aperuit; pessimum autem est, quòd multis diabolus oculos aperiat, & tamen id nemo pensi habeat. Adverunt non rarò parentes, liberos suos esse nimium quantum oculatos, & ad omnem nequitiam perspicaces, utque rei hujus culpam à se amoliantur, dicunt, nescire se, ex quo fonte malitiam hauserint: *quis ejus aperuit oculos, nos nescimus*. O fatuam & frivolam excusationem! quod enim gravius debitum parentibus incumbit, quàm curare, ut filii primævam, in qua nati sunt, cæcitatem, hoc est innocentiam & simplicitatem retineant, eorumque oculi non ab alio, quàm à Christo aperiantur. Verùm quàm pauci sunt, qui hoc debitum vel apprehendant, vel impleant? Plurimorum sanè parentum unica cura & studium est, prolem nancisci, eamque & precibus & votis à DEO obtinere laborant: ubi votis damnati sunt, nullâ porro sollicitudine moventur, cum tamen præ-

R. P. Segneri *Quadragesimale.*

stet, nullam, quàm pravam & reprobam prolem habere. Scimus quidem, sterilem etiam & infructuosas arbores ita non rarò æstimari, ut hortos regios adornent; quin ipsa antiquitatis numina, cum plantas honori suo sacras eligerent, steriles fructuosas prætulere; ita quercum Jupiter, laurum Apollo, pinum Neptunus, hederam Osiris, Juno juniperum, Venus myrtum elegit: verùm arbori malorum & noxiorum fructuum feraci, nemo unquam locum in fundo horti sui indulget, neque solum nemo Deorum est, qui ei pretium statuat, verùm nec ullus agricola tam stolidus est, ut suam illi curam adhibeat. Igitur operæ pretium facturum me existimo, si debiti hujus magnitudinem demonstravero parentibus, qui illud vel non credunt, vel non attendunt, & propterea in ea damna incidunt, quæ inde sequi necesse est. Aurem ergo benevolam & attentam indulgete.

II. Scio quidem, non solum parentibus, sed pluribus aliis strictam de filiis vestris rationem reddendam esse: tales imprimis sunt magistri, qui eos litterarum studiis imbuunt; præfecti, ac moderatores, qui mores eorum formant; conscientiarum arbitri, qui animi curam suscipiunt; Oratores sacri, qui eos ad pietatem excitulant; Principes ipsi, quâ sacri, quâ profani, quorum est, legibus publicis juventuti teneræ præcun-ctis aliis providere, haud aliter, quàm tenellis plantulis hortulani: parentibus tamen præcipuè & præ-

R r cun-

cunctis aliis incumbit, filiorum suorum satagere; alii enim omnes civili solùm & politicâ, parentes verò naturali ad id lege tenentur, nam omnis causa, quæ effectum primò produxit, obligatur, ut eundem, quantum potest, perficiat. Huc appositè facit doctrina D. Thomæ, quam in doctissimo contra gentes volumine proponit: duo nimirum esse effectuum genera; primum eorum, qui cum omni perfectione sibi debita nascuntur; alterum verò eorum, quæ imperfecta generantur: & temporis progressu perfici debent. Primæ sortis sunt inanimata omnia quorum genitrix & causa, ubi ea primò produxit, non retinet amore materno, non educat, non fovet, nec blanditur, sed velut officio suo functa abjicit, ac derelinquit. Exemplum sumamus ex duabus rebus obviis, aquâ nimirum, & igne: scaturiginem aspice, cum flumen parit; silicem intue, dum ignem gignit: utraque causa partum suum longè à se dimittit, suumque sibi pabulum & augmentum querere finit. In effectibus autem animatis contrarium evenit, hi enim imperfecti nascuntur, indigentque curâ, & maternis, ut ita dicam, brachiis, usque dum & nutriti, & amanter educati, ultimam manum accipiant: apparet hoc in pomis, floribus, spicis, uvis, ac ceteris fructibus, qui parvuli, tenelli, crudi, informes, & acerbi primò nascuntur, atque ideo pomum ramo, florem bulbo, spicam culmo, uvam palmiti, omnesque alios fructus matri

longo tempore adhærere, & in eju veluti gremio foveri necesse est, docetque experientia, difficilior longè pomum acerbum, quàm matrum avelli, quasi tenellus adhuc filiolus matrem invitus deserat, & illa pariter filium, usque dum plenam ille perfectionem acceperit, & ista dedit. Adhuc clarius id apparet in brutis, quæ non nisi imperfectissima nascuntur: de struthione narratur, quòd partus suos ignavè derelinquat; derelinquit, ait Jobus, struthio ova in terra; unde à DEO ipso in stultitatis ideam proponitur: duratur ut filios suos, quasi non sint sui; privavit enim eum DEVS sapientiâ, nec dedit illi intelligentiam. Inter reliqua verò animantia non facilè debitorum videbitis educationem sollicitam & benignam, hoc solo discrimine, ut idem D. Thomas solerter observavit, quòd quædam eorum à sola matre, quædam verò ab utroque parente educuntur; à matre sola educuntur canes, equi, agnelli, & vituli, aliæque animantia, quæ lactis adminiculo indigent; his solius matris ubera lactisurgentia sufficiunt; pater verò ad ea negligit, ut ne agnoscat quidem ut sua: contrarium in volucribus evenit, quas natura nec lacte, nec mammillis instruit, ne tam gravis uborum appendix volatum impediat; cumque rapto iis vivendum, & pabulum sibi suisque pullis necessarium laboriosè colligendum sit, sola mater minime sufficeret, atque ideo columbas, turtures & perdices, ac si quas alios novimus minus feroces, etiam pater

L. 3.  
cont.  
gent. c.  
22.

affertens nutrit. Nec solum bruta omnia parvulis suis cibum subministrant, usque dum in eam aetatem adolescant, ut sibi met ipsis providere possint, verum etiam solerti curâ, ac instructione imbunt; ad ea, quibus opus habent addiscenda: ita accipiter pullos suos ad venationem instruit, delphinus ad natandum, leo ad prædam, gallina ad rimandum, aquila ad volatum sublimem: *provocans ad volandum pullos suos*, cum tamen ut plurimum bruta animantia nullam à prole sua remunerationem, nec opere, nec affectu percipiunt, verum necessariâ educatione peractâ, nec proles parentem, nec parens prolem porro agnoscat; unde dissociata mutuo abeunt, quocumque ea impetus abripit: cum ergo nihilominus eisdem tantâ sollicitudine assistant, pascant, provideant, tueantur, atque infimæ servitutis & charitatis obsequia præstent: quis non videt, legem hanc educandi, ac perficiendi prolem, non à Politica tantum institutione, aut civili gubernatione institutam, sed à natura omnibus inditam, ac impressam, adeoque hominibus etiam observandam, idque eò magis, quod homines, ut Plinius advertit, in genere suo magis imperfecti nascuntur, quam bruta: homines enim nudi in lucem prodeunt, bruta verò pilis vestita; illi nudipedes, ista calcata & unguibus instructa; illi inermes, bruta verò armata. Ad hæc majoris longè perfectionis capaces nascuntur homines, quam non nisi tardè consequuntur; unde eorum educatio, non paucis

diebus, brutorum instar, sed non nisi plurimis lustris absolvitur, imò juxta Divi Thomæ mentem, in omnem porro vitam protenditur, atque ideo connubium natura suâ indissolubile est. Ex hac insigni Sancti hujus Doctoris doctrinâ, velut *ex præmissis* infallibilibus, hanc certissimam *consequentiam* deducamus: si obligatio, ac debitum educationis, quo parentes adstringuntur, minimè *positivum* est, sed naturale, non scriptum, sed innatum, non humanum, sed divinum, nemo non videt, multò strictius vos ad eorum profectum promovendum teneri, quam Principes, Præsules, Magistros, conscientiarum arbitros, moderatores, prædicatoresque, aut quosvis alios morum Directores, tam sacros, quam profanos. Hi enim lege duntaxat civili tenentur, quæ minus stringit; vos vero lege naturæ, quæ magis est efficax, ac rigorosa.

III. Hæc cum ita sint, an non merito habent, quod metuant, qui in liberorum educatione vecordes, & negligentes se exhibent? Si enim tam stricta ratio Principi, Præsuli, aut alteri cuivis reddenda est, qui suâ culpâ filium vestrum perire sinit, quid vobis eveniet, qui Patris, matrisque munere fungimini, si vestrâ culpâ filii pereant? si illorum ignaviam aut nimiam conniventiam DEUS tam graviter castigat, an vos mitiora sperabitis? Audite D. Chrysostomum, peritissimum in hoc negotio Magistrum: *Patres, educate filios vestros, in disciplina, & in correptione domini, ut Apostolus jubet; si enim nos*

R 1 2 *ipfi*

L. 3.  
cont.  
virtus.  
vit. mon.

ipsi quoque vigilare jubemur, tanquam pro animabus illorum rationem reddiduri, quanto magis ergo Pater, qui genuit? An intelligitis, Patres Christiani? quanto magis pater, qui genuit? Vos ipsis vitam dedistis unde mores etiam illorum formare, ad virtutem invitare, & à vitiis abstrahere, in disciplina verborum, & correptione verberum, ut S. Thomas ait, tene mini; idque eò magis, quòd major vobis in filios autoritas, majorque filiorum in vos reverentia sit; vos unico consilio opportuno, unà correptione moderatà, quin uno verbulo asperiore, gestu quoque aut nutu, oculis nictu plus ab ipsis impetrabit, quàm alii clamoribus & minis. Experta hoc est mater celebris illius Andreæ Corsini: erat ille in primo juventutis æstu moribus dissolutus, pluresque viri religiosi nec quicquam ejus petulantiam coercere ac moderari tentabant: quod autem illi non poterant, mater, cui nomen Peregrinæ, obtinuit; hæc enim unicà inventivâ sanctum eum reddidit, & è lupo ferocienti mitissimum agnum. Quàm rigidam ergo Deo rationem reddetis, nisi autoritate, vobis tam amplè concessâ strenuè utamini? Ad hæc, à vobis illi in victu, vestitu, ceterisque expensis dependent, vestram hæreditatem expectant; unde vestrum ad nutum promptos habebitis, si probos bonosque muneribus, ac promissis foveatis, discolos verò & malè feriatos minis & probris castigetis. Considerate tandem, liberos vestros sub vestra custodia, velut in nido

aviculas, contineri, dum mollis adhibeatur instar ceræ tractabiles, omnique formæ capaces sunt: si malè vobis educantur, & crescentibus annis salutarum Præsulorum Doctrinam, ac documenta majorum contemnant, qui contumaciæ hujus præcipuè reus erit, quàm vos ipsi! vestra enim verò hæc culpa erit, vestra voicè: Pater dicitur tenerum acceperit filium, primaque ac solus omnium ejusdem instruat facultatem nactus sit, & bellissime illam & facillimè imbuere poterit ac moderari, ut D. Chrysoströmus loquitur: hoc nisi feceritis, omnis in vos culpa obstinatæ illorum dissolutionis, morumque intractabilium redundabit, quin omnis aliorum labor irritus erit, si vos partibus vestris non responderitis. Ad quid enim magni Principes ad filiorum vestrorum commodum Provincias Academiis celeberrimis, nobilium convictibus ac collegiis ornant, si vos illos inde abstrahitis? Quomodo à Magistris ad litterarum studia incitabuntur, si nullum à reppore vestro & locordiâ stimulum experiantur? quomodo mores eorum formabunt moderatores, nisi vos munum, & adminiculum præstetis? quomodo ipsi Oratores facti, & animorum arbitri profectum animi curebunt, illi quidem allocutionibus publicis, hi verò privatis admonitionibus, nisi à vobis ad frequentem divini verbi auscultationem, ac sacramentorum mysteriorum usum impellantur? Palàm ergo & perspicuè appareat, omnes obligationum rivulos in aliis dispersos in vobis pleno alveo conjun-

gi. Tot ergo vobis oculi in filiorum disciplina aperti sunt necesse est, quot Argus ille providentissimus Peloponnesi Rex apertos habuit: vestrum est, omnia eorum verba, omnem gestum ac motum moderari, nec vobis satis esse debet, solam illis directionem impendere, verum insuper opus est, & mandatorum praxim ab illis exigere, & hoc ubique, & semper, intus & extra civitatem, in publico ac privato. Vobis incumbit solerter arbitrar, quò vadant, quibuscum conversentur, quò animi eorum & affectus inclinent; quia verò juxta sapientis Oraculum: *ex studiis suis intelligitur pater, vestrum est, etiam cogitationes animi rimari.* Neque hæc velim inanem verborum amplificationem existimetis, sed certò vobis persuadeatis, hoc unum fuisse, quod in filiorum gubernatione Jobo cordi fuit, cuiusque sollicitum reddidit, cum nesciret, quales animo cogitationes volverent filii, quosque affectus in mente parturirent. Unde in more positum habuit, primo mane consurgere, diluculo, ut sacra testatur pagina, & Deo sacrificium ad eluenda filiorum delicta immolare: *Dicebat enim, ne forte peccaverint filii mei, & male dixerint Deo in cordibus suis.* Ecce non dixit: *labiis suis, non lingua sua, sed in cordibus suis*: adeo sollicitus erat non solum de culpis eorum apertis, verum & occultis, non publicis tantum, sed & secretis, non certis tantum, sed & dubiis.

IV. Quid ergo ad hæc respondeatis? an tam gravi, tantique momen-

ti debito sollicitè satis facitis? an anxie filiorum vestrorum innocentia, integritatis, & profectus satagitis? Heu alia omnia cogitatis, quàm ea, de quibus Chrysostramus loquebatur! In id unum incumbitis, ut filii vestri divites & opulenti, nobiles & potentes evadant; ut autem virtuosii fiant, hæc enimvero ultima vestra cura est. Alii militaria munia filiis suis provident, honores alii, alii dignitates, alii divitias, & nemo, ò cæcitatem deplorandam, & nemo DEUM & Cœlum, cum tamen de hoc solo vobis ratio reddenda sit; minimè certè interrogabimini, an eos reliqueritis auctos redditibus, an honoribus Illustres, affinitatum vinculis honoratos, sed id unum, an virtute conspicuos; de hac enimvero in tribunali illo tremendo rationem Deus exiget. Vos verò quid responsi dabit, qui eò usque pertingitis, ut, si modò pecuniarum copiâ abundant, parvi vestrâ referat, tametsi de salute æternâ sibi periclitentur. O quàm facile vobis foret, nisi avaritiæ sordes vos impedirent, de prædagogis peritioribus, de disciplina & instructione meliore, de directione magis proficua ipsi providere? & vos, ut modicis sumptibus parcatis, hæc omnia turpiter negligitis. O probrum! ò dedecus! Exclamat D. Chrysostramus, quem præsentis proposito velut magistrum ac Doctorem perlibenter adhibeo, cum præ reliquis omnibus hoc sanè argumentum eximie tractaverit; ut campi sæcudentur & arva, ut habitatio sit commodior, lautior culina, equi copiosiores, currus

R r 3 &

Gem. 55.  
in Math.

& rēdē splēndidā, nullis sumptibus parcitur, at verò, ut filii sint magis morigeri, ad obulum usque computus & rationes ducuntur. Sed parum hoc foret, nisi pejora sequerentur: quin per frequenter accidit, ut si duo vobis sint servi, fidelis unus & accuratus, sceleratus alter & discolor, illi prædiorum vestrorum, huic verò filiorum curam committatis. Et hanc vecordiam quomodo excusabitis? Equi sanè curam mediastino imperito non credis, nec gregem tuum mercenario infideli, nec boves pecuario minus experto; & filium tuum servo scelerato, pædagoگو stupido & ignoranti credere non erubescis? Hic enim error omni excusatione indignus est; si enim proprii commodi cupido filium fortunæ bonis posthabere cogit, nil video magis impium, stolidum, & insanum: ego certè si hanc pravæ educationis causam esse nō ssem, actutum cum antiquo illo Philosopho altissimæ turris culmen conscenderem, indeque magno fremitu, summisque clamoribus id unum repeterem: *Quo tenditis homines? quo tenditis? qui rei faciendæ omne impenditis studium, filiis verò instituendis, quibus opes vestras relinquitis, exiguum ac planè nullum?* Quò conceditis cives? quò conceditis? hic ad Juriconsultum ad tractandas lites, ille ad trapezitam pro cambiis, hic ad Principem pro favoribus impetrandis, ille ad mercatum pro mercibus parandis; ubi verò interea reliquistis filios vestros? si intra manus custodum fidelium, o fa-

ctum bene! insidite negotiis vestris. Si verò vobis absentibus, in convectibus juvenutis profligatæ scelerum magisteria frequentant, aut in placidâ lubrica obcænitatis consortia, aut ruri degentes turpi otio indulgent, non sine pretiosi temporis jactura, si in hisce, inquam, aut similibus locis morantur, revertimini, obsecro, revertimini parentes immisericordes, & primò filiis, tum fortunæ bonis invigilate. An non enim ipsis bona vestra paratis? quæ autem major industria invigilare bonis, quæ in filiorum obsequia destinantur, & obsequi filiorum, in quorum tamen gratiam cuncta ista parantur? In hunc solum modum loqui vellem ad illius Philosophi imitationem, quem Plutarchus producit. Nec mihi sanè Chrysostrami ipsius autoritas desoret, qui pleno ore confitetur hoc aliud non esse, quàm fatuum quendam hominum imitari, qui in id unum sua & curam impenderet, ut ad irrigandas plantulas magnam aquarum copiam colligeret, minimè verò curam di haberet, an plantæ, quæ educandæ sunt, sint ingenuæ, an silvestres, indolis bonæ, an degeneres; igitur œconomix cura, rei que familiaris tendæ sollicitudo minimè vestra in educandis liberis solordiam excusat; nullum enim lucrum tanti momenti & ponderis vobis esse debet, quàm accurata & perfecta prolium DEO vobis donatæ educatio. Quam aliam ergo excusationem dabitur? quid perfidiæ & proditionis manifestæ tenemini? Quid enim, si qui

vos accusaret & convinceret, vos infantibus vestris lac & ubera negasse, cibum filiis adultis, vestitum nudis, domum ac lectulum vagis subtraxisset: nunquid causæ vestræ merito mementis? & tamen in partem solum magis ignobilem, in corpora nimirum filiorum injuriæ essetis: quid ergo, si partem nobilissimam omni cura destitutam relinquitis? animam dico; quid, inquam, fiet? nisi eisdem, cum facile possitis, de magistro exquisito, de servo fideli, de animi arbitro pio doctoque, de libris utilibus, manu ductione opportuna, consortio innocenti, exemplis, consiliis, stimulis, frænis, ducibus, aliisque adjumentis viæ Christianæ necessariis provideatis? *Filii tibi sunt*, clamat Ecclesiasticus, *erudi illos*, non ait, *dita illos*, *erude illos*, *extolle illos*, sed *erudi illos*. Hoc enim illud unicum est, porro necessarium, ut boni probique efficiantur.

V. Utinam verò unicum hoc crimen vestrum foret, filiorum nimirum vestrorum neglectus, at longè gravius in medium proferam: quod illud vos esse causam eorum interitus & ruinæ; ita est, Auditores, causam vos esse eorundem ruinæ. Hic enim vero excessus est abominabilis, ad quem detestandum hodie mihi cor æneum, & vocem tonitru optarem; nunquid enim scelus istud nostra ætate vulgare & frequentissimum est? præterat omnino, plurimis parentum filiorum educationem minimè committi: satius foret, si vix dum nati casastro, ut quondam Moyses, aut

fiscellæ inclusi undis & fortunæ exponerentur, aut intra montium desertæ, vel silvarum obscura projecti desererentur, quàm ut noxiis impiisque principis à teneris unguiculis imbuantur: *utinam hoc tantum culpa esset* (ut or verbis eloquentissimi Chrysolomi) *utinam hoc tantum culpa esset*, nihil utile liberis parentes consulerent, posset id, quanquam gravissimum sit, aliquatenus tolerari, nunc verò eos ad ea, qua salutis suæ sunt adversissima, impellit, & acsi deditâ operâ liberos vestros perdere omni studio curetis, ita universa illos jubetis facere, qua qui faciunt, salvi esse non possunt. Vultis hæc vobis ad oculum demonstrare? aures advertite! Lex Evangelica, teneris infantulis cum lacte instillanda, divitibus damnationem minatur: *va divitibus!* Vos verò tenellis eorum animis à prima ætate habendi cupiditatem inseritis, omnemque hominis felicitatem in eo consistere docetis, ut scrinia plena, granaria redundantia, promptuaria & cellas bene instructas possideant. Ecce, dicitis, hunc mihi mercatorem, hunc Canonicum, hunc nobilem aspice, ad quantam non fortunam pervenerunt! Hic suburbanum extruxit magnificentum, hic Beneficium obtinuit locuples, hic felicitatis suæ basin affinitatum vinculis stabilivit; tunc eò usque pertingere aliquando posse confidit? Et hæc parentum monita filii tam altè imbibunt, ut aurum & opes numen suum esse credant. Rursus Evangelium docet, animi demissioni studendum: *recumbe in novissimo loco!*

Luc. 6.  
24.

Luc. 14.  
10.



Vos verò contrarium filiis vestris persuadetis, & identidem suggeritis, ad altiora esse tendendum, neque contentos eos esse debere fortunâ & statu, in quo eos primi natales posuere, sed fluminum instar occupandum indices plus terræ, dilatanda & amplificanda esse dominia. Iterum Evangelium affirmat, injurias benevolè esse condonandas, *Diligite inimicos vestros* I vos oppositum tenellis mentibus instillatis, docetisque, nullius unquam injuriæ oblivisci, & canum instar cuiusvis affilienti dentes ac rictum hiantem demonstrare, latrare, vindictam & ultionem spirare. Et heu quot sunt, qui filiis identidem occinant: hem, familia tua summam semper reverentiam & respectum obrinuit; plurimos equestri, & militari dignitate conspicuos, togâ & sago eximios numeravit: indignus es avis tuis, nisi honoris tui punctum mordicus tuearis: hinc gaudent, si videant, filiolos arua libenter tractare, & martiales paulatim spiritus demonstrare, magis que iisdem applaudunt, si dextrè bombardam onerent, quàm si manum calamo & cultello scriptorio peritè admoveant. Ipsæ etiam Matres, tam bonæ cæteròquin & piæ, quibus, obsecro, doctrinis tenellas filiolas imbuunt? an Evangelicis fortè, quæ luxum superfluum, & pomparum vanitatem docent fugiendam? *ne solliciti sitis corpori vestro, quid induamini!* Heu mihi, nihil minùs, sed omnino contrarium: Eja, dicunt, vade, age filia, dic Patri tuo, velle te ad normam æqualium tuarum vestiri; dic, pudere te, sic porro in publico com-

parere; dic, ut è seriniis lemniscos sericos, inaures, tonilia & armillas depromat; aliter te mihi sociam minime futuram, nec ad templum quidem, & lyurgiam sacram: tum enim verò hoc muliebri mundo elegantissimè ornatas, à tenera ætate nudatis aut dolosè tectis humeris frigori ferendo indurant, idque unum sollicitè inculcant, ut in vestitus forma & modo ætati & tempori se accommodent, nec Cæcionatorum clamores & objurgationes morentur. Ecce Auditores hæc sunt documenta pulcherrima, quibus hæc ætate, patrum matrumque quod plurimi liberos informant. Sed quo verum fructu? ut nempe in teneris illorum ac mollibus animis, ubi hæc sentina receperint, tam profundas sentina radices agant fastus, ambitio, vanitas, audacia, commodi proprii cupiditas, & nesque alii pravi, ac distorti affectus, ut cum ætatis decursu adoleverint, nulla humana manus aut industria rami furculisque tam venenatis rotulis erolendis par sit: *Adolescens juxta viam suam, illam nimirum, quæ ad malum ex natura pronus est, etiam cum fuerit, non recedet ab ea.* Et vobis etiam num delictum vestrum levis esse momenti videtur? Non dubito, decoretam vobis millies Sacerdotis Hebraeorum, quem DEUS ad eum erat exesus, ut eum & sacerdotali dignitate, & facultatibus, & vitâ, & si fortum oportumque successione pervaverit, cum tamen probabilis multorum sit optatio eundem ob alia singularissimam esse Religionem merita salvatum; nihilominus tamen Philo Hebræus, DD. G. 17.

Luc. 6.  
27.

Luc. 12.  
22.

h.

Gregorius Nazianzenus, Isidorus Pe-  
lusiora, Cyrillus Alexandrinus, Joanes  
Chryostomus, Petrus Damiani  
cum pluribus in ejus damnationem  
propendunt, quâ illum Divi Cæsarius  
Arelatenfis, & Ephrem Syrus palam  
& aperte fulminârunt. Et cur senten-  
tiam tulit tam tremendam? DE I ora-  
culum percipite: *Ed quod noverat, in-  
digne agere filios suos, & non corripue-  
rit eos, idcirco juravi domui Heli, quod  
non expietur iniquitas domus ejus victi-  
mis & muneribus usque in sempiter-  
num.* Hæc ergo nimia erga impios fi-  
lios indulgentia, tanta illi supplicia,  
Deique odium concivit, ut nec sacri-  
ficiis, nec victimis, nec precibus porro  
potuerit placari. Audite igitur, &  
contremiscite Auditores! si infelix iste  
tantâ severitate castigatus est, quod aut  
sine efficacia reprehenderit, aut mi-  
nus rigide flagitiosos filios castigaverit,  
*ed quod non corripuerit*; quid illi  
non timeant, qui non solum filios à  
vitiis haud retrahunt, sed perniciosus  
insuper doctrinis eò impellunt & in-  
citant? si peccatum non punire, usque  
adeò DEO displicet; quid erit, illud  
laudare, suadere, propagare, & illius  
authorem fieri? an ulla infelicibus his-  
ce salutis spes superesse possit? Ide-  
nim verò ego ignoro, & ideo vestrum  
judicium exquiro; si enim documen-  
ta tam noxia, de quibus suprâ differui,  
juveni cuidam extero & potestati ve-  
stræ minimè subjecto, Judæo, Ethni-  
co, Turcæ suggereretis, certè in ju-  
dicii Divini tribunali vos reos pronun-  
tiarem. O impios juventutis corrupto-  
res! o impios juventutis corrupto-

res! explicari nequit, quantum sitis  
DEO exosi: atque ideo, ubi in Can-  
tibus communiter legitur, *capite nobis  
vulpes parvulas, qua demoliuntur vi-  
neas*, Hieronymus docet, legendum  
esse, *capite nobis vulpes, qua parvulas* *Can. 2.*  
*demoliuntur vineas*; ut vox illa, *par-  
vulas*, non tam ad vulpes, quàm ad  
vineas referatur; corruptores enim  
isti vulpes sunt, quæ affiliunt vineas  
parvas, juventutem nimirum tene-  
ram, eam devastant, & miserè depu-  
lantur; has Dominus vult capi &  
jugulari; *capite nobis vulpes, qua  
parvulas demoliuntur vineas.* Sic er-  
go peroro: si ob prava consilia, flo-  
renti cuidam juveni data, tam stricta  
Deo ratio reddenda est; quid erit, si  
illa filio vestro suggeratis, cui à natura  
obligati estis, sanctâ educatione, ac sa-  
lutari institutione providere? Hæc,  
hæc perpendite: mihi interea liceat  
nonnihil respirare.

## P A R S A L T E R A.

VI. **V**ix raptum curru igneo E-  
liam magistrum suum vide-  
rat Elisæus Propheta, cum ab hoc spe-  
ctaculo per amœnos collium recessus  
versus urbem Bethel redeunti, puero-  
rum turba numerosa occurrit, cachin-  
nos inter & prophetæ ludibria, clara  
voce clamantium: *Ascende calve, ascen-  
de calve.* Obstupuit Elisæus ætatis tam  
pusillæ grandem temeritatem, & justâ  
indignatione commotus, *maledixit eis* *4 Reg.*  
*in nomine Domini.* Vix effatus erat, *2 23.*  
cùm, ecce! è vicina silva ferocissimi *4 Reg.*  
duo urfi in mediam puerorum tur-  
mam, quasi in agnorum gregem irru-  
unt, *2. 24.*

R. P. Segneri Quadragesimale.

S f unt,

unt, ac dilaceratis eorum costis, denu-  
 datis ossibus, sparsisque intestinis, bi-  
 nos & quaterdenos, horrendâ laniâ  
 discerptos interemerunt: *Egressique  
 sunt duo ursi de saltu, & laceraverunt  
 ex eis quadraginta duos pueros.* Si in-  
 terpreses confuistis, Auditores, dicent,  
 parvulos hosce, nondum graves mali-  
 tiæ capaces fuisse, cum palam de ipsis  
 sacra pagina testetur, fuisse etiamnum  
 teneræ ætatis: *pueri parvi.* Cur ergo  
 tam severè & atrociter puniti sunt?  
 causam dicam: ut nimirum parentes  
 ob pessimam eorum educationem in  
 ipsis punirentur, verba sunt Lyrani, a-  
 liorumque plurium. An non & vos,  
 ô parentes Christiani, sæpenumero  
 filii de industria omnem vitæ mō-  
 rumque licentiam indulgetis, nec sancto  
 DEI timore imbuitis, ne fortè, ut  
 vestris loquendi formulis utar, cum  
 adoleverint, devoruli potiùs, quam  
 generosi evadant? Quas pœnas in hac  
 etiam vita ob hoc delictum dabitur?  
 videbitis enim verò illos præmaturâ,  
 eaque ignominiosâ morte ereptos:  
*De Patre impio queruntur filii, quoniam  
 propter illum sunt in opprobrio.* Verùm  
 fruuntur vitâ longiore; tristitiæ sal-  
 tem, sollicitudinis, doloris, ac tormen-  
 ti copiosam vobis materiem præbe-  
 bunt: *Lacta filium, & paventem te  
 faciet,* ait Ecclesiasticus, *lude cum eo,  
 & contristabit te.* An non miserabilis  
 erat Agar, quæ ob Ismaëlem filium  
 petulanter educatum, exul & extorris,  
 per silvas & saltus errare coacta est?  
 Quis dolor & luctus Davidis Regis,  
 dum ob Absalonem nimis indulgenter  
 habitum, Regni ac coronæ amitten-

dæ periculum subiit? Quâ tristitiâ ob-  
 ruebatur Patriarcha Jacob, ob proce-  
 cem filiam Dinam? aurem advenit,  
 & plurimum in vos emolumentum re-  
 dundabit. Peregrinatione longâ per-  
 functus senex optimus, ad Canan cop-  
 finia cum suis pervenerat, ibique in  
 patenti campo à Sichimitis cœmpto,  
 fixis tentoriis quiescebat; cum ecce  
 Dina, quæ vitæ tria lustra compleve-  
 rat, ubi inaudit, non procul inde mu-  
 lieres Sichimæas, ad certam quandam  
 festivitatem convenire, facultatem  
 Patre petiit, illuc concedendi, vide-  
 dique mulieres regionis illius; rati-  
 bat enim illam, intra tentorii & op-  
 pilionum angustias, tamdiu veluti ca-  
 ptivam constringi. O quam par-  
 tetisset Patriarchæ, si juvenile deb-  
 derium, ac muliebrem hanc filie  
 curiositatem severius corripuisset? no-  
 rum ille indulgentior nolebat illam  
 fligere, & ne porrò aut precibus, aut  
 planctibus parenti molestè instaret.  
 Vade, ait, filia, & ad locum, quem  
 consideras, bonâ meâ veniâ concede.  
 Quid? eat Dina? ô filiam miserabi-  
 lem? ô Patrem dolendum! O quam  
 labyrintho te simul & illam involvet  
 factum prosequamur, sanè formidabi-  
 dum: egressa est virgo, regionis illius  
 mulieres visura, & quamvis cautâ  
 modesta incederet, visa est à non-  
 nemine, mox concupita, rapta, de-  
 florata; cuiusque qui hoc patravert,  
 autoritatis maximæ esset, Princeps  
 ipse Sichimitarum, blanditiis irreti-  
 tam, domum deduxit, & in legitimum  
 connubii foedus assensum extorrens  
 Nuntiantur hæc interea Patri, inspec-  
 tato

Ecclesiasti-  
 cici 4.  
 10.

rato filiae casu afflictissimo; & offer-  
tur, quæ major sanè ab hominibus  
peregrinis, & exteris sperari non po-  
terat, dos locuples, & Principe dig-  
na promittitur; adjiciuntur mune-  
ra, spondentur redditus, offeruntur  
fœdera, inviolabili nexu inter utrum-  
que populum firmanda, liberis eor-  
um ubibus omnis Sichemitarum ter-  
ra, campi, pascua, prædia designan-  
tur. Dum hæc utrinque tractantur,  
ecce filii Jacob è pascuis reversi,  
ignominiam sororis intelligunt, bre-  
vique inter se consilio inito, dissi-  
mulatâ vindictâ, propositas à Prin-  
cipe conditiones approbant, illud u-  
num causati, non licere sibi cum gen-  
te incircumcisa fœdera pangere, aut  
jam pacta firmare: quod si Sichemi-  
tis, liberet, legi & moribus Israëlita-  
rum se conformare, seque circum-  
cidi paterentur, nullam porrò futuram  
moram, quin fœdera mutuo actutum  
stabiliant, & in desideratam affinita-  
tem consentiant. Vah! quid non po-  
test amoris affectus in Principe, eo-  
que Juvenc? acceptat conditionem,  
stipulatur, confirmat, lætusque in ur-  
bem revertitur, idemque subditis suis  
vario rationum prætextu delusis per-  
suadet. Sed heu tertiâ post circum-  
cisionem die, cùm vulnere dolor  
gravissimus esse solet, Simeo & Le-  
vi, Dinæ vitiatæ fratres armati irruunt  
in civitatem, miserisque Sichimitas  
ex vulnere decumbentes, fraudis do-  
lique ignaros, tractandorum armo-  
rum impotentes, aggrediuntur, con-  
fusa strage omnia miscent, nulli par-  
cent ætati, infantulos juxtâ ac decre-

pitos necant, quidquid masculorum  
erat, inclementissimè trucidant, mox  
furore conciti ad palatium convo-  
lant, principem comprehendunt, ju-  
gulant, interimunt, raptamque de-  
nuò Dinam in Patris tentorium in-  
ferunt, nondum sponsam, jam vidua-  
tam. Necdum tamen rabies, & fu-  
ror poluerant. Mox adjuncto sibi  
omni famulitio in urbem regressi,  
supremo eam exterminio vastant, ex-  
pilatis domibus, hortis, & viridariis  
dirutis, disjectis turribus, captivas fœ-  
minas omnes secum in servitutum ab-  
ripiunt, inde campos effusi, totam  
circumquaque viciniam ferro & flam-  
mis depopulantur, nec copiosis ar-  
mentis, nec prædiis splendidissimis  
parcunt, adeo quidem, ut facinoris  
tam atrocis famâ in omnem viciniam  
diditâ, populi omnes ad arma con-  
volaverint, nil præter exterorum isto-  
rum stragem, & interneconem cre-  
pantes: in hoc turbarum & tumultu-  
um articulo senex Patriarcha, gra-  
vissimo vitæ periculo cum suis obje-  
ctus, præcipitare fugam, & abitum  
accelerare coactus est, ac nisi singu-  
lari DEI protectione tutus evasisset,  
certè vel intra speluncas & antra con-  
trucidatus interiisset. Ecce, Audi-  
tores, quæ turbæ, quæ confusiones,  
qui motus? quæ pericula? & quæ  
causa horum omnium? nisi indul-  
gentia Patris tenera erga filiam ni-  
miùm curiosam, & evagantem. Heu  
quot noctes vigiles, & insomnes du-  
xerit Jacob, summos inter angores,  
& angustias? præstabat sanè filiolum  
quantumvis dilectam, nonnihil con-

tristare, precibus etiam repetitis, fœmineisque planctibus constanter ob-  
sistendo, quàm cedendo, causam ac-  
cerescere tantæ afflictionis & mœroris,

VII. Atque hæc omnia in divinis  
oraculis fusè digesta, eum in finem  
adduco, Auditores, ut illa non tan-  
tùm probè intelligatis, sed & æstime-  
tis, & inde proficiatis plurimùm;

*Proverb.*  
29. 15.

certissimò enim vobis velim persuadea-  
tis, verè dixisse Salomonem: *puer,*  
*qui dimittitur voluntati suæ, confun-*  
*det matrem suam.* Omnium primi  
parentes sunt, qui ob libertatem ni-  
miam filiis concessam effectus pesti-  
mos experiuntur ac sustinent: id  
quod ego in altera hac sermonis par-  
te demonstrandum proposui, ut de  
hoc probè instructi, unicè allaboretis,  
à prima statim ætate ac pueritia  
frænare illos ac cohibere, atque  
unà assuecatis, eorum desideriis au-  
daci renutu contraire, nec eorum  
blanditiis cedere, dum id unum à vo-  
bis efflagitant, ut omne ipsis frænnum,

*Eccles.*  
30. 8.

& disciplinæ repagulum laxetis: *filius*  
*enim remissus, verba sunt Ecclesiasti-*  
*ci, evadet præcepta.* An non enim pu-  
dendum est, illos tam citò absolu-  
tos affectuum vestrorum Dominos  
fieri, ut ne vel unam lacrimulam  
blandientem in eorum genis videre  
cogamini, tam promptè assensum  
præbeatis, ut Comædias quantum-  
vis lascivas frequentent, conviviis se  
immisceant, omni morum licentiâ &  
depravatis relaxationibus animi utan-  
tur, apud bene moratos minimè u-  
sitatis. Ego quidem amorem eorum  
vobis indulgeo, Auditores, verùm

utilem & proficuum, non pernicio-  
sum. O quàm tenero amore celo-  
berrima illa Regina Blanca filium  
suum Ludovicum complexa est? &  
tamen singulis ipsi diebus ingemita-  
vit, mallem te ô Rex in hisce brachiis  
mortuum, & exanimem, quàm us-  
quam lethalis sceleris reum videre:  
cur ergo non & vos amore eos tam  
masculo prosequimini? cum matris  
non desint, quæ, licet privatæ, ani-  
mis tamen suis affectus fovebant, non-  
nisi corde regio dignos; id saltem vo-  
ba illa denotant, quæ continuò in la-  
bris versabat Beata Humiliana de Co-  
chi dicta, Florentiæ sanguine non ni-  
nùs, quàm sanctitate Illustris, cum  
filios suos nobilissimos non à mortis  
termino, ut Ludovicum, remotos,  
sed eidem vicinissimos aspiceret. Ego  
certè, ô filii, dicebat, nequeo sortem  
vestram plangere, longè enim liben-  
tius intueor stolâ innocentæ Can-  
didatos Paradisum intrare, quàm ter-  
ter pericula eandem sædandi, post  
commorari in terris. Adeò gratia  
scit triumphum agere de natura, non  
tantùm in corde mulieris, sed & ma-  
tris. Verùm ego tædium vobis, Audi-  
tores, prolixo sermone creavi; sum-  
te me ergo ad perorandum accingam.  
Id unum, antequam hinc abeat, peti-  
sualissimum vobis velim, è manibus  
vestris omnem filiorum vestrorum sa-  
lutem pendere, longè magis, quàm  
salus minorum navigiorum tempo-  
state coortâ à Navarchorum dexteri-  
tate. Hinc concedite, ut vobis in-  
geminem, tales esse futuros filios ve-  
stros, quales esse volueritis. Si dis-  
colis

sculos & malè feriatos, sunt discoli, si probos & sanctos, erunt sancti, nec certè id gratis, sed experiètià teste pronuntio. Sophia Clementis An-cyrani genitrix, volebat filium suum Christi Martyrem fieri, cumque ipsum à tenera ætate rerum gestarum gloria, & triumphis Martyrum frequenti narratione imbuisset, tandem voti sui damnata est. Moabilia mater celeberrimi illius Edmundi Cantuariensis, ad perpetuæ virginitatis studium filium adhortata, cum à primis unguiculis induxit, ut in corpusculum innocens sævâ manu animadverteret, & quod desideravit, obtinuit. Aleta Divi Bernardi mater, desiderabat senos filios suos DEI servitio consecrari, propterea à prima ætate eos non cibis nobilium, quales erant, sed Eremitarum potiùs nutrebat, & finem suum consecuta est. Ita Regina Walfrida sanctam voluit Edittam filiam, & talem fecit. Ita Pater S. Hugonis Monachi, ita mater Suibberti Episcopi, ita mater Aichardi Abbatiss, ita sanctæ Lurgardis Virginis

genitrix fecerè. Quid multis ? postquam assiduo & multo studio sanctorum Fastos evolvi, deprehendì reverà, omnes ferè illos parentes, qui prolem desiderabant, non æternæ tantùm salutis confortem, sed & vitæ sanctimoniâ clarâ, eamque in eum finem à primis annis informaverant, voti sui damnatos. Cur ergo non in id ipsum incumbitis, patres, matresque ? quid vos retinet ? quid remoram injicit ? quid tandem impedit ? *Erudi filium tuum, ne desperes*, oraculum sapientis est. Quid enim tentare nocebit ? forsan & tibi feliciter, ac faustum eveniet. Quantæ enim felicitatis foret, patrem aut matrem esse filii sancti ? an non magnæ illorum Machabæorum matrì sortem suam invidetis ? an non Elcanæ Samuelem suum ? an non Helciæ Sufannam ; sed ecce, hi omnes prolem suam, ad tantam gloriam efformârunt. Vos quoque similia facitote, & pauculos intra annos sanctam pariter invidiam merebimini.

Proverb.  
9. 18.

## SERMO VIGESIMUS SEXTUS.

DIE IOVIS POST QUARTAM DOMINIÆAM.

*Ecce defunctus efferebatur Filius unicus Matris sue. Luc. 7.*

I. **A**ntos inter affectus, qui humanum animum, aut in actionibus magis superstitiosum, aut in consiliis magis turbatum inopemque, aut in quibusdam omnino ridiculum faciunt, est ingens, nisi mea me fallit opinio, mortis formido. Hac de causa videbitis nonnullos nunquam hac die, inter alios licet innumeros, ad percipiendam concionem comparere, tametsi redivivum Chrysologum, Chrysolomumque, ne dicam similem mihi foris infimæ Oratorem, audire deberent. Quin eò usque mortem timent, ut nullam ejusdem vel minimam domi imaginem penicillo, aut scalpro expressam, possint sustinere, sed nec sermonem familiares inter, vel temporis piè fallendi gratiâ, de ea miscere; timerent enim subito, ne sinistram Philippi Macedonis augurium in sese adimpleret; is cum præcedenti vespere amicos inter affirmasset, mortem maximè desiderabilem aliam haud esse, quàm improvisam, alterâ statim die eandem expertus est, quam sibi pridie sui sponte elegerat. Nil minus pati possunt tales, quàm ullam de testamento condendo fieri mentionem, crederent enim verò, ultimâ semel voluntate perfunctis, nihil porro sibi agendum restare, & propterea, tanquam otiosis & inutilibus, protinus e mundo migrandum. Suos quoque dies nefastos more gentilium habent, in quorum vel unico viâ se longinquæ committere, grande piaculum foret, tametsi spes integri domini, aut regionis obtinendæ affligeret; jam enim miseri in mortis potestatem se redactos existimarent, quid dicam de mensis opparibus, & conviviiis sumptuosis? si enim certum appositorum orbium numerum, vel opinionione fatalem, aspicerent, tametsi summè famelici, nunquam sanè nocumberent. Felices vos Astrologos, quàm caro enim pretio nugas vestras comparant? omni studio natalis horoscopus sibi præcipiunt signari, ut perspectum fiat, de qua re cavendum sit, an de ferro vel igne, an de aqua, vel lapsu, parumque abest, an ne antiquum illum Artemonem intuentur, cui bini de famulatio scorta semper supra caput extensum portabant, ne quid casu fortuito ex aliquo nocivum decideret. Ad tantam, utque palmarem stultitiam hominum nonnunquam immoderatus mortis timor deducit, nec sanè mirarer, auditores, si id flagitiosius duntaxat, proleptis ac pervicacibus protervique accideret, hi enim merito horrentes illum temporis articulum, quo se ad inferos transferendi sunt. Sed quòd hoc ipsum hominibus piis, sibi que bene consciis, & vitæ perinde honestæ quàm dissolutæ studiosis eveniat, hoc enim verò me rapit in admirationem. Quid enim vobis videtur, Auditores, usque adeo miserum est? an quia hodiernâ die videtis defunctum juvenem deserti tumultum, fugam illicò arripientem existimatis? minimè verò, quin te potiùs, & gressum figite; antea

enim mihi est, sublime quid tentare, hodie, & horrorem illum nimium, & vestris animis evellere, illum nimirum horrorem, qui maximè vobis perniciosus, impedit, ne eà, quæ decet curà vos ad imminentem mortis horam præparetis. Nec hoc, nî fallor, factu adeo difficile videtur. An non enim videmus pariter, infantulos visî procul larvâ terreri ad eò, ut ad sese occultandos inter planctus & lachrimas in sinum matrum confugiant (quod porro medium est, ad quietem metulosis reddendam) non aliud sanè, quàm larvam ipsam adeo ipsis terribilem tradere in manus, tum enimvero non solum non ultra timebunt, sed cum illa ludos, jocosque exercebunt, de ea loquentur, & tum demum plangent, cum quis ipsis è manibus eandem vi extorserit. In hunc prorsus modum, pace vestrà, Auditores, faciam & ego in præsentiarum, hanc enimvero mortem palpandam manibus vestris offeram, ut tandem videatis, quid rei sit, tum sanè perspicietis, an illa vobis porro timenda sit, an non potius cum gaudio, ubi venerit, excipienda, aut si ab sit, ultrò & animosè desideranda. Id unum supponam, me hominibus, saltem aliquantisper piis ac probis loqui; animum ergo advertite, jam enim exordiar, sensim tamen, ac pederentim, ne ullum mihi eorum motivorum intercidat, quæ studio singulari, & apîs instar solertis, etiam in mei commodum, è sacrorum voluminum pratis collegi.

II. Quis verò vestrum, Audito-

res, unquam brumali tempore, per salebrosa, angusta, & periculosa præcipitia iter facit? an non, quàm primùm ruricolam aut sepes innocentem, aut armenta pascentem obvium habetis, illicò percunctamini, num non alia præter hanc, quam calcatis, ad urbem via ducat; si aliam esse affirmat, tritam magis & facilem atque securam, tunc enimverò contra ductores excandescitis, qui per viam adeo asperam vos traxerunt. Quod si verò solam esse, & publicam, rectamque intelligitis, tum enimverò contractis nonnihil humeris eandem, quamvis molestam, majori patientiâ atque animi tranquillitate prosequimini. Jam, quid hisce velim, evolvam. Si nobis morientibus callis quidam minimè tritus, inasuetus ac solitarius premendus esset, haud sanè mirum foret, si viâ duci indignaremur, cum verò via hæc sit communis omnibus, & semita Regia, animos capite, Auditores, nec timete, eandem pariter ingredi: *viam universa carnis ingredior.* Hoc enimvero solatium est, <sup>3. Reg.</sup> <sup>2. 2.</sup> quo Psaltes Regius in eo articulo constitutus, quo Josue, quo Jacob, bonique omnes seipos solati sunt; hi juxta doctissimi Idiotæ effatum: *mortem non timent.* Cur hoc? *confiderantes, quia quidquid necessarium est, hilarî animo fieri debet.* Et verò magnæ sanè præsumptionis non oportet esse, si mors nobis gravis videtur, à qua nec Abrahami sanctitate tam excelsi, nec Josephi pudicitia tam celyti; nec Salomones Sapiencia tam cele-



celebres, nec Racheles formâ tam amabiles, nec Judithæ fortitudine tam intrepidæ fuerunt exemptæ. Hæc certè grandes animæ, quibus in communem omnium utilitatem immortalitas debebatur, mortis tamen viam inire, an ergo difficile nobis videatur subsequi, qui forsitan, ut pronuntiavit Sanctus Judas Apostolus, *arbores in terra hac infructuosæ* sumus, illique magis dedecori, quàm gloriæ, nocumento potius quàm utilitati.

*Ep. Iudæ  
v. 12.*

III. Nec mihi illud vulgini occinente: minimè vobis horrore esse mortem, verùm mortem, ut hac ætate moris est, non acceleratam, idque vobis unicè durum videri, non inveniri amplius in mundo ætatem Noë, non Arphaxad, non Nachoris, non Mahusalemi, non Thase, quorum singuli festivitatis mundi multis sæculis interfuere. O vana desideria! ô vota vilia! quid aliud restat, quàm ut cum antiquo illo Theophrasto, de quo Tullius, etiam cervis, etiam cornicibus, etiam corvis invidetis, quibus natura vitam tam diuturnam præ hominibus, quamvis sibi longè charioribus, indulset? Quis enim mortaliū tam felix vixit, ut ob vitæ diuturnitatem invidiam sibi promeruisse videretur? Israelitæ vitam in Ægypto vivere, adeo duram & asperam, ut nulla ipsi natio comparari possit, suspecti Principi, Ministris exosi, populo viles, velut rana putridæ in luto marcere cogebantur, condemnati ad fabricas continuas, hic paleas dispersas colligebat, hic incidit silvas, hic fabulum advexit, hic ardentibus furnis

coxit lateres, hic saxa portavit, nullâ aliâ, quàm fustuarii, & verberum dâ râ mercede. Fustibus multatus nobilius justitiæ adminiculum patrocinebatur, quin insuper exbrobatione acerbæ, & invektivæ despectu plebs ingerebantur, ad illorum potius exortum, & internecionem omnis industria sudabat, & quasi grande scelus ipsos scelus esset nasci in mundum, omnes illorum infantuli ad maris ar Nili vortices, rictusque crocodilorum damnabantur. Cur ergo Deus Hebræos, populum sibi adeo electum, sui que reverentem tantis in Ægypto calamitatibus objecit? ac hoc illud explicat Chrysostomus, id sibi permisisse Deum, ne amore supercucuo Ægypto copularentur, sed illam potius odio haberent, & detestarentur, sicque magis apti forent ad bellam deserendam, quamprimum illis ad terram promissam evocaret; & *ut Ægyptum odissent, permittit eis laborio opere & luto, & rudibus laborare.* Hac ipsa industriâ Deus nobiscum utitur, ut omnem erga vitam hanc mortalem affectum exuamus; hac de causa eam nobis calamitosam, sordidam, afflictam reddidit, jam infirmitatibus & morbis abominabilibus molestam, jam sollicitudinibus & curis anxii exasperatam, jam insolitorum eventuum fluctibus agitatam, voluitque, ut, quantum vobis proficimus, tantum miseris & inopia crescamus, tædeatque porro in mundo vivere: *surgite, & ite, qui non habetis hic requiem.* Ingentem per Michæam: *Surgite, & ite, qui*

non habetis hic requiem. Nos autem  
 ab miseri I nunquam induci possumus,  
 ut generoso animi decreto statuamus :  
 Eja , eamus I cumque procul & è  
 longinquo signa receptui dari intelli-  
 gimus , subito mens perturbari ,  
 sanguis in venis gelari , animi spiritu  
 deficiente marcescere , & quantumvis  
 cana capillos bruma aspergat , adhuc  
 indocias aliquot annorum rogamus.  
 Quid aliud hoc est , quàm incidere  
 in acerbas illas à Deo Ephraïmo in-  
 tentatas exprobrationes , quando il-  
 lum columbam consilii expertem ,  
 columbam stultam , columbam men-  
 tis inopem apellavit ? *Factus est E-*  
*phraïm , quasi columba seducta , non*  
*habens cor.* Sed edicite , qualis tan-  
 dem illa columbæ stultitia est ; a-  
 morest , amor , inquam , quâ miscella  
 turrim suam exardet : quamvis enim  
 mille indies calamitatibus affligatur ,  
 jam raptis pullis , jam sociis occisis , jam  
 ovis furto subtrahis , illuc tamen iden-  
 titem stulta revertitur , & nidum  
 struit. Ita pariter nobiscum accidit :  
 videmus enimvero impediri nostra  
 proposita , intentiones elidi , perle-  
 cutionibus potentium nos concuti ,  
 æmulatorum insidiis impeti , & charissi-  
 ma quæque , quæ in mundo posside-  
 mus , nobis eripi ; & tamen colum-  
 barium hoc perfidum usque & usque  
 amamus , nidulumque nostrum cha-  
 rissimum repetimus , illic non sine  
 gaudio & voluptate moramur , quasi  
 verò non alia nos domus maneret ,  
 hac longè melior , tantoque nobi-  
 lior , quanto Regia columbario ante-  
 cellit.

R. P. Segneri *Quadragesimale.*

IV. Verum enimvero demus , nos  
 humanè & eommodè à mundo hoc  
 haberi , certine sumus , mortem proli-  
 xiùs dilatam plus animæ nostræ com-  
 modi allaturam , fato præmaturo ac  
 celeri : De Pompejo Magno memo-  
 riæ proditum est , ad summam felici-  
 tatis & gloriæ nil aliud illi defuisse ,  
 quàm ut decem annis citiùs morere-  
 tur. Eadem fors Neroni defuit , ut  
 ne clementissimus hominum dice-  
 retur ; hoc uno Galba caruit , ne gu-  
 bernationis laude dignissimus audiret.  
 E contrario verò , quænam laus sum-  
 ma , & fortuna felicissima Alexandri  
 fuit ? an superasse Darium ? an Porum  
 debellasse ? an legem Indis posuisse ?  
 minimè gentium : sed , Juvenem  
 decepsisse. Si parùm supervixisset ,  
 certò creditur , fastuosâ illâ magni no-  
 minis famâ fuisse exuendus ; jam enim  
 torus Occidens in eum concitabatur .  
 Et quàm multi ad horum similitudi-  
 nem , si celeriori fato perfuncti tuis-  
 sent , nunc intra Sanctorum , qui  
 gloriosi in cælis regnant , numerum  
 adlecti locum in Paradiso excelsum  
 tenerent , qui modò , quòd diurnio-  
 rem in terra moram fecerint , in bara-  
 trum damnatorum abjecti miserimè  
 ululant ? Quid ergo mortem time-  
 mus celerem , si hæc salutis nostræ  
 æternæ origo est ? certè , si turbinem  
 impetuosum prædiis vestris instare ani-  
 madvertitis , video , vos messem acce-  
 lerare , tamen necdum flaventem ?  
 video uvas decerpere , & fructus , licet  
 necdum plenè maturos ; video fru-  
 gum , licet ante sua tempora sublata-  
 rum , cumulos recondere , cur ergò

T t durum

durum vobis accidat, si Deus eadem sollicitudine ac pietate nobis invigilat, quam nos frugibus, ne intereant, adhibemus? *Placita erat DEO anima illius*, (ecce quomodo sapiens de anima DEO dilecta loquatur) *placita erat DEO anima illius*: magno Deus Justum illum prosequatur amore, quid ergo fecit? celeri fato illum de terra sustulit, non in pœnæ locum, quam iis intorquet, qui impiè vixerunt, sed ut præservaret à malo: *Propter hoc properavit illum educere de medio iniquitatum.*

V. Et verò dicite, Auditores, quis nostram est, qui non indies mille peccandi, & sese perdendi periculis expositus sit? Interrogatus fuit quondam Philosophorum non nemo, cui Stephorochoro nomen, quale genus navigii securissimum foret, an navis grandis, an triremis, an gaulus, an phaelus, an lembus, an alia navigii species, ad fluctus maris sulcandos, respondit ille acutissimè, illam esse securissimam, que jam portui ingressa littori appulit; volebat hoc dicto indicare, nullam unquam navem, cujuscunque nominis esset, aut speciei, quamdiu fluctuaret in alto, securam esse, sed summis semper periculis subjectam; id ipsum sanè de quovis mortalium affirmari posse credatis, quamdiu enim hanc vitam vivit, quod idem est, ac dicere, quamdiu mortalis hujus vitæ procellosum pelagus navigat, semper in naufragii periculo constitutus est; quid ergo vehementius desiderandum est, quàm quantocyùs nos littori junctos intueri? quos enim

Typhones, quos turbines, ex omni parte insurgentes sustinemus, quamdiu expansis vitæ velis, in mundi pelago fluctuamus? *cum avaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione, congressio est, teste Divo Cypriano, cum carnalibus vitiis, cum illorum secularibus. Si avaritia profusa est, exurgit libido, si libido compressa est, succedit ambitio, si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbia, violentia invitat, invidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscindit.* Ad hæc omnia piratæ tartarus infestant, nosque per totum hujus maris cursum persequuntur; hinc ubi juxta vulgatam in Jobo legitimos, vitam hominis militiam esse super terram, græcus textus juxta septuaginta interpretes majori cum emphasi docet, esse incurSIONEM piraticam navigiorum rapacium: *Piraterion est vita hominis super terram*: adeò ut si sicci sorte infidos vortices, lyrtas arenosas, ventorum iram & furias, scopulos clandestinos, & maris monstra evaserimus, piratæ, quibus exponimur, supersint. Nunquam, nunquam sanè nisi in portu securi erimus, Auditores, promptissimè ergo illi voto extendamus carbasa, quo illuc arrihimur, nec grave nobis accidat, corporis hujus exuvias, quantumvis dilectas relinquere. Vidi ego hisce oculis, navigantes, à Piratica Algeriana furias infestatos, aliò non respexisse, quam ad salvandos homines, modò illi ad littus appellant, parvi faciunt, navim barbaris in prædam cedere, aut in littore horrendà strage distendi, aut fastu

barbaro pessimè tractari. Sit ergo corpus nostrum in illius potestate, qui vollet, conquassetur, discerpatur, quid nostra interest? si modò anima opulenti onusta mercibus, ad litus felicitatis æternæ in cælo perennatura eluctetur.

VI. Si anima, inquam, in cælo perennatura, eluctetur; tunc enim verò, dicetis mihi, contenti moriemur: sed quis securitatem nobis præstabit? id enim, quod mortem nobis adeò formidandam reddit, timor est fati longè deterioris, cum constet, mortem plurimis nil aliud esse, quàm transitum à temporalibus miseriis ad æternas. Tacere, intelligo vos: sed, nisi fallor, citra rationem dicendi filium mihi interruptistis; nunquid enim in orationis exordio protestatus sum, me hodie non loqui peccatoribus flagitiosissimis, omni nequitiarum genere contemneratis, impænitentibus, obstinatis, quique toto conatu ad interitum contendunt. Facessite cum desperatis hilce, quibus nec syllabam locutus sum. Enimverò sic non tantum, quòd timeant, sed quòd horrescant attoniti, habeat, si supremum suum ex hac vita transitum vel memorià concipiunt; iis ergo loquor solummodo, quibus aliqua saltem salutis suæ sollicitudo ac cura est, qui, si concidunt, student resurgere, si peccant, se emendare. Tales plurimos vestrum esse mihi persuadeo, unde dico, magnam vobis ponendam esse fiduciam in pretiosissimo Christi sanguine, qui pulchro illo titulo gloriatur, *Adjutor in oppor-* *unitatibus*; nunquam enim in magno

discrimine deest. Huic enim verò diebus singulis affectu intimo ultimum ex vita transitum commendetis, in hanc piam verborum formulam: *Non ferem, si tu mihi formidini, spes mea in die afflictionis.* Aut illam alteram: *libera me de manu peccatorum.* Aut istam: *Redime me de manu fortium.* Vel tandem, *9.*

*cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me.* Quodsi modum promptiorem exposcitis, unde à morte celeritè in cælum transportemini, exponam. Idipsum facitote, ad quod tanto vos fervore hodie adhortor; lubenti animo eandem suscipite: quis unquam vestrum sacram paginam de illo Propheeta loquentem legit, qui ad impium Jeroboamum à Deo ablegatus & diligentissimè instructus, divinum mandatum transgressus est, quo jubebatur, à nullo hominum per viam cibum, refectionem aut hospitium admittere? Illum sanè hujus inobedientiæ reum, ac domum revertentem, furibundus in itinere leo assiliit, & oppressum *3. Reg.*

occidit. Verùm ille ipse leo, quem paulò antè occiderat, nec devorare, nec discerpere audebat, sed custodis instar ab aliarum ferarum incurfu defendit, usquedum honorificà sepulturâ terræ mandaretur. Jam ego vos percontor: propheta iste, impiusne fuit & peccator, an sanctus? si sanctus, cur ergo à leone vivus occiditur? si peccator, cur mortuus à leone defenditur? Optima hujus dubii solutio videtur illa, quàm fortè fortunâ Divum Gregorium evolvens memini me legere, qui ait, Prophetam, cum leo irrueret, peccatorem fuisse:

T t 2 culpa-

*culpabilis in vita fuerat ; cum verò mortem in pœnam commissi criminis illatam æquo animo sulciperet , punitâ inobedienciâ , sanctum evasisse , erat jam justus ex morte.* Ubi ergo primò communis instar hominis malè habitus fuit , mox venerationem sancti , cœlestis instar hominis , recepit ; *leo ergo , qui priùs peccatoris vitam necaverat , custodivit postmodum cadaver justi.* Nec id mirum vobis videatur , si enim tam excelsæ virtutis est , in quacunq; adversitate Divinæ se voluntati conformem reddere , quanto magis in morte , à qua sensus nostri naturali instinctu plusquam ab ullo alio malo abhorrent ? Si ergo securos vos esse vultis , ut mors vobis sit tantæ felicitatis principium , uti hæcenus ratiocinabar , iudicium vestrum corrigite , sensum rationi subjicite , vos promptos paratosque ad mortem subeundam offerre , quacunq; horâ eam immittere DEO placuerit , certoque vobis persuadete , hunc esse virtutis actum , quo nobiliorem , dum vivitis , exercere vix valeatis. Ecce Augustinum , id vobis testantem : *Sunt aliqui , inquit , qui dicunt , ideo se nolle mori , ut proficiant , cum tamen profectus eorum in hoc ipso situs sit , quod mori velint , proinde (animum advertite ad id , quod sequitur) quod nolunt , ut perfecti sint , velint , ut perfecti sint.* Quod idem prorsus est , ac si S. Doctor dixisset ; quisquis perfectus esse cupit , animum suum disponat , ut libenter moriatur , & perfectionem , quam appetit , consequetur.

VII. An fortè ad hoc obtinendum

alia motiva non suppetunt , nec minùs elegantia , nec minùs efficacia iis , quæ recensuimus ? hic enim verò , ut ad id , quod superius cepimus , revertamur , pendere vos vellem solatium illud grande , quo justus affluit , cum fore re mortis eo in articulo constituitur , ut se in gratia constitutum infallibili certitudine agnoscat ? O quæ hæc lætitia ? quale gaudium ? quod tripudium ? cui simile in vita nunquam experimur : certè mulier , cui nil ita cordi est , quàm elegantem apparere , et ornata , nullâ suâ suppellectile difficultis spoliatur , quàm speculo ; qua obsecro de causa ? an quòd illi à speculo ornatus , gratiæ aut elegantiae aliquid accedat ? minimè profectò , sed quòd ejus usu certitudinem formæ acquirit : sit enim verò ipsa pulchra , sit formosa , sit elegans , minimè tamen contenta est , nisi illud à pulchritudinis suo arbitro , formæque consiliario , speculari vitro edoceatur ; speculum ornatus sui iudicem constituit , hujus iudicio subscribit , hoc in consilium advocat , & flocci facit , quidquid abique hoc puellæ domesticæ affirmat : quamdiu speculo abstinet , nunquam suspicione caret , an fortè vitta læta , aut capillorum vaga licentia , sit sui coercita ; semper in timore versatur , an cincinni sint ad amussim compositi , collum probè lautum , frons satis lucida , gemmarum toreumata congrua appensa , in aures decenter adaptatæ , tela bombycina auro textili similia quo nudatos integrè humeros simulat , sit utrinque probè composita ac dispersita. Quis verò ignorat , nihil

Tom. 4.  
quæst. in  
Matth.  
in fine.

adeo cordi esse animabus justis, quàm pulchritudinem, non formæ scilicet externæ, sed internæ animi? Oculis DEI placere, hoc enimvero solum, & unicum anhelanti hoc uno tantum indigeo, ajunt cum Patriarcha Jacobo, *hos uno tantum indigeo, ut inveniam gratiam in conspectu tuo Domine mi.* Hæc de causa jejuniis se identidem emaciant, vigiliis impalescunt, inflictiis verberum plagis livent; hæc enim cæussa illa sunt & stibium, quo se DEO reddunt amabiles. Verùm in toto, quàm latè patet, mundo speculum non habent; cujus adminiculo de eo, quod desiderant, certæ fiant & securæ; non enim defunt plurimi, qui aut pietate moti, aut adulandi libidine, puellarum instar domesticarum dicant, ne porro se affligant, nullam in ipsis maculam superesse, omnia eorum opera perfecta esse ac integra, obtutus oculorum decentes, gressus, gestusque omnes apprime compositos ac regulatos; verùm misellæ his hominum testimoniis fidem habere non possunt, quin timent potius, & suspicantur, ne ipsorum ore Isaias loquatur: *popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te desipiunt.* Unde cum Job omnia etiam minutissima opera sua expavescunt: *pererebar omnia opera mea,* & cum Davide omni etiam occulto phantasmati indubitant: *ab occultis meis munda me.* Hac etiam de causa anxie cum D. Paulo exclamant: *nihil mihi conscius sum, sed in hoc non justificatus sum.* Verùm cum mors terribissimum illud lucidissimumque Di-

vini atque particularis judicii speculum ob oculos ponit, ô quanto animæ justæ gaudio subsiliunt? si in eo se contemplantur & cum veritate asserere possint: munda sum. O Extasin, ô deliquium suavissimum, ô dulcedinem ineffabilem! certò certius deprehendere, se à DEO amatas, se ad gloriam electas, se salvas.

VIII. Certè huic notitiæ omnis alia, quæ Beatorum intellectus ditabitur, plurimum cedit: & quis, obsecro, animæ sensus erit, quando, remoto ab oculis velamine, uno temporis momento tam nova, tam admiranda, tam varia intuebitur? Audivi multoties, mortem somnum appellari; verum eam ego potius experectionem & vigiliam esse existimo, quia tunc homo agnosceret, se ad eam usque horam velut somno sopitum jacuisse, *ad sepulchrum ducetur,* ait sapientissimus Job, & in congerie mortuorum vigilabit. Quid enim unquam, ô fallax munde! quamdiu tecum moramur, certi à te discimus? Si oculos ad stellarum atria levamus, quis nos docebit, è qua materia faces tam nitidæ consistunt? quis numerum & magnitudinem fixarum describet? quis ordinem & influxum errantium? Cælorum quis numerus, quæ substantia? an corruptioni subiecta, an immortalis? quis solem in auret? quis argentum allinat lunæ? quo parte geniti sint venti, familia tam inquieta, tam strepera? quis illos vinculis solvat, quis rursus alliget? quis eos in rabiem concitet, quis iterum tranquillos reddat, & ad maliciam

ciam componat ? quis nubes undarum foetu gravidas in aëre suspendat ? quis ille ignis sit, qui in fulmine effectus tam admirandos efficit ? quis nivem in floccos candidos cogat, quis grandinem in globulos induret ? quo penicillo formosa Iris describatur, aut quâ colorum mixturâ coalescat ? Et, quod de his objectis dico, de reliquis etiam naturæ miraculis sentite ; quis enim novit, quomodo aquarum scaturigines in altissimis montium jugis nascantur, quomodo tenuissimum sabulum oceani furorem frænare possit ; quis in rupium profundissimarum visceribus metalla parturiant ; quis plantarum, herbarum simplicium, ferarum, hominum, dæmoniorum, ac intelligentiarum occultam vim & indolem novit ? tenuem fateor, de hisce omnibus notitiam habemus, juxta illud Apostoli : *nunc ex parte cognoscimus* ; sed hæc ipsa præsentis vitæ pæna, ac miseria est, *ex parte cognoscere* ; hæc enim imperfecta cognitio orem potius excitat, & desiderium exacuit, non verò satiat, quod gravis tormenti genus est. Quod ergo gaudium erit, si è tenebris mortalis hujus exilii eluctati dispulsâ omnis erroris caligine clarissimo obtutu hæc omnia intuebimur, & uno oculi ictu omnibus, quos ob doctrinæ famam mundus unquam adoravit, nos longè sapientiores experiemur ? quid dicitis ad hæc ? an non operæ pretium videtur, mori cum tanto sænore ? De quodam Philosopho, cui Cajo Junio nomen, recenset Seneca, quod ad mortem dam-

natus supra modum lætatus sit, si brevi, ut dicebat, ingentis illius æterni notitiâ beandum, in Lycæis omnibus adeo agitati, & continuo discubui, an humana nimirum anima esset immortalis. Homerus præ morore & fastidio mortuus est, quod ærogræma à piscatoribus propositum evolvere non valeret. Philetas vitam finis, quod sopitima quoddam à Philolophastris objectum, solvere non potest. De ipso Stagyrita fama perhibet, cum Euripi mæandros, fluxusque ac refluxus maris penetrare non posset, in oceanum se præcipitasse clamando : *quoniam Aristoteles non capit Euripum, Euripus capiat Aristotelem*. Ulque adeo unica ignota notitas, mortē ipsâ intolerabilior illis videbatur. Cur ergo mors nobis tam ingrata accidit, cum ipsius administratio, non in unius tantum, sed innumerabilium veritatum possessionem, eorumque objectorum cognitionem, quæ tam peregrina, tam rara, tam splendida, & excellentia sunt, admittamur ?

IX. Nolim tamen, Auditores, huc vos curiositate moveri, ut carnis loqueis maturè exsolvi velitis ; Deo potius videndi desiderium vitæ studium generare, & mortis accelerandæ pruritus excitare in nobis debet. Heu Christiani ! quis credat ? **DEUS** in throno gloriæ suæ nos expectat, nosque in partem gaudii sui & thesaurorum suorum possessionem admittere, sui que vultus pulchritudinem revelare paratus est, & nos inducias rogamus ? O ingratus

1. Cor.  
13. 9.

nem ! ô mentis inopiam, & vilitatem ! Moyses vehementissimo Deum videndi desiderio ardebat, cumque opportunam DEO familiaritatis loquendi occasionem nactus esset, reverentia audacia animum sibi sumpsit, supplicandi : *ostende mihi faciem tuam* : & certè voti sui, ac concupitæ gratiæ compos factus fuisset, nisi, cum subscriptum jam supplicis libelli sui, ut ita dicam, chirographum vidisset, hæc verba coronidis loco audivisset ; *non videbit me homo, & vivet* : tunc enim senex optimus animo concidit, à fervore remisit, nec porro precibus instare ausus est. Antonius hæreo ad hoc factum, ipsæque D. Augustinus, aut verbis his scandalizatus, aut stupore defixus exclamavit : & quid tandem hæres ô Moyses, consentire pacto, & dicere ? moriar ergo Domine ! *non videbit me homo, & vivet* : hoc enim verò parum est ; *Eja Domine moriar, ut te videam, videam, ut hic moriar ! fiat, ô Domine, mecum, quod desideras ; si enim aliud à me non exigis, nisi ut moriar, lubens conditionem accepto ; levis sane jactura erit, lucis hujus usuram perdere. Ah claudantur oculi cuiusvis objecto mortali & caduco !* Valere silvæ, valete horti & viridaria, montes valete, valles & maria ! quid enim interest, vos porro non videre, si videre liceat illum, qui vos condidit, & creavit ? Te solum fidero DEUS meus, & extra te nihil ; tecum esse, & ad te venire anheo ; quodsi ad hoc alio opus non est, quam mortalis vitæ exuvias po-

nere, ah fiat ! quid aliud expecto ? nolo sanè, ut dissolvantur, *non cupio dissolvi*, quia omnis mihi longa est mora ; cupio potiùs, ut rumpantur, & discendantur ; nil aliud in morte displicet, præter moram, quam minitatus es, *dies multos expectabitis me.* *Of. 3. 3.* Hunc in modum exclamavit Augustinus, cum penetrare inciperet, quid sit divinam faciem intueri. Nos autem quid dicimus, Christiani ? an non & nos Augustino subscribemus ? verùm quid dico Augustino ? hic enim verò totus erubesco, & pudore suffundor : de quodam veterum, cui Ceridæ nomen, memoria perhibetur ; vehementissimo eum mortis desiderio exarsisse ; & quâ de causa ? divinate : ut quantocyus intueri posset animas tergeminas Hecatai inter Historicos, Homeri Poetas inter, & Pythagoræ inter Philosophos celeberrimas. Vah dedecus ! & nemo vestrum, ut DEUM videat, tribus personis Divinis distinctum, mori desiderat ? Rem dicam verissimam, tametsi fidem omnem superet : certos quosdam invenire est, & forsan etiam de hic præsentibus, quibus si DEUS terram relinqueret, cum ea, quâ modo fruuntur, felicitate & rerum copiâ, minimè dubitarent, cæli gaudiis æternum privati. An non hoc portentum, aut stultitiæ, aut infidelitatis est ? Heu nos miseros, quid faceremus, si non essemus è numero dilecti DEO populi ; si non essemus *populus peculiaris*, in DEI Ecclesia *Deuter. 16.* educatus, lactatus Christi Sanguine, pastus Carne, totque pretiosis, & exi-



miis amoris ejus arctis ditatus; sed potius de eorum numero, qui spem non habent? Peccavimus enimvero, sed quid postea? an non DEUS ad indulgentiam nobis veniam promptissimus est; Credite, Auditores, & certò credite; nostra est æterna gloria, si modò velimus; filii sanctorum

1. *Theff.* 5. 13. *Job.* 2. 18.

sumus. O quale solatium! filii sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam daturus est iis, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Eia ergo Christiani mei, assumite animos, quis enim unquam tardus fuit ad recipiendam coronam post luctam, trophæum post cursum, triumphum post certamen? nunquid indies DEO supplicamus, ut regni nos

*Luc.* 11. 2.

sui participes efficiat? adveniat regnum tuum! cur ergo tanto amore terreno carceri adheremus? video sanè, torrentes ac flumina nullam admittere quietem, nisi mari suo jungantur, tametsi currant per valles floribus consperas, per hortos cultissimos, & amœna viridaria, nunquam tamen vel uno passu morantur, sed identidem continuo murmure videntur ingeminare: ad mare, ad mare! Venti intra subterraneos meatus velut ergastulum conclusi non quiescunt, donec in amicam sibi auram erumpant; nec ignis & flamma, nisi sphaeram sibi connaturalem attingant: an nos minori impetu feramur ad conjungendum nos DEO nostro? minime certè, Christiani (liceat mihi hodie cum D. Cypriano perorare)

*De Mor-* sed mente integrâ, fide firmâ, virtute  
*talit.* robustâ, ad Divinum nutum nos pa-

ratissimos exhibeamus, & timore mortis excluso, ad immortalitatem prompti nos disponamus. Exhibeamus nos DEO fideles, quos nos esse gloriamur, & quando dies illa illucet, quâ à Domino vocabimur, ad eum ei respondeamus: *exeuntes isthinc non necessitatis vinculo, sed obsequio voluntatis; ne, quæso, sumus ex eorum numero, quos mortis imminens admonere non licet, quin illos afflige, mortemque eorum acceleret. Veniant sacrarum familiarum alumni, veniant, & precibus suis nos adjuvent, veniant Sacerdotes, nosque sacramentis Sacramentis muniant; illi honorari nobis non erunt; meminimus fideles charissimi, jam inde à Baptismo nos mundo renuntiassent, nosque ad mentem Apostoli non esse tristes, sed hospites & peregrinos: non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Cælestem legatum læti excipiamus, qui humanissimè nos invitât ad stabile domicilium & ad regnum, in cuius possessionem conditi, ad cælum, cuius partem sumus creati. Quamdiu hic moramur, peregrinamur à Domino: quis autem post longam exilii moram non properat in patriam? quis illoc navigans non optat ventos perniciosos, remigium velox, cursumque celerem? Patria nostra Paradisus est, Patres nostri Patriarchæ sanctissimi, Prophetæ & Apostoli; fieri poterit, ut non celesterrimam eorum presentiam suspiremus? quot non sanctorum nos ibi prætolantur, quot post Christi sanguine, jam beatæ immortalitatis*

sis securi, & salutis nostræ studiosi? Quin ergo anhelamus, illos quamprimùm amplecti, eorum aspectu exhilarari, eorum recreari alloquio, & æternâ cum ipsis frui felicitate! ô mors beata, quæ sola tantum nobis bonum conferte potes! ô verè beatum, qui te agnoscit, qui te æstimat, qui te desiderat! *Ingradiatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, ut requiescam in die tribulationis, ut ascendam, ô me felicem, si hoc eveniat! ut ascendam ad populum accinsum nostrum, qui me expansis ulnis prætolatur.*

## PARS ALTERA.

X. **S**ero, Auditores, præsentem sermonem mitigasse nonnihil horrorem illum, quem mortis memoriâ nobis hæcenus ingessit: quid ergo porrò à vobis exigam? nil aliud, quàm primò, ne posthac ab iis cœtibus & pietatis exercitiis, in quibus de morte disseritur, vos subtrahatis, quæsi verò hæc sint devotionis feralis & funestæ opera; velim potius, ut illa summo studio frequentetis, cum ibi modum beatæ mortis obeundæ discatis, uti nôstis fieri in celebri illa sodalitate, quæ de felici morte nomen obtinuit. Subinde vellem, ut arctum posthac amicitie fœdus cum morte incedatis, illamque in negotiorum vestrorum omnium arbitram & consiliariam eligatis: nôstis, quid velim dicere? id unum sanè, ut, quoties posthac in magni momenti negotio quidquam statuere decrevistis, id sedulo perpendatis, an, si mors in-

grueret, id ipsum fecisse ac statuisse velletis: quidquid pro illo vobis articulo probatur, facite alacriter; securi, omitte: *Fili, sine consilio nihil facias, monet Spiritus sanctus, & 32.24 post factum non panitebit.* Quis autem semper in promptu habet consiliarium, & fidelissimum quidem? Ecce mortem! hanc in consilium adhibete: ô mors, bonum est iudicium tuum! ait Ecclesiasticus; certè nemo consilium melius, certius, securius, & sapientius suggeret; hoc cum sequimur, omnis periculi, doli, ac fraudis immunes erimus, & post factum non panitebit. Non enim crederim, ullum facilè vestrum reperiri, qui non aliquem suorum morientem viderit, hic matrem, ille thori confortem, & alius patrem suum. O bene! an verò ultimos eorum motus, sensusque supremos probè observastis? de quo gavisus sunt, de quo contristati? quid vituperio, quid laude dignum censuerunt? si bene arbitrati estis, observaveritis enimverò, morientium iudicia ab iis multùm abhorretere, quæ vivi quondam tulerant, ut adeo id ipsum hominibus eveniat, quod de talpa memorant physici; hæc enim, cum toto vitæ tempore cæca sit, tum primùm cum moritur, videt. Si verum eloqui placeat, ah quàm mutantur in illo articulo Axiomata? quàm diversa sunt vota & desideria? quàm variant affectus? Id quod priùs dolori erat, tunc solatium affert; quod priùs delectabat, nunc affligit: qui priùs pauperes & mendicos durus expulerat,

R. P. Segneri Quadragesimale.

V v tunc

tunc iis benefacit; qui prius sublan-  
nabat Sacerdotes, tunc sponte sua  
advocat; qui Sacramenta negligebat,  
tunc illa efflagitat; qui colloquia pie-  
tatem spirantia oderat, tunc illa effli-  
ctim expolcit: quis tunc plus susti-  
nuisse desiderat, jejunasse sapius,  
uberius flevisse. Ecce quanti interfit,  
mortem in omni actione à consiliis  
habere. Illud igitur attendite, quid  
moribundi factum esse velletis, illud-  
que facite, dum vivitis & valetis.  
Personam illustrem placet in exem-  
plum adducere; cum enim peræque  
nobiles ac generosi sitis, tanto vehe-  
mentius forsitan comparationis hujus  
efficacia vos permovebit.

XI. Ludovicus, cognomento  
Crassus, Galliarum Rex, ob eximias  
dotes animi celeberrimus, aut mili-  
tari ferocia, aut avaritiæ stimulis agi-  
tatus Præsules quosdam religiosissi-  
mos persecutus est, acri propterea  
invektiva à D. Bernardo mulctatus:  
Princeps iste, cum morti vicinus ac-  
cederet, documentum posteris relin-  
quere voluit, unde palam fieret om-  
nibus, quid in supremo articulo à  
potentissimis etiam Viris magni fie-  
ret. Malo enim ingravescente, ut  
author vitæ Sugerius commemorat,  
abjectâ clamyde regia, vestem reli-  
giosam induit, firmiterque statuit,  
si forte convalesceret, D. Benedicti  
familiam ingredi, usitatum tum tem-  
poris lapsis Principibus, & poenitentia  
ductis asylum; sed commune pluri-  
mis supplicium est, ut bonum, quod  
facere nolunt, cum possent, adimple-  
re non possint, cum maxime vellent;

cum igitur valetudinem recuperare  
non posset, æquo saltem animo mor-  
bi molestias, quantumvis diuturnas  
tulit, per frequenter animum moris  
eluit, ac sacra identidem orationi va-  
cavit. Cum tandem sacro, ut vo-  
camus, Viatico supremum munieris  
esset, exhaustis licet fractisque vi-  
bus, è lecto surrexit, Regis se vesti-  
bus ornavit, & non sine omnium ad-  
miracione in atrium usque exterius,  
Christo obviam processit. Erant ibi  
præsentes primarii Regni Proceres,  
& Purpurati, atque hos inter Ludov-  
icus filius, quem magnanimus non  
solum, quam pius Pater intulit:  
ecce, inquit, fili mi, quis etiam Ro-  
gum sit finis! vixi multis annis, re-  
ctoris plurimis famosus, spoliis de  
thesauris locuples. Ecquid porro de  
tanta magnitudine mihi reliquum est  
crede mihi, felicior forem, si mi  
destinaveram, multo antea Regnum  
abdicassem, quam ut me Regnum  
nunc deserat. Tibi saltem, ô fili,  
Pater tuus documento sit, ne nimio  
coronæ amore tenearis: hanc tibi in  
præsentiâ cedo, non tam ut te  
exornem, quam ut me exonerem.  
Si tamen grati animi signum ob an-  
cipatam hanc coronæ renunciatio-  
nem promereor, id unum à te peto  
fili, ut sanctâ & justâ gubernatione  
Patris tui errores & peccata emen-  
des, Ecclesiam Dei tuearis ac pro-  
gas, pauperes ames, pupillos desol-  
das, Ego vitæ residuum lacrimis &  
penitentia impendam, pro eo solo  
divinæ Majestati supplex, ut veniam  
malè præstitis servitibus indulgeat; tibi  
vero,

verò , ut pravis exemplis , quibus  
pejus , quam Patrem decet , tibi præ-  
luxi , ignoscas ; subditis autem , ut  
defectuosi regiminis veniam rogan-  
ti impertiantur. Nemo certè ad-  
stantium ad suprema hæc verba la-  
chrimas continuit. Rex solus intrep-  
idus detractum digito anulum filio  
consignavit , rei novitate primùm at-  
tonito , mox tenerrimas in lachrimas  
soluto. Donatione deinde solemn-  
i omnium , quæ possidebat , piis locis  
factâ , vasa omnia pretiosa iisdem  
iussit distribui ; Abbati Sugerio in-  
estimabilis pretii hyacinthum dona-  
vit , ut spineam inde Christi coronam  
adornaret ; tum spoliatis conclavi-  
bus & cubiculis omnibus , aulae  
atque picturas , omnemque aliam su-  
perbeccilem in pauperes iussit distri-  
bui , nec vestis regiae , quâ indueba-  
tur , pepercit , solâ sibi interulâ re-  
servatâ , nunquam liquidiori solatio se  
persusum testatus , quàm cum in DEI  
conspetu pauperem & nudum se  
intueretur. Mox profundissimâ de-  
missione provolutus in genua San-  
ctam ac Orthodoxam fidem palam  
professus est , atque è Sacerdotis ma-  
nibus Eucharisticum panem accepit :  
illo refectus meliùs habere videdatur ,  
unde ad cubile reversus , positâ omni  
pompa , repudiatis Aulicorum obse-  
quii , vilissimi instar Monachi , vili  
tantum stragulo & culcitra tectus ja-  
cuit , testante Sugerio , se , cum Regem  
de tam alto , tam humilem , ( ipsius ver-  
ba sunt ) intueretur , à lachrimis sibi  
temperare minimè potuisse ; ad quem  
blando ore conversus Rex , ne , inquit ,

amice , plangas , qui majorem potius  
congratulandi mihi causam habes ;  
quæ enim major felicitas , quàm libe-  
rum me modò , atque exoneratum cu-  
ris omnibus , mortem vultu intrepido  
præstolari ? Noli , inquit , *charissime  
amice , super me flere , quin potius exul-  
tando gaude , quod misericordia præ-  
stavit , in ejus occursum , sicut vides , me  
comparari.* Eo in statu aliquanto ad-  
huc tempore supervixit , malo diutur-  
no non minùs quàm molesto affi-  
ctus ; ubi tandem mortem vicinam  
sensit , familiarium quibusdam advo-  
catis pavementum tapete in crucis for-  
mam composito insterni iussit , in  
quo inter amaros purpuratorum sin-  
gultus , devotas Sacerdotum preces ,  
tenerimæque cum Christo è cruce  
pendente colloquia primâ die Augu-  
sti , anno ætatis sexagesimo , Regni ve-  
rò trigésimo , animam , ut piè creditur ,  
cælo reddidit.

XII. Finio Auditores , ne aures  
vestras longiori oratione offendam.  
In hoc Principe videtis enimverò ,  
quid & hi ipsi moribundi vellent  
elegisse : hem quid amant , quid ap-  
probent ; quis ergo vester sensus erit ?  
an in eo rerum articulo diversa ab his  
judicia vos habituros confiditis ? O  
quanto tunc vobis solatio foret , mihi  
credite , jejunasse largiùs , cur ergo cra-  
pulas & ebrietatem multiplicatis ?  
frequentâsse Ecclesias , & Oratoria ;  
cur ergo nunc conventicula & popi-  
nas amatis ? quanto foret gaudio , à  
pravo vos consortio ad vitam quietam  
retraxisse ? cur ergo libertatem  
quæritis ? Si tunc solatio vobis esset ,

inter sacrae familiae claustra religiosè vixisse, cur nunc illa ridetis, & subfannatis? tunc enim vero vestium pompa & vanitas tristitia vobis erit & doloti, cur ergo illam non moderamini? lubrica oculorum licentia tunc vos contristabit; cur illam freno non coercetis? tantus morum & vitae fastus displicebit; cur non deponitis? tantam linguarum impudentiam damnabitis; cur

non emendatis? odiorum & vindicta poenitebit; cur non placamini? tantae fraudes in contractibus damnabitis; cur non abstinetis? Eia agite, & consiliarium tam fidelem, quem vobis demonstravi, domum vestram ducite, omnesque seridè perpendite, quid in mortis articulo factum velletis, illudque modò facite: *O mors, bonum est iudicium tuum!*

## SERMO VIGESIMUS SEPTIMUS.

DIE VENERIS POST QUARTAM DOMINICAM.

*Domine, ecce, quem amas, infirmatur. Ioan II.*

I.



Effectus animi, maxime verò vehementes, dissimulare, rem sanè difficilem esse, nemo negaverit; nullus autem, si mea me non fallit opinio, minus regi potest amore. Placetne sub amicitia & benevolentia schemate latens videre odium? Cainum aspiciate, dum ad amicam secum ambulationem Abelem invitat: vultis, sub vultu ad hilaritatem composito, latentem videre tristitiam? Jezabelem è fenestra, Jehu praestolantem, intuemini. Vultis Religionis larvâ tectam videre invidiam, rabiem, amaritudinem, ac livorem? Herodem aspiciate, dum Christum sollicitè indagat, eique

Divinos honores deferre cum Magi Regibus petit. Quis autem amoris unquam adeo celare potuit, ut, cum esset amans, inimicus tamen capitalis ac juratus appareret? Vit prudens, aemulorum machinationes & insidias fugiturus, facilè larvam invenit, quâ se tegat, personam ac vultum dissimulet, Davidis instar, cum è Saulis Regia profugisset; puero rotem vel infanti id facere difficillimum est, quia eorum indoles ab omni simulatione tam aliena est, ut ultro ruat in occursum eorum, qui ei insidiantur, & sponte manifestet intima pectoris sui arcana. Amorem infantulo comparari, quis nescit, & infanti quidem face armato? an ergo illum latere posse existimatis, qui

quocunque incedit, faciem accensam  
 manu præfert? *Lampades ejus, lam-  
 pades ignis*, nec ignis solum, qui  
 etiam sub cineribus delitescere semi-  
 vivus potest, sed *flammarum*. Verùm  
 quorsum ego hoc exordio hodie col-  
 limo Auditores? dicam palàm. Vi-  
 debatur Christus, amorem, quo erga  
 Lazarum flagrabat, dissimulare non  
 nihil velle, propterea & morbum,  
 & mortis periculum, mortemque ip-  
 sam permisit; verùm an fallere alios  
 potuit hæc simulatio? minimè pro-  
 fectò; hoc enim sagaces Lazari for-  
 tes non latuit, nec ideo minùs Chri-  
 sto dilectum fratrem suum credebant,  
 quapropter audacter Christo signifi-  
 cant, *Ecce, quem amas, infirmatur!*  
 non quem *amasti*, sed quem *amas*.  
 Nec Christus ipse cum amici tumu-  
 lo vicinus accederet, à lachrimis sibi  
 porro temperare poterat, crebroque  
 genuit amorem testatus, *infremuit*  
*spiritu*, adeo ut universa circumstan-  
 tiam corona amoris vehementiam  
 moraretur. Quid ergo ad hæc dicitis,  
 o afflictè, desolati, miserè an vos  
 solum inter ærunnas vestras summum  
 DEI erga vos amorem non agnosci-  
 tis? an creditis, vos minus diligi,  
 quia pluribus adversis vos **DEUS**  
 exercet? Erratis, erratis, hoc ipsum  
 majoris in vos amoris argumentum  
 est, etiam id minimè agnoscatis. Sinite,  
 ergo, vos exhorter, ut æquo ac tran-  
 quillo animo adversa à **DEO** im-  
 missa toleretis, & beneficam ferientis  
 manum gratissimo animo exoscu-  
 lemini. Accipite ergo solatium, quod  
 vobis offero, ac vestrum in com-

modum ac emolumentum conver-  
 tite.

II. Ut autem solatii hujus funda-  
 menta altius jaciám, fingamus, adver-  
 sa non immitti à **DEO** in bonum no-  
 strum, sed **DEO** duntaxat volupe  
 esse, nos affligere, variisque ærum-  
 nis exercere, hoc ipsum tamen sum-  
 mo nobis solatio esse oporteret, quod  
 Deus afflictionis nostræ sit author,  
*Sicut Domino placuit, ita factum est*;  
 quod enim malum ab ejus manu pro-  
 fectum non læto animo suscipiatur?  
 Nescio, an unquam observaveritis,  
 quod in variis Longobardiæ civitati-  
 bus frequenter usuvenit, iis maximè  
 diebus festivis, quos Dionysia appel-  
 latis. Celebriores urbis plateas juve-  
 nis fortè obambulat splendide ve-  
 stitus, aurea cæsarie superbus, ac præ-  
 tioso ornatu ad omnem elegantiam  
 indutus; cum ecce ictu improvise  
 condensatè nivis globulus tergum fe-  
 rit, floccique candidis, & pileum,  
 & cæsariam, & chlamydis purpuram  
 aspergit. Ad hunc insultum insur-  
 git ferociens, & quia injuriæ autho-  
 rem ignorat, crescit indignatio, fa-  
 cies vindictam spirat, ardet oculis,  
 parumque abest, quin manu capulo  
 adnotà vindictam in aggressorem,  
 quiquis ille sit, meditetur. Mox  
 autem conjectis quaquaversum ocu-  
 lis videt amatam suam, manumque  
 amatam auctorem ictus agnoscit,  
 cum subito placatus serenam frontem  
 explicat, & suavè subridens, pro-  
 fundà corporis inclinatione ferientem  
 reveretur, dieque sequenti eadem  
 horà ex composito eidem fenestriæ  
 vic-

vicinus accedit, similemque gratiam non sine ambitu præstolatur. Non video, auditores, cur non eadem reverentia, quæ deservitur Amasæ, Deo debeatur; vos enimvero doletis, si ictu improvise induratæ nivis globus in vos incidat, qui eâ vos parte ferit, quâ minimè sperabatis; moritur filius, negotium sinistra succedit, munus, quod gessistis, aufertur, publicæ confusionis nota vobis inuitur. Eja levate oculos, ictus incussi Authorem inquirete; an non Deus est? Dominus est: dominus est! ipsissimus est, quem expertus est Job: *Præcipit nivis, ut descendat*. Frontem ergo serenate; quidquid enim ab hac manu proficitur, in gratia & beneficii

*Iob. 17. 6.* *In Psal. 118.*

loco habendum est: *pæna est aër, Augustinus, sed & gratia est.*

III. Error certè foret decumanus, credere, si Deus vos adversis exercet, id voluptatis & joci gratiâ ab eo fieri: *non delectatur in perditionibus nostris*, ut Tobia libellus nos docet, certò vobis persuadentis, aliud DEO motivum haud esse, quàm lucrum nostrum, & quamvis nullum aliud commodum inde redundaret, satis nobis esse debet, hæc fieri ab amante, ut blandè nos vellicet, moneatque nos ipsius recordari, ad ipsum recurrere, oculosque ad illum elevare. Sed qua ratione, dicetis, tribulatio amoris illicium esse possit? quin acerba & adversa non minùs in fugam concitant hominem voluptatis amantem, quàm fraxinus viperam, fumus apes, aut flamma leonem: si ergo Deo nos placet ad se

*Tob. 3. 22.*

allicere, favoribus rebusque prosperis, non duris & adversis id impetrandum est; blandiri oportet, non terere. Heu quantum aberratis, Auditores, si legem Deo ponere vos posse creditis: audite, quid vobis per Jeremiam annuntiet: *Dabo timorem meum in corde eorum, ut non recedant à me*. Ut me non deserant, quid faciam? an ipsis delicias abblendi? ah sic terga mihi verterent ingrati. Quid igitur agam, ut non recedant à me? terrebo illos, & confuternabo: *Dabo timorem meum in corde eorum*. Tum enimvero fugient, ut liberentur, sed quorsum fugient, nisi ad me? *In tribulatione sua meo confurgent ad me*.

IV. Si omnia nobis ad vota fierent, si secunda semper aura adpareret, nihil unquam adversi, timoris nihil nobis ingrueret, an equam, fateamur ingenuè, an equam DEI vel meminisse quidem dignaremur: Num Discipulorum Christi in navi periclitantem obliti estis? quamdiu tranquilla flabat aquarum malacia, tam modica de Christo cura erat, ut solum, & in navigii margine dormientem incerti relinquerent: cum autem gravis tempestas incumberet, *Motus magnus factus est in mari*; cum viderent undas intumescere, obfuscare cælum, scissas eripi, furens insurgere Typhoon, mugire tonitrua, concitari fluctus, undare excusso cælo imbres, & leporatum vi tempestatis phaselum, nam paulatim ac naufragium mecum

si, tunc enim verò anxie ad Christum accurrunt, opem & auxilium cum fiducia implorant: *Domine, salva nos, perimus!* Id ipsum, si Augustino credimus, indies Christianis usu venit: *Si cessaret DEVS, & non misceret amaritudines felicitatibus seculi, oblivisceremur DEI.* Si semper malicia, rebusque tranquillis uteremur, altissimam enim verò DEI oblivione jaceremus sepulti; quid ergo, ut ad DEUM recurramus, nos incitat? Ventus adversus, periculum, tribulatio: *Sed ubi angere, pergit D. Augustinus, molestiarum faciunt fluctus in anima, tunc fides illa, qua tibi dormiebat, excitatur.* Et ut veritas ista clarius elucescat, dicite, Auditores, quando piam peregrinationem Instituitis? nunquid cum sterilitate damnati, prolem à DEO efflagitatis? & quando liberalem Eleemosynam erogatis? nunquid cum morbo detenti, lectoque affixi, pro obtinenda sanitate Cælo supplicatis? equando orationi ferventiùs vacatis? nunquid cum calumniis petiti, ab infamiae notâ liberari laboratis? Dicerem ego libenter, id ipsum vobis evenire, quod aquarum: nòstisne, quâ arte & industria ad cælum elevanda fit? an forsitan, cum per patentem ac floridam pratorum planitiem quietè labitur? si libertas, & evagandi campus eidem permittitur? tunc enim verò exundatione pigerrimâ sese diffundit, & modo sublidit in stagna, modò in palude marcescit, ac tandem in profundo maris sinu se abscondit; ut autem furium ascendat, angustos interstricti canalibus recessus contringi etiam

invita debet. Id ipsum nobis evenit: cum omnia ad votum fluunt, per terram ignavè serpimus, quasi aqua dilabimur in terram, tardi & pigri habemur ad bonum, & in vitiis computrescimus: tunc autem ad cælum, & in altum nos erigimus, cum intra angustias constrictos nos esse agnoscimus; *Domine, Domine,* exclamat de populo suo Isaias, *Domine in angustia requisiverunt te.* Chordas instrumenti musici consideremus: ut suavem sonum edant, nunquid violenter attrahi, intendi, & non aliter, quàm reus in equuleo torqueri debent? si fides laxaveris, continuo dissonant. Ut vinca tua palmites, uvæ, & botros progerminet: nunquid ferò incidendi sunt pampini? relinque integros & ferro intactos, infructuosos & steriles experieris. Ut Juniperi grana suavissimum odorem spirant, nunquid ardentibus prunis injicienda sunt? nisi admoto igne urgeantur, omni fragrantia destituuntur. Id ipsum animantibus accidit: cum fame agitantur, tum enim verò agiliores sunt ad volatum, ut in aquilis apparet: sunt promptiores ad cursum; pardum aspice: sunt avidiores prædæ; lupum intuere. Si ergo Deus naturæ auctor tantum ab animalibus ratione privatis impetrat, cum ea affligit & duriùs habet, quid mirum est, quòd ut auctor gratiæ eodem agendi modo erga hominem utatur? Appositè igitur & verè Pfalter regius cecinit: *in ira populos deduces.* In quæ verba D. Augustinus: *quid enim est, nisi id unum;*

cum;



zum; imple tribulationibus omnia, ut in tribulationibus possi omnes recurrant ad te.

V. Nunquam ego dicendi finem facerem, si integrum eorum catalogum texerem, qui hac viâ ad DEUM pervenêre, qui, cum occideret eos, quarebant eum. Ut tamen vel modicum prægustum præbeam, an unquam filium illum prodigum ad Patrem reversurum fuisse creditis, nisi angustia & calamitates, quibus premebatur, ad id coëgissent? cum nudus, foetidus, famelicus, porcos pasceret, nec pascere tantum, sed & eorum pabulum suffurari, ac glandibus vesci deberet, fame pereo; hoc enim verò tandem è labris expressit illud, *ibo ad Patrem*. Manasses post gravissimam in DEUM perfidiam, verè rursus legi se submitit, & dirutas aras restauravit; sed hoc carceris diuturni squallor, & catenarum pondus extorserat. Antiochus post atroces Divini honoris injurias pacem à DEO supplex poposcit; sed vermes eum coëgere, qui carnem miseri crudeliter depalcebantur. David ipse de sese testatur, nunquam se DEO magis supplicem fuisse, quàm tempore nubilo & calamitoso: *in die tribulationis meae DEUM exquisivi*, cum tamen diebus sudis & serenis, heu nimis indecenter lasciviret, & Bethsabæas è fenestris procaciter arbitraretur. Negari ergo non potest, adversa nos ad DEUM deducere, imò non deducere tantum, sed cogere, & necessitatem imponere: *mala, qua nos pre-*

munt, ad DEUM ire compellant, ad D. Gregorius.

VI. Neque id mirum videri nobis debet, cum experiamur, ut Ecclesiasticus notat, tribulationes sanare corruptum hominis judicium, sermone componere, modestiam docere, & actiones nostras omnes moderari: *gravis infirmitas sobriam facit animam*. Inter omnes volucres, nulla falce est magis effera & fastuosa, & canis illam hero suo adeo morigeram novimus, ut ad levem ejus sibilum in humeros advolet, pugno infideat, non raro prædam ex unguibus ad eum mandatum intactam promptè requat; quâ ergo arte vel indolitiâ, volucrum natôrâ tam indomitam & superbam, tam docilem & obsequiosam fieri creditis? Amœnissimam redditu causam modumque compensum illius cicurandæ recenset Aelianus: aliquot dierum spatio in ebullentem & fumantem fabri ferrarii obcinam deportatur, ubi ad distillatium favillarum aspectum, ad multorum ictus, & incudis strepitum, toto pavore ac formidine concutitur, ut omnem subito ferociam, quamvis ingentem, deponat. Id equidem auditores, an verum sit, ignoret; tamen certissimum est, animum hominis naturâ superbam & fastuosam, nunquam facilius domari, frangi, ad demissionem componi, quàm in Ultrina tribulationis, in camino humiliationis, ut Ecclesiasticus ait, *Scilicet illum non nihil audire sonitus horribilem ictuum, qui à Divina*

nu vibrantur, nec dubitate, si fides  
 est Isaïæ, brevi edomandum: *vexatio*  
*intellectum dabit auditui.* Novimus,  
 non paucos ob excessum vanitatis &  
 arrogantiae stolidissimè delirasse:  
 Xerxes Persarum Imperator tanti  
 fecit se ipsum, ut vincula & compedes  
 mari se crederet injecturum, quod  
 etiam majestatis læsæ reum de-  
 claravit, eò quòd pontem Hellepon-  
 to impositum violenter diruerit; quin  
 etiam carnificis manu sustuario mul-  
 tavit mare, pejora minitatus im-  
 piterum, ni majori honore & reve-  
 rentiâ Principem suum coleret. Cle-  
 archus Heracleæ Dominus, aquilam  
 sibi Jovis instar præferri voluit, igni-  
 tis radiis armatam. Antigonus Ma-  
 cedonum Rex thyrsum viridantibus  
 pampinis cinctum Bacchi instar cir-  
 cumtulit. Quid de Heliogabalo di-  
 cam, qui Cybelem Deorum matrem  
 imitatus, leones currui regio jugales  
 admovit. Nemo verò horum stul-  
 tior Caligula fuit, qui modò Mar-  
 tem, modò Plutonem, jam Palladem,  
 jam Saturnum indutus, thura ac in-  
 censum à mystis & sacrificulis acce-  
 pit; Deorum, quotquot Roma ve-  
 nerabatur, statuas truncari, sui que  
 capitis imaginem imponi illis iussit;  
 tonabatur, fulgurabat, fulminabat è  
 certis quibusdam machinis in eum u-  
 sum aptatis, & quamvis ignorantissi-  
 mus bipedum, altris se dominari cre-  
 debat; Jovi ipsi, quo DEUM majorem  
 Antiquitas non habuit, exilium mini-  
 tatus est, omnisque cultus & adoratio-  
 nis usum negavit, eò quòd importunè  
 è cælis excussâ pluviam festa & ludos

turbaverit. Verùm dicite, Auditores,  
 quo tempore in tantam hosce insa-  
 niam prorupisse existimatis? An in  
 miseris, angustiis, & adversis? Mi-  
 nimè sanè, sed quando felices ac prof-  
 peri fortunam capillis tenere, clavum  
 rotæ illius fixisse, & velis ejus ven-  
 tos subtraxisse credebant. Tempo-  
 re autem nubilo, vix unum invenie-  
 tis: qui non fastum & superbiam po-  
 suerit. Alexander ipse Macedo, in  
 prælio faucibus, cum stillantem largè  
 sanguinem è plaga vidisset, hominem  
 se professus est, Plutarcho teste. He-  
 rodes ab angelo percussus, cum ver-  
 mium agmina carnes & viscera di-  
 rum in modum depalcerentur, se  
 mortalem agnovit, Josepho testante.  
 Si ergo tam stolidis & mente captis  
 adversa factum frægerunt, quid in iis  
 efficient, quos magis dociles, minus  
 que stupidos putamus? Certè rex  
 David, cum nonnullorum intoleran-  
 dam audaciam coerceri vellet, DEO  
 in hunc modum supplicavit: *consti-  
 tue Domine Legislatorem super eos,*  
 aut ut alii legunt, *Doctorem, ut sciant*  
*gentes, quoniam homines sunt.* Con-  
 stitue Doctorem, sed quem illum &  
 quis hanc sibi cathedram tam diffi-  
 cilem vendicabit? quis veritatem istam  
 persuadebit? tribulatio, imò totus  
 ejusdem metus: *constitue Domine ter-  
 morem super eos,* ut D. Hieronymus  
 exposuit, *vel constitue Domine terro-  
 rem super eos,* quemadmodum Chal-  
 dæa paraphrasis legit. Clarissimè  
 omnia Chrylостomus: *pedagogus au-  
 tem noster tribulatio est; hæc enim ve-  
 rò docet mores componere: quod*

Plutarc.  
 in vita.  
 De anti.  
 quis. l.  
 16. c. 7.  
 Ps. 9. 21.  
 Hom. 62.  
 ad pop.



UNIVERSITÄTS-  
 BIBLIOTHEK  
 PADERBORN

diffusius intelligetis, si elegantissimam ejusdem orationem ad populum habitam evolvatis.

VII. Juvenem illustrem aspici-  
te, qui obtento recens feliciter connu-  
bio, ad quod diu aspiravit, sponsam  
domum deduxit, filiam nobilem, lo-  
cupletam, modestam, pulchram, &  
amabilem, quique instructo lautissi-  
mo convivio, consanguineorum &  
affinium coronam ad æqualium suo-  
rum invidiam excipit. Ingrediamur  
non nihil, ait Chrysostomus, domum  
hanc, æquid tandem videbimus? ri-  
sus incompósitos, colloquia dissolu-  
ta, & actiones infames; hic ventrem  
& ingluviem farcit, hic ebrietate &  
temulentia obfuscat cerebrum; in  
vestitu vanitas, ostentatio in gemmis,  
luxus in omni apparatu elucet; lus-  
sus, musicæ, cantus, choreæ, lasciv-  
iæ effeminatæ, inordinata confusio,  
thronum tenent: *multa effusio, nihil  
studiosum, generosum nihil.* Interea  
acerbo fortis ictu sponsa subito mori-  
tur, primo ætatis vernantis flore de-  
messa, cum domus tota hilaritatis  
prius & gaudiorum sedes, in luctum  
& tristitiam momento convertitur.  
Ingrediamur iterum, si libet: vah  
metamorphosin! cum atrium subi-  
mus, nullus porro tumultus, sed  
quies summa, silentium altissimum,  
composita omnia: mox domestici ob-  
viam veniunt, pullâ veste funesti,  
vultu cernuo, gestu corporis mode-  
sto, humili voce. Si conclavia in-  
tima cum illis intramus, parietes ipsi,  
omnibus lasciviæ aulæis spoliati, mo-  
destiam spirant, tacent citharæ, silent

cymbala; tali, tessera, & scruporum  
thecæ dispersæ mensis otiosè incau-  
bant, longoque multatæ exilio chan-  
nantur; nullus ampliùs risus in eju-  
siam vultu natat, nemo nisi seris &  
ad pietatem apposita loquitur, nec ri-  
ri duntaxat, sed & fæminæ, & si-  
mulitium, Philosophos induere, sen-  
tentias loquuntur, & axiomata cro-  
pant: hic vitam humanam somnum  
indigitat, scenæ apparentis theatrum,  
pompam brevem; ille obstupescit,  
caducam formæ & vultus pulchri-  
tudinem Idoli instar adorari, cum ta-  
men fulminis instar post brevem, &  
illustrem sui conspectum nil præter  
fætorem relinquit, Alius mortem  
sollicitè expectandam docet, quæ nec  
natalium nobilitati, nec divitiarum  
splendori, nec flori ætatis parcat. Hæc  
in modum reliqui etiam sermonem  
prosequuntur, nihilque ut Chrysost.  
ait, aliud auditur, quàm utile ac pro-  
ficuum, & compungendis dolore ve-  
nimis accommodatum: *si quid ali-  
quis locutus fuerit, omnia sunt omnia  
Philosophia plena.* Unde tanta do-  
mûs hujus mutatio; quis tantam ser-  
monis prudentiam, quis mores adeo  
castigatos introduxit? Nolite mirari,  
Auditores, Magister ille celeberrimus  
intravit, quem *tribulationem* appe-  
lamus. Hæc enim verò lectione unica,  
quam de caduca hominum vita tradi-  
dit, id effecit, ut omni morum lere-  
tate fugatâ, omni vanitate expulsâ,  
sermões formarent magis lenacosi;  
ut aded meritò cum D. Chrysostomo  
statuendum sit: *verè Pedagógus ma-  
ster est tribulatio*, aut quod alio in  
loco,

loco, similique proposito docet: *tribulatio multam introducit sapientiam.* non ergo mirum accidat, ut ad id, quod paulò antè dicebam, revertar, illi, qui modum vivendi nescit, tribulationem à Davide Magistrum assignari: *constituit Domine timorem super eos, ut sciant gentes, quoniam homines sunt;* hæc enim superbos dejicit, hæc dissolutos componit, turbulentos castigat & mitigat, duros & obstinatos emollit, omnemque rebellem & refractarium ad DEUM maleducit: omnes animi metus tribulationi cedunt, invidia, amulatio, concupiscentia, potentia pecuniarum, corruptam amor, arrogantia, fastus, ira, & omne reliquum vitiorum examen.

Hactenus Chrysostomus stylo suo aucto.

VIII. Hæc cum ita sint, Auditores, an non eximias DEO grates pro immisissis, quibus nos affligit, adversus nos debere existimatis? enim verò maximas. Audite, si lubet, DEI per Isaiam verba; sunt enim verè Divina, ecce ego fingo contra vos malum. An loqui aptius potuisset? quando nos affligit, malum nobis inferre videtur: verum nil minùs est, simulat, fingit; non enim major in terris gratia est, quàm nos beare possit. O favorem sanè summum & eximium! *omne gaudium existimate fratres,* ait D. Jacobus, *si in tentationes varias incideritis:* quæ enim major gratia, quàm DEUM nos cogere, esse bonos, modestos, devotos, & glorià suà dignos? an non ipsimet petimus, ut voluntatem nostram, quantumvis

refractariam & renitentem, amicà quadam vi ad se trahat? *nostras rebelles ad se propitius compelle voluntates;* & hoc ipsum est, quod adversus efficit. Cur ergo ad primum fræni morsum, velut equi indomiti, insurgimus & recalcitramus? Ponite, quæso, hanc ferociam, certoque perisualum habete, securam ac regiam ad cælum viam esse, pati, pati, pati: *via vita,* ait sapiens, *inrepatio est disciplina;* ardua quidem, non negaverim, difficilis & salebrosa; sed simul secura & certa.

IX. Communis prudentum sensus est, si quando in regionem longinquam iter geminum ducit, unum mari, terrà alterum, securum multò esse, terrestri sese committere: sed nunquid maritimum commodius & compendiosius est? id equidem verissimum esse D. Bernardus respondet; aurato enim navigio excepti, lætâ sociorum unâ navigantium coronâ stipati, festivos semper dies agitis, cantatis, luditis, nec ullum interea temporis momentum deperditis; & jacendo, & sedendo, & dormiendo iter facitis, sique faventes venti aspiant, ô quantum viæ spatium intra pauculas horas transmittitis? hilares identidem cum epibatis & nautis jocos seritis, qui gravissimis licet laboribus distenti sint, plurimam tamen recreationis materiam suppeditare solent; discitis præterea artis nauticæ peregrinos terminos, & miram nomenclaturam; ibi docemini, quid rudentes sint, antennis & artemoni annexi, quid malus ad proram ere-

Aus, quid sit, carinam pice obline-  
 re, quid saburram alleviare, quid o-  
 pertorium detegere, quid vela refi-  
 cere, quid anchoras in navim attra-  
 here, qui sint principales malorum  
 rudentes, quid gubernacula, quid  
 clavi, quid funes nautici, quid fori ac  
 tabulata navis, quid pixis nautica, quid  
 remulcus, quid trochleæ, quid cym-  
 bulæ, quid scaphæ. Ad hæc vix ul-  
 la cæli injuria vos molestat; si plu-  
 via ingruunt, tectum vos defendit;  
 si nives decidunt, ad focum confi-  
 detis; si solis vos adurunt radii, in  
 puppis umbra auram flabello ventila-  
 tis, quodque mirum est, levibus sæ-  
 pe impensis ingens iter conficitis. E  
 contrario, quantis sumptibus, dispen-  
 diis, incommodis, sudoribus, terre-  
 stre iter abundat? verno & autumnali  
 tempore luto pedes impediuntur,  
 æstate pulveribus suffocatur anhelitus,  
 rupes arduæ, præcipitia horrida,  
 planities stagnans, aut undis interclusa  
 superanda est, nec de die requies, nec  
 somnus de nocte, equi strigosi, ac luc-  
 cussores, qui viscera, & lumbos con-  
 quassant, hospitia lordida, inhumani  
 caupones, & quid non? His tamen  
 non obstantibus, ego quidem, qui u-  
 tramque viam terræ, marique tentavi,  
 censeo, sapientissimum esse monitum  
 D. Bernardi, laudare mare, & eligere  
 terram, quia *laboriosior fortè via vi-  
 detur inter ardua collium, & aspera  
 montium, sed expertis longè securior.*  
 Sit enim calamitosior terra semita,  
 attamen firmior illa tandem est, so-  
 lidiorque, nec ex omni parte mors  
 imminet, ut in mari ulvenit; ubi

levissima undarum crispatio, & tenuis  
 sæpe nubecula suspicionem ac metum  
 parit, ventos & tempestatem minatur.  
 Idipsum accidit in proposito nostro:  
 gemina ad cælum via patet, per pro-  
 pera nimitum, & aspera; illa magis  
 commoda est, hæc autem magis se-  
 cura, eamque omnes fere calcant,  
 qui salvi sunt: omnes, qui placuerunt  
 DEO, per multas tribulationes transi-  
 runt fideles, ut Juditha quondam di-  
 cebat, Patriarchæ, Prophetæ, Apo-  
 stoli, & quicumque alii, DEO in pas-  
 cis chari, omnes, qui placuerunt DEO,  
 omnes, omnes. Illi vicissim, qui velis  
 tumentibus prosperitatis viam secon-  
 runt, tandem aut scopulis allisi, aut  
 abrepti syrtibus, tristi naufragio peri-  
 erunt, prosperitas stultorum præbet  
 illos, ut propria experientia doctus So-  
 lomon asseveravit.

X. Mihi credite Auditores, con-  
 nibus artubus contremisco, cum De-  
 vina inter oracula lego, quod quon-  
 dam angelus seni Tobia: dixit: quia  
 acceptus eras DEO necesse fuit, ut tenta-  
 tio probaret te: quia pietatis ope-  
 ribus vacabas, quia substractam tibi  
 bucellam dividebas inter pauperes,  
 quia negatâ palpebris requie detur-  
 ctos terræ mandabas: verbo, quia  
 DEO acceptus eras, necesse fuit, ne-  
 cesse fuit, heu quid? ut cæcus fieres,  
 ut summa calamitate occupatus ad in-  
 citas & mendicitatem redigereris:  
 quia acceptus eras DEO, necesse fuit,  
 ut tentatio te probaret. Quid ergo mi-  
 hi peccatori accidet, si aurâ semper  
 serenâ, & secundo rerum omnium  
 successu fruatur? heu mihi, nisi DEUM  
 adve-

adversus me armatum, manumque  
 ejus flagellis accinctam experiar, me-  
 tuo, ne parum illi in amoribus sim:  
 qui parit virge, odit filium suum.  
 Nimirum quantum sanè sacræ paginæ  
 abundant testimoniis, quibus DEUS  
 perspicue testatur, neminem, nisi ad-  
 versis exercitum, probeque contusum,  
 à se diligi. Si Machabæorum res ge-  
 ritas consulo, intelligo, non sinere pec-  
 catoribus ex sententia agere, sed sta-  
 tim ultionem adhibere, magni beneficii  
 est indicium. Si Salomonem inter-  
 rogo; quem diligit, inquit, Dominus  
 corripit. Si Paulum inclamo, respon-  
 debit: quem diligit, Dominus castigat.  
 Si à Jobo id sciscitor: beatus, ait,  
 homo, qui corripitur à DEO. Si ju-  
 dicialium Apostolorum desidero, repo-  
 nent omnes: per multas tribulationes  
 oportet nos intrare in regnum DEI.  
 Ut adeo tot ac tantorum testimonio-  
 rum mole oppressus, convictus & at-  
 tonitus hæream, si DEUM mihi  
 transgredere, calcari non urgere,  
 non flagris impellere, omniaque ad-  
 vortum meum fluere videam: si extra  
 disciplinam estis, o nuntium terribi-  
 le, iis ab Apostolo intentatum, qui  
 adversa fugiunt, si extra disciplinam  
 estis, cuius participes facti sunt omnes,  
 ergo, præ horrore mihi lingua hæret!  
 ergo adulteri, & non filii estis. Ah  
 bonum meum summum! hoc enim  
 verò nolo, sed legitimorum filiorum  
 numero accenseri cupio; hoc unum  
 cardeo, & ideo dorsum in flagella  
 reverenter incurvo: in flagella para-  
 tum sum. Atripe flagrum, quodcum-  
 que libuerit, nullum recuso, & nul-

lum eligo; neque dico in flagellum,  
 sed in flagella paratus sum. Sentio  
 quidem, carnem rebellem trepidare,  
 si vel cogitet lividas plagarum vibices,  
 quas in pelle mea exarabis; video  
 multiplicari morbos, quæcis corpus af-  
 fliges; ignominias prævideo, quibus  
 honorem confundes; amaritudines  
 cogito, quibus voluptates meas om-  
 nes in venena convertes. Sed non-  
 ne sufficit mihi, te nudum è crucis  
 trunco mei amore suspensum ac ex-  
 pirantem intueri? quis unquam tam  
 acerbus calix mihi propinabitur, cujus  
 amarissimam portionem tu prior in  
 mei gratiam non exhauseris? tu pau-  
 per, neglectus, contemptus, & ca-  
 lumniis ob opera laude dignissima  
 mulatus es, tu ab amicis traditus,  
 persecutiones ab æmulis passus, ad  
 tribunalia & subsellia judicum capita-  
 lis instar rei raptatus, petulantissimè  
 illusus, ferociter & truculentè habitus,  
 flagellis toto corpore dissectus &  
 saucijs, internis animi angustiis agita-  
 tus, in pulcherrimo ætatis flore ad  
 mortem ductus, damnatus, geminos  
 inter latrones nudus, & crucis tan-  
 dem patibulo affixus es. Si ergo nul-  
 lum aliud solatium præter tui amabi-  
 lem aspectum haberem, vah quan-  
 tum id foret? & tamen probè novi,  
 quòd infinità mecum clementiâ &  
 pietate usus, neque Calicem tuum  
 mihi propinaturus sis, ut ad ultimas  
 usque hæces eum exhauriam, sed pri-  
 mis duntaxat labris eum degustem.  
 Non me lateat, te ad terrendum nos  
 quondam dixisse: potestis bibere ca-  
 licem, quem ego bibiturus sum? Sed

pace tua & veniâ, non debebas dicere *calicem*; sed *de calice*: quis enim unquam calicem tuum ebibit, cum vix inde aliquantulum sorbere nos velis? ego non dubito, adversa, quæ immittere dignaberis, viribus meis

*Pfal. 79. 6.* superiora non fore, *Potum mihi dabis in lacrimis, in mensura.* Sis ergo benedictus in æternum, quid quid tandem de me statueris: quid enim beneficæ tuæ manui in acceptis gratus non referam, cum ipsa etiam tribulatio beneficium sit. Novi animum & indolem tuam, quod non castiges me, ut oderis: quid enim omnia à te immissa adversa sunt, nisi amor tenerrimus, odii larvâ ve-

## P A R S A L T E R A.

XI. **C**ommodissimum mihi in altera hac sermonis parte accideret, DEI causam tueri, illumque à multis eorum criminationibus defendere, qui sceleratos à DEO felices & beatos reddi queruntur. Si enim tribulatio est favor, non nisi amicis & electis collatus, quid mirum est, si scelerati immunes sint? non enim amat illos: *Exacerbavit Dominum peccator*, ait *Psaltes Regius, secundum multitudinem ira sua non quæret.* Cum verò attentius id expenderem, agnovi, mundum falsò & frustra lamentari; crediderim enim ego, nulum impium reperiri felicem; erit ille quidem divitiis locuples, titulorum splendore Illustris, populorum obsequiis conspicuus; dominabitur, & im-

perabit, in deliciis se & voluptate effundet, ut tandem ducat in dies suos. Verùm ex hoc felicem dici posse, minimè arbitror: ab quibus parvo opus est impio, ut sit miser. Satis est, impium esse: quænam enim obsecro, tribulatio omnium maxima est? Si senes & decrepitos interitum, mortem nominabunt, velut satellitem, quem jam jam importanter ad portarum limina pulsantem audiunt, nec modum sciunt, seles amicè expediendi. Si nobiles interitum, contemptum & infamiam; si feminas, Zelotypiam; si artifices, mercedem iniquè defraudatam; si milicos, æmulationem, & invidiam; si famulitium, servitutem dicent, ut quisque malum, quod patitur, gravissimum judicat, juxta illud *Quintilianus*: *Est humana infirmitatis ista natura, ut ex omnibus accidentibus, gravissimum putet quisque quod patitur: & ratione subjungit: aliorum enim mala, cognitione abstractâ, mala verò proprio sensu & experientia ponderamus.* Quod si, secluso proprii commodi sensu, humanæ calamitatis gravitatem à quâ rationis bilance trutinare poterit, nec privato indulgere affectu, verissimum esse deprehendemus, quod D. Augustinus in *Psalmos* commemoratus observat: *inter omnes tribulationes humana anima, nulla major est, quam conscientia delictorum.* Ut quod impiis à contrario probatur. Ponite hominem justum & Sanctum omnibus adversis obrui, quæ ipsi inter gravissima numerantur, at tamen omnia infractus ejus animus

ridebit, & haud aliter, quam Salamandra in ardentem rogam conjecta, exultabit: morbis eum obijcite; videbitis, expansis eum brachiis, & fronte serenâ amplecti, quin Sanctum Andream Corinum imitabitur, qui auditio mortis nuntio tantum concepit gaudium, ut, cum prius ex morbo longaque inediâ langueret, vires receperit, color resluerit, atque unde alii ægri ipsâ ægritudine gravius affliguntur, inde valetudinem recuperaverint. Probris illum & contemptui exponite? Carolomanum æmulabitur, & inflictos etiam à petulanti mediastino colaphos sereno vultu excipiet. Zelotypiâ illum vexate; Godolevam imitabitur, quæ vilis instar ancillæ flagitiosi marti concubinis inservit, Paupertate affligite; similem se illi mendico faciet, cui inter centones exultanti D. Augustinus ipse invadebat. Amulâ obijcite; lubens illis & dignitatem & gratiam cedit, ut quondam in aula Gallica S. Legerius Ebroino fecit. Inclementis Domini servitibus illum mancipate; promptissimè & ad aurum obsecundabit, ut quondam in Africano carcere D. Paulinus Gunterio, Verbo, ponite justum, ubicumque liberit, quin in infernum usque detrudite; inveniet & ibi consolationis suæ ambrosiam, unde omnis amatoris absinthium dulce redatur, lux nimirum cum divina voluntate conformitatem: *Nil est jucundius, nihil est securius bonâ conscientia*, exclamat D. Bernardus: *subjacet corpus in pana, jejuniis maceratur, verberibus laceratur, equuleo di-*

*stendatur, gladio trucidetur, supplicio affligatur, securâ erit conscientia.* E contrario conscientia rea, & exulcerata, ubi unquam pacem inveniet? finire illam, animi causâ vagari per hortos, & florum topiaria, amico sociorum consortio & conversatione gaudere, intra fornices & prostibula libidini indulgere; quidquid tamen misera aget, ubique functum illud tribunal circumferet, in quo velut læsæ Divinæ majestatis rea damnatur: & verò an non meritò præ dolore contabescat, aut ob gloriæ jacturam, quam perdidit, aut infernum, qui illam expectat? *Impius quasi mare fervens, quod quiescere non potest*, 20. teste Isaiâ. Tanta autem hæc animi inquietudo est, ut aliud remedium infelices non inveniant, quàm veritati agnitæ perficiendâ fronte reniti, fidem negare, & pernegare, immortalitatem animi pessumdare, & inferos juxtâ ac paradisi inficiari, atque intimo latentem sinu fovere Atheismum, *non est Deus?* Verùm miserum hanc sibi ipsis vim inferunt, tantum simul tormentum sentiunt, ut vel hoc solo infelicissimi reddantur; etsi enim, injecto velut in os Cerberibolo, molestos conscientia latratus compefcant, & ad tempus sopiant, subito tamen etiam invitis redit æternarum veritatum memoria, latrare denuo incipit conscientia, infestat morsu, terret gravissimis minis & futurorum metu, ut miseri, quantumvis protervi & impudentes, velint, nolint, cogantur fateri, esse aliquod in orbe Numen, & dominari in



in mundo DEUM, quem illi longissimè remotum & nullum vellent. Inde larvæ illæ & spectra nocturna insurgunt, umbræ horribiles, & fœdalia phantasmata, noctes vigiles, & somnus inquietus, qui curas ceteroquin mitigare & sopire solet: *si dixero, consolabitur me lectulus meus, terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.* Nec credatis velim, Auditores, furias inferni, ardent face armatas, ut in scenis ac theatris usuvenit, contortis in flagri morem viperis ac serpentibus eos flagellare; fabulæ hæ sunt, sed delictorum molesta memoria & Synderesis animi illos torquet; funestæ illæ mentis imagines, suspiria profunda, horrores improvisti, velut furia domesticæ, illos flagellant; quæ ergo illorum potest esse felicitas? *Ducunt in bonis dies suos, hoc equidem verissimum; ducunt in venationibus, ducunt in ludis equestribus, ducunt in choreis, ducunt in cæteris profanis animi laxamentis; sed longè diversum est, ducere dies in bonis, aliud verò ducere bonos dies quòd enim dies faustos ac felices ducant, id sanè à veritate quàm*

maximè alienum est. Nequicquam igitur hodiè in excusanda impiorum felicitate desudassem, cum eorum felicitas imaginaria duntaxat sit, imò nulla, quòd si aliqua felicitatis species apparet, fallax illa est ac dolosa, sicut mulieri stibio, cerusâ ac purpurâ ornata, quæ non nisi è longinquo spectari debet; ubi propius accesserit, non amorem & admirationem, sed nauseam ac tædium movet: *non est huiusmodi, & sincera felicitas; crassa est, non utilis, liceat mihi loqui cum Seneca, cum quo etiam perorabo: Nullum solus, licet illud fortuna exornet munere suis, impunitum est, quoniam sceleris in scelere supplicium est.* Quod cum ita sit, sermonem meum ita concludo: habent & impii suas tribulationes, easque graviore iis, quæ patiuntur, hoc solo discrimine, quod ærumnæ iustorum sint gloriæ propiora, impiorum verò sint ætæternæ poenæ æternæ, acciditque illis, quod infamibus Sodomæ civibus, quibus urbis suæ incendium æterni rogi & flammaram exordium fuit.

## SERMO VIGESIMUS OCTAVUS.

DOMINICA PASSIONIS.

*Quis ex vobis arguet me de Peccato? Ioan. 8.*



Uo tempore Carolus Septimus Franciæ gubernacula tenebat, bellum atrox in Aquitania Anglos inter & Gallos exarsit, in cuius primordio cum Galli succumberent, missis ad regem uno è præcipuis Ducibus, auxilia sollicitabant, atque unâ necessitatem exercitiis, urbium expugnationes, bellicum statum ac pericula significabant. Appellus in Aulam legatus, regem ac Procures lufui vacantes invenit, diuque prætolatus tandem in conspectum admittus est. Rex magnâ humanitate exceptum, manuque prehensum in conclave suum deduxit, variis lufus instrumentis instructum, deque ludis equestribus, qui magnâ tunc curâ parabantur, de scenis ac theatris prolixè cœpit disserere. Prudentissimus belli Dux, cum ad hos discursus diu multumque tacuisset, percunctante tandem Rege, quid sibi de spectabili hoc apparatu videretur, vultu in admirationem composito respondit: videtur mihi, inquit, ô Rex neminem repetire esse, qui provinciæ suæ jacturam hilariùs ferat, quàm tua majestas. Facile cepit Rex acutum responsum, ruptoque prioris discursus filo, exercitiis sui calamitates, & hostium progressus attentè audivit, ac necessaria subsidia quamprimùm parari imperavit. Fide certum est, Auditores, nec arcium, nec munimentorum, nec urbium, nec regnorum jacturam comparari posse cum ea, quam quivis lethalis noxæ reus patitur, dum gratiam Dei perdit & taben, si eorum demos curiosius arbitrari liceret, appareret sanè, non paucos eodem momento latruncolorum ludo intentos, alios ad tempus hilariter fallendum amica colloquia serere, alios inter risus & cachinnos comædias spectare, alios id unicum sollicitè agere, ut musico concentu in seram noctem Amasis blandiantur, aut diem variis animi relaxationibus ac deliciis frangant. Fierine potest, peccatores infelicissimi, ut tam hilariter gravissima vestra damna feratis? Certò persuasum habeo, vos, si eo tempore, quo tam inconsultè hilaritati indulgetis, jacturæ magnitudinem seridè cogitaretis, inter uberes lacrimas amarus ex imo pectore singultus ducturos; certè abjectis ocyus cum nausea aleis, relictis theatris, desertis conventiculis, intra cubiculi vestri solitudinem luctui & planctibus tamdiu vacaretis, donec certâ vos spe solari possentis, ruinas vestras integrè esse reparatas. Verùm miseria vestra vos latet, quia nunquam de ea cogitatis, nec alios de ea vos admonentes benignè sustinetis; tantum abest, ut ex Viro Religioso, aut sincero amico sollicitè interrogare velitis: *quis ex vobis arguet me de peccato?* Veniam ergo mihi dabit, Auditores, si ego servus vester fidelissimus ad alloquium vestrum hodie admitti petam, ut statim vestrum sincerè vobis exponam. Si risum vobis mereri videtur mea petitio, pergite, per me licet, & ludere, & jocari; quodsi verò calamitatem vestram

Y y agno-

agnoscitis, dicite, obsecro, qui fieri potest, ut experiamur portentum tam insolitum, atque unà tam frequens, nimirum peccatorem ridentem.

II. Ante omnia vos nōsse oportet, quōd, antequam lethali vos noxā polluitis, in tam excelso Dignitatis gradu constituti fueritis, ut non solum honoratissimi servi, sed amici præterea charissimi, nec amici duntaxat, sed Dei filii essetis, qui vos in familiam suam adoptavit, & per communicationem gratiæ suæ omnium suorum attributorum, prærogativarum, jurium, titulorum, ac thesaurorum participes effecit; verbo, Divinæ fecit consortes naturæ, D. Petro

2. Petr. 1.  
4. testante. Hac dignitate per peccatum excidistis, nec jam vel filios, vel amicos, vel servos, vos Deus porro agnoscit, sed palam protestatur, *nescio vos*. An adhuc exultare potestis & lætari? Certè infelix Esau,

Matth.  
25. 12. cum se jura primogeniti amisisset, & paternam benedictionem à fratre sibi præceptam videret, tam vehementi & acerbo dolore correptus est, ut leonis instar lethali sagittâ transfixi, ir-

Gen. 27.  
34. rugierit: *Auditis Esau sermonibus Patris irrugit clamore magno*. Ah peccatores! parùm omnino foret, si DEUS solum prærogativis ac juribus primogenito competentibus vos spoliaret, secundi saltem titulus ad solatium vobis superesset; verùm omni prorsus adoptionis jure excidistis, unde nulla vobis porro benedictio, sed illa solum maledictio expectanda est, qua Christus aures damnatorum feriet: *Si mortui fueritis, verba sunt Eccle-*

Eccles.  
41. 11. *si mortui fueritis, verba sunt Eccle-*

siastici, in maledictione erit pars vestra. Vos tamen minimè rugitis cum Esau, sed ridetis cum Jacob, velut opima hæreditate ditati.

III. Verùm, quæ hæc amentia & cæcitas est? an nescitis, Deum duntaxat capere à corde vestro, & vos ex corde divino exclusos esse? dissolutum enim verò est amabile illud vinculum, quod DEI ac hominis affectum mutuo conjunxit: novi quidem Deum illique præsentem, & totum ubique diffusum esse, ut cum breviter, & novose D. Cyprianus descripsit; verum in animo Justi non vulgari ac communi, sed singulari prorsus & inapplicabili modo est præsentem; unde nec Angelus Gedeonem, nec Michaelangelus D. Virginem, cum illi Ave diceret, sublimiori titulo condecorare potuit, quàm ut diceret, *Dominus tecum*. Specioso hoc titulum indignum se reddidit peccator: *Impius est Dominus ab impiis*, ait Sapiens, certè Deus magis à peccatore distat, quàm à Borea Austro, foretque facilius, in eodem nido acciperet columbam, aut in eadem speculam cum agno, quàm in eodem corde cum peccatore Deum commorari. An ergo fieri potest, ut vel ad momentum gaudeatis? Deo præsentem, quid non grande & eximium sperare potest humanus animus? divina certè nos docent oracula, omnes hæc Dei præsentia animatos spei suæ vela latissimè explicasse. *Ego tecum*, dicit Ieraco Deus, cum illum ad spernendum Philistæorum insidias hortaretur. *Ego tecum*, dicebat Jacobo, cum illum

ad iter in patriam animaret. Ego tecum, dicebat Moyſi, cum illum ad afferendos in libertatem Iſraelitas ablegaret. Ego tecum, dixit ad Joſue, cum illum in Ducem populi eligeret. Ego tecum, dicebat Jeremiae, cum illum ad praedicandam protervis veritatem animaret. Qui autem à Deo deſertus eſt, quid porro ſperabit? *Paſſi, cum reſceſſero ab eis!* ait DEUS per Oſeam. Nuncquid Samſoni idem erat, & Deum & robur corporis perdere? Idem Mannaſſi, DEO & libertate privari? Idem Sauli, Deo & regno exui? Idem Heli, Deo & ſacerdotio ſpoliari? Idem Oziae, Deum amittere & ſanctitatem? Idem Salomoni, Deo & Sapientia deſtitui? Idem Iſraeli, Deo ſimul, omnique fortuna excidere? Hunc ipſiſſimum Deum perdidisti, peccatores! & tamen hæc jactura parum vos angit?

IV. Vah quali, quantoque bono ſpoliati eſtis, cum DEUM perdidisti: quidquid meritorum collegiſtis tota vita præterita, quidquid laudabile & celo dignum feciſtis, interiit. Si mihi non creditis, audite, quid DEUS ipſe dicat per Ezechielem: *ſi averteris ſe juſtus à juſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, ſecundum omnes abominaciones, quas operari ſolet impius, nunquid vivet? Minime profecto; non vivit! omnes juſtitia ejus, quas fecerat, non recordabuntur, in pravacitate, quâ pravacatus eſt, & in peccato ſuo, quod peccavit, in ipſis morietur.* Hæc certe ſola comminatio ſufficere deberet emolliendo hominis

pectori etiam ſilice duriori. Si quis inſtar Dominici Loricati in carnem ſuam atrociffimè læviſſet, jejuniiſ ſeſe attenuaſſet, ciliciis vexaſſet, flagris concidiſſet, lacerâſſet catenis, & poſtea lethalis criminis reus moreretur, omnis iſta auſteritas & vitæ rigor nec hilum valeret. Si qua inſtar Romanæ Melaniæ omnem in pauperes ſubſtantiam erogâſſet, veſtiviffet nudos, redemiſſet captivos, ægris inſerviſſet, pupillos ſuſtentaſſet, ac tandem gravis delicti rea migraret è vita, irrita & infructuoſa forent omnia. Si plures ad Chriſtum gentes convertiſſetis, quàm Indorum Apoſtolus Xaverius; ſi plura, quàm D. Thomas, doctiſſima volumina in emolumentum Eccleſiæ elucubrâſſetis; ſi plures Thomâ Cantuarienſi perſecutiones & odia ob Eccleſiæ deſenſionem tuliſſetis; ſi ex amore DEI plura ſubiſſetis tormenta, quàm Clemens Ancyranus; ſi in contemptu mundi Alexium, in paupertatis rigore Franciſcum Aſſiſiarem ſuperâſſetis; ſi in clauſtro ſanctitatem Monachorum Lirinienſium, in deſerto Anachoretas Thebaidis, in columnis prodigioſos Orientis Stylicas imitati eſſetis, & tandem in ea, quâ inquinati eſtis, iniquitate moreremini, omnis meritorum theſaurus, omnis virtus, ac tota ſanctitatis excellentia periret. Et, quid porro opus eſt, repetere? *Omnes juſtitia, quas fecerat, non recordabuntur; omnes, omnes. O jacturam, ô infelicitatem; ô miſeriam, cruentis lachrimis deplorandam!* Et tamen poſt detrimentum tam funeſtum exultare audeſis, ſicut



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

*Isa. 93.* *exultant victores captâ prædâ, quando dividunt spolia. Novi quidem, vos tam divites meritis non esse, nec tam locupletem meritorum thesaurum collegisse: veruntamen tot jejunia, quæ per vitæ decursum observâstis, tot conciones, quas auscultâstis, tot, quas dedistis Eleemosynæ, tot precum collæ & psalmi, quos recitâstis, tot exomologeses, Sacrificia & synaxes ubi sunt? non recordabuntur; heu infelicissimi, non recordabuntur. Et nondum lachrimis ac fletu diluistis? nondum in singultus prorumpistis? necdum in rugitus solvimini?*

V. Si pauper quidam colonus suo sudore & gravibus impensis arbores in villa paterna plantâisset, fructus peregrini, varii & excellentis, quales nec in hortis Alcinoi, nec in Atlantis aut Semiramidis pomariis unquam maturuere, & ramis jam onultis, fructuque maturo, insurgens subito turbo eisdem prosterneret, quis animi sensus miser foret, si manè pomarium ingressus stragem adeo diram intueretur? nunquid lumphato similis in ululatus & gemitus solveretur? Multò sanè dignior lachrimis est anima peccatoris; non enim fructus solum amittit pretiosissimos, jamque ad maturitatem perductos, sed arbores ipsas videt prostratas, & è radici-

*Job. 31.* *bus evullas, eradicans gemmina, habitus nimirum virtutum infusos, ut nullus amplius fructus DEO dignus sperari possit, radix eorum exsiccata est, ait DEUS per Oseam, radix eorum exsiccata est; fructum nequaquam*

facient. Hanc vastitatem Spiritus Sanctus innuit, cum infaultam peccatoris animam, nunc vineæ arborum dentibus devastatæ, ut David Psalmo sexagesimo nono cecinit, nec domui à nocturnis grassatoribus capilatæ, ut capite quadagesimo nono deploravit Jeremias, nunc civitati à militari hostium furore depopulatæ comparavit, ut quinto decimo capite Jobus asseruit. Et vos etiamnum festus dies agitis? cui ergo tandem lachrimas servatis, si tam calamitosam nimæ vestræ sortem sicis oculis spectatis?

VI. De Hebræis memorat D. Hieronymus, cum perditâ Hierosolymâ à Romanis sub jugum missi essent, in more positum habuisse, ut certo anni die unum in locum congressus jacturam suam plangerent, risu profusus insolito, nec ab ulla alia gente, quantumvis miserâ, usitato, auditque dignissimo. Tempore D. Hieronymi gravissimè prohibitum erat Judæis, vel pedem Hierosolymis inferre, exceptâ solum illâ die, quam de plantâ indigitabant, eratque dies anniversaria, quâ Romanæ legiones explicatis vexillis, stricteque ferro urbem ingressi, stragem luctuosam ediderunt. Verùm nec illâ quidem die Hebræi civitatem ingredi, nisi grandis pecuniæ lytro persoluto licebat, quod tamen mileri liberaliter numerabant, ut tutò & ad facietatem flere sibi liceret, sicque lachrimas suas caro pretio emere coacti sunt, qui quondam, Divinum sanguinem vilissimo vendidissent.

runt, ut ait S. Hieronymus. Præ-  
fisa ergo die illucescente, ingentes  
undique turmæ infortunati illius po-  
puli confluerebant; viri fæminæque,  
senes juxta ac infantes, virgines & vi-  
duæ, pulloque omnes induiti habitu,  
sparsi capillitio, crine inculto, veste  
pulveribus oblitâ, demissis in terram  
oculis, pallidi, tristes, muti, quan-  
tum per erumpentes ex afflicto corde  
singultus licebat, ut vultu, vestitu,  
gestu, & totâ corporis compositione  
ne irati in se numinis indignationem  
testarentur: ad portam civitatis ap-  
palli effusissimo planctu lamentaban-  
tur ac percussis manu præcordiis, e-  
vulsisque crinibus urbem mæstissimè  
ingrediebantur. Cùm plateas do-  
molque, proh quantum diversas ab iis,  
quas Patres eorum quondam habita-  
bant, intuerentur, renovabantur sin-  
gultus? mox eodem ritu, superstitio-  
lo non minùs quàm lugubri, Tem-  
plum anxii quærebant, cujus ne vesti-  
gium quidem superesse, non igno-  
rabant, cumque illud minimè repe-  
rent, de platea tamen in plateam,  
de compitis in compita vagi, mæsto  
ululatu, sanctuarii cineres, altare di-  
ructum, turres disjectas & solo æqua-  
tas, exhausta Gazophylacia, & por-  
ticus desolatas plangebant: ad tan-  
tam mæstitiam feralis musicorum in-  
strumentorum clangor accessit, qui  
lugubrem in modum eorum planctus  
interpolabant, neque enim in tam ce-  
lestri solennitate deerant tubæ, ac ci-  
tharæ, non jam amplius suaves ac  
amœnæ, sed querulæ & discordes, ut  
impletetur Divina illa cominatio, cy-

tharas in luctum, tubas & lituos in  
planctum, vocemque lætitiæ in ge-  
mitus vertendam: & vox solemn-  
tatis versa est in planctum. Hunc in  
modum multis horis miseri nequic-  
quam lamentabantur, numerosâ sem-  
per militum coronâ cincti, qui pro  
civitatis securitate, ut in magno po-  
puli affluxu fieri assolet, ad evitandos  
aut exteræ gentis assultus, aut civium  
tumultus, collecti stabant. Cùm  
tandem ad abitum cogerentur, vix  
poterant miseri à murorum intuitu a-  
velli, unde supplices militibus facti,  
moram & inducias efflagitabant; illi  
verò non tam ad preces surdi, quàm  
lucris avidi, si planctibus, inquirunt,  
porrò indulgere lubet, pecuniis redi-  
mendi sunt. Quis crederet? etiam  
in has avaras exactiones, quantumvis  
inopes & egeni, consentiebant, ma-  
nuque iterum oculis admotâ, recen-  
tes lachrimas recenti pecuniâ, quasi  
nondum fletu satiati, emebant: *ad-  
huc fletus in genis, & livida brachia,  
& sparsi crines, & miles mercedem  
postulat, ut illis flere plus liceat.* Quod  
quidem factum in animo Hierony-  
mi tantum excitavit horrorem, ut  
diem illum luctûs extremo mundi ju-  
dicio æquiparare non dubitaverit;  
hocque Epiphonemate relationem  
suam clausit: & dubitat aliquis,  
*cùm hæc videat, de die tribulationis  
& angustia, nebula & turbinis, de  
die tubæ & clangoris?* Adeste igitur,  
Christiani; hunc ego eventum minu-  
tim vobis descripsi, ut in simili cau-  
sa similes in vobis affectus excitarem.  
Rem enim verò grandem! ob unius  
Y y 3 templi

templi terrestriſis jacturam gens Hebræorum perfida tanto ſe luctu confecit, ut lacrimandi licentiam magno pretio compararet, nec inimicæ gentis Inſultibus, militum proterviæ & viliffimæ plebis petulantix ſe exponere dubitavit, quæ certatim confluerat, ut illuderet genti compaſſione quidem dignæ, cui nemo tamen condolebat; vos autem, qui probè nōſtis, vos perdidiffe, non DEI Templum, ſed aliquid longè pretioſius, nempe DEVM templi, non tantum non deploratis hanc jacturam, ſed etiam ad planctus & lacrimas invitati riſui & deliciis indulgetis. Et quando tandem ad cor redibitis, & ſerio mentis conatu DEUM veſtrum quaeritis? ecquando tandem cum dolentis animi ſenſu iſta cogitabitis? en tranſeunt anni, labuntur menſes, ſol anniverſarius deſolationis veſtræ revertitur, vosque ipſi probè meminiftis, ac tacitè dicitis: ecce annus eſt; ex quo vindictam ſumpſi; ex quo laſcivus puellæ pudorem extorſi; ex quo affectui meo litavi! Oratores lacri ad poenitentiam vos modò invitant, conſcientiarum arbitri vos præſtolantur, ſocias vobiscum lacrimas amiciffimè commixturi; vos autem interea riſu ſolvimini, & non tantum non petitis, ut plorare vobis liceat, ſed nec ab aliis rogati plangitis. O poſſem utinam! afflicto ſpiritu vires veſtras agere, veſtrum cor ingredi, plangere veſtro loco, ac dolore omnis ſolatii experte interrogare: ubi eſt? ubi eſt DEVS tuus? ubi modò eſt nobilis virtutum chorus, qui

veſtra prius in anima ſedem fixis? ubi ille meritorum theſaurus? ubi caeleſtium gratiarum affluentia? ubi eſt DEVS tuus, qui in corde tuo tam amicè hoſpitabatur? Ah latro infernalis! nimium quantum patet, quis hoc miſerum deprædatus ſit: manuum ſuam miſi hoſtis ad omnia deſiderabilia ejus. Quidquid ibi pulchrum, pretioſum, æſtimabile erat, ablatum eſt; extincta eſt charitas, fides, ſoliviva relicta eſt, ſpes languet, prudentia cæcutit, enervata eſt fortitudo, temperantia diruta, Juſtitia ſololata, aut omnino extincta eſt, quodque malorum omnium Epilogus eſt: perditus DEVS.

VII. Et utinam, perditus DEVS, malorum terminus eſſet! felices illi in eo verſatur, quòd non tantum DEI amicitiã amiferitis, ſed indignationem etiam ejus incurreritis: cum ergo inimicum habeatis DEUM, an adhuc lubet ridere? Veterum Romanorum nonnemo, cujus cauſa in ſenatu agitanda erat; cum cognoviſſet Tullium tantæ famæ oratorem ſibi adverſari, tantà triftitiã occupatus eſt, ut deſperato cauſæ ſux exitu violentas ſibi manus intruſerit: vos autem, qui veſtri eſt animi ſopor, minimè cordi ducitis, inimicum habere DEUM, & quidem in eo ſuo genere, ubi animæ cauſa, æterna mirum ejus inter Angelos beatitudinis vel æterna inter damnatos miſeria agitur. Sed heu infortunati! prævidem ſententia contra vos lata, & illis decifa eſt; ex quo enim læta

vos crimine contaminatis, fulmen  
damnationis aeternae in vos libratum  
est, & referata Inferorum fauces jam  
hiant: dilatavit infernus animam suam;  
jam infernales furiae cum impatien-  
tia vos praestolantur, jam vos expec-  
tant flammæ voraces; jam dracones  
inferi patulo rictu adsunt, ut vos in  
margine præcipitii stantes, jamjam-  
que caluros excipiant. Vos autem  
in hoc discrimine constituti, ridere  
etiamnum, jocari & choreas agere?  
Heu infelices! quis vos à lapsu reti-  
ner, quis securitatem spondet, quis  
animos suggerit? an in vestra fortè  
potestate est, à ruina porro vos præ-  
terire?

VIII. Illud præterea periculum  
vestrum auget, peccatores charissimi,  
quod, posteaquam à Deo secessionem  
fecistis, creaturæ omnes in vos hosti-  
liter insurgant; unde timeri meritò  
potest, ne, dum vos ab iisdem à præ-  
cipitio servandos creditis, ad casum  
potius & ruinam ab iis impellamini.  
Sapienter advertit D. Augustinus, ser-  
vum, qui in Dominum suum injurio-  
sus est, omnes ejusdem Domini con-  
servos contra se irritare: *si servus cu-  
juspiam à Domino suo recedat, non so-  
lum Dominum ipsum exacerbat, sed  
& totam ejus familiam justissime ir-  
ritat.* Certè cum protervus Semei  
maledicta in Regem Davidem inge-  
reret, illumque jactis non minus la-  
pidibus, quam injuriis lacerasset, Re-  
gi Proceres illico certatim ad obrun-  
dandum caput scelestum se obtulere:  
*vadam, & amputabo caput ejus.* Om-  
nes omnino creaturæ, ratione præ-

ditæ, eaque carentes, vivæ & mor-  
tuae, animatae & sensu destitutæ, sunt  
servi & Domestici DEI: omnes igitur  
vindictam de peccatore eo mo-  
do, quo possunt, exigunt: *ego vadam*,  
exclamat terra, illumque de-  
hiscens absorbebo, *Ego vadam*, ait  
aqua, illumque fluctibus meis ope-  
riam. *Ego vadam*, ingeminat aër,  
eumque turbine meo evertam. *Ego  
vadam*, clamat ignis, & illum ardo-  
re meo consumam. Ita pariter nu-  
bes, fulmina, venti, omne aconitum,  
omnis fera se offert, *ego vadam.* Nec  
id metaphoram dumtaxat esse creda-  
tis: indubitatum enim est, plus po-  
testatis & virium creaturis inesse ad  
nocendum impio, quam justo; quam-  
diu homo conservavit Innocentiam,  
nullam creaturarum ipsi, velut om-  
nium domino, nocere potuisse, in  
comperto est; quin D. Ambrosius  
asseverat, nec rosæ spinas, nec cicu-  
tæ toxicum, nec viperis venena tunc  
fuisse, nec desunt, qui, cum causam  
indagant, cur dæmon Evæ locuturus  
serpentis potius figuram, quam leo-  
nis, lupi, aut alterius animantis in-  
duerit, docent, id propterea factum,  
quod serpens animal domesticum Evæ  
& in paucis charum fuerit, adeo ut nul-  
lum illi æquè in amoribus esset, illum  
in sinu foveret, ac in deliciis haberet,  
haud aliter, quam fæminæ nobiles  
catellos suos; tantum aberat, ut à  
quopiam animalium offensam sibi  
homo metueret. Posteaquam verò ho-  
mo rebellis D E O factus est, om-  
nes in illum creaturæ se armarunt:  
*armata sunt in ultionem*; quis autem  
dubi-

Procop.  
Gaz. in  
c. 3. Gen.



dubitet, eas in impios magis quam justos insurgere, ut testatur Ecclesiasticus: *Bestiarum dentes, & scorpium, in exterminium impiorum.* Quid ergo vobis eveniet, peccatores, in statu tam misero constitutis, nisi prava deseratis consortia, aliena suis dominis reddatis, ereptam famam & honorem restituantis, cum inimico in gratiam redeatis? Quid si enim creaturarum quæpiam facultatem à Deo impetraret, vitæ vestræ insidias struendi? quid si lethiferum animal incautos morsu læderet? quid si aut fulmine meris, aut tacti fulmine, aut ruinâ involuti periretis? an non æternæ salutis discrimen subiret anima? cur ergo in tantis periculis etiamnum ridetis? *Qua enim possit illic esse voluptas? liceat mihi cum Divo Chrysostomo dicere, ubi metus, ubi discrimen, ubi periculum, ubi tantorum malorum expectatio? ubi tribunalia, ubi accusationes, ubi iudicis ira? ubi gladius, ubi carnifex, ubi barathrum, & deportatio?*

IX. An fortè spem vestram in Tutelaribus angelis repositam habetis? illi quidem libenter protegent justos, & eorum commodis invigilant, seque ad omnia eorum obsequia demittunt: certè cuidam, cui nomen Aurelio, conclave composuerunt, velut si illi à cubiculis fervirent, Christinae vulnus obligabant, & chirurgorum officium præstabant; Antonio epistolas deferabant, & tabellariis munere fungebantur; Isidori loco aratrum ducebant; in navi Basilidis nauclerum agebant; Landradæ tumultum fode-

runt, & vespillonis officium subierunt; Wandregisilo vestes ancillis & molestum accidit, obsequium etiam levissimum impiis exhibere, cum enim DEI unice sibi inimicos eos esse norint, quo, quos, animo, quo in eos affectu creditis? Nec tamen dixerim, à turbaribus genis peccatores penitus obrelinqui; comitantur eos, fatentur, quacunque incedant, etiam ulque ad limina ludorum infamium, usque ad lupanaria, & scelera conciliabula, sed quâ fronte petere poteris, ut longius vobiscum progrediantur? Ergo certè crediderim, quod fors præstolentur ad limina, vosque cum lechrimis arbitrentur, & quanto magis vos tripudiis & lasciviæ indigetis, tanto magis illi luctu solvantur. *Ecce viventes clamabunt feris, vobis sunt Isaiæ gravissima, angeli amare se debent.* An ergo vestri impendant obsequium Angeli, quoniam tanti doloris causam præbetis? si tantem illi vos deserant, quorum præcipuum interest, vos tueri, quis porro vos periculis, tam æternis quam temporalibus, subducat? Considerate levim in media tempestate fluctantem: quo ibit absque navarcho? unde dete essedum inter aspera rupium, quò feretur absque ductore? accedite oviculam in saltu sine pastore, cæcum in præcipitio sine duce, in tenebris absque direcho: talis, talis, si magno Basilio credimus, exitus eorum est, qui Angelum larem irriterunt, fugarunt, suisque locis

*Homil. super ill. elatum est cor. Ozia rom. 1.*

seribus procul à se repulerunt, longè à peccatoribus salus.

X. Sed nec ad sacra Orationis asylum vobis porro licet confugere, quia preces vestrae inefficaces sunt & infructuosae, ut DEUS ipse per Isaiam testatur: *Cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam.* Expertus id est magno suo damno scelestus Antiochus, qui, dum è gravissimo morbo decumberet, supplicibus DEUM votis fatigabat, sed irrito eventu: *scilicet sceleratus Dominum, à quo non erat misericordiam consequutus.* Unico solum circumstantia est, in qua peccatorum preces repulsam non ferunt, si scilicet delictorum veniam seriò petant: ad omnia cetera eorum vota furdus est DEUS: & hæc fuit causa, ut doctissimus Sauterz notat, cur DEUS Antiochi preces cum nausea repelleret; non enim veniam scelerum, sed sanitatis donum efflagitabat. Stergo non solum ingratae, sed etiam exorta & execrabiles sunt feruentissimæ etiam preces vestrae, quamvis propositum sceleris non deponitis, juxta illud proverbiorum. *Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio ejus erit execrabilis: quis obsecro, status est vestro pejor ac infelicio: quò confugietis, ut opem in calamitatibus, solatium in angustiis, prosperitatem in negotiis, tutelam in periculis sperare possitis? An cum Davide Dei laudes cantabitis? sed ille vos è choro suo eliminat: non est speciosa laus in ore peccatoris: ubi acutè observat Chryostomus, Regium Psalmum, cum creaturas ad dicendas Deo*

laudes invitaret, truculentissimas etiam advocasse; invitavit enim scorpiones, serpentes & dracones, peccatores verò non invitavit; dixit quidem, *Laudate Dominum dracones*; minimè tamen, *laudate Dominum peccatores.* Usque adeo nec laudes ipsæ, à peccatoribus profectæ, Deo gratæ sunt: *Scorpii, serpentes, dracones,* ait S. Doctor, *invitantur ad laudandum Deum: quis vero excluditur? Solus peccator, solus peccator, heu miser! solus peccator, ab hac sacra chorea excluditur.* Quid

*Homil. quando presbyt. est designatus.*

faciendum vobis restat: an largas elemosynas distribuetis? Sed Deus aurum vestrum abominatur. An peregrinationes longinquas obibitis? Sed Deus horret, à vobis hoc in statu visitari. An voluntariis suppliciis animadvertetis in corpora? Sed peccatorum jejunia execratur. Facite ergo, quidquid libuerit, quamdiu lethalis noxæ rei estis, nullum operum vestrorum meritorium est: *Incensum abominatio est mihi, calendas vestras & solemnitates vestras odit anima mea, laboravi sustinens; laboravi sustinens.* Nec tremendo Missæ sacrificio interesse vobis porro in meritum cedit, nec conciones audire, nec incedere nudipedes, nec infirmis opitulati, nec peregrinos recipere, aut quocunque alio pietatis opere perfungi: magis tamen expedit, fieri à vobis hæc pia opera, quàm omitti, cum DEUS ex Theologorum doctrina majori propterea longanimitate vos toleret; *laborat quidem in vobis ferendis, sed & sustinet; fatendum tamen est, omnia illa opera esse instructuosa,*

*Is. 1. 13.*

R. P. Segneri Quadragesimale.

Z z

&c

& non nisi *mortua* appellari posse.

XI. Quid ergo reliquum vobis est, nisi ut creaturæ omnes, in vestram perniciem conjurent, terra, aqua, aër, ignis, plantæ, animalia, & dæmones ipsi diu suspiratam à Deo licentiam tandem extorqueant, spiritum vobis elidant, & certatim exclament: *noster est, noster est: Deus dereliquit illum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est, qui eripiat.* Vos verò interea omnem miseræ vestræ sensum adeo exuistis, ut etiam exultare delectet! O stultitiam! ô stupiditatem! memini de vitulo marino me legere, quòd in tempestate tripudiet, & dum illa sævit, somno altissimo ac imperturbabili indulgeat. Verùm id parùm moror; novi enim, eundem in symbolum bonæ conscientiæ à scriptoribus adduci, in cujus favorem illa Jobi verba probata sunt: *Requiesces, & non erit, qui te exterreat.* Sinite, quiescat Petrus, carceri Solymæo mancipatus; quiescat Paulus, vinculis in Macedonia constrictus; illud cum Ecclesiaste obstupesco esse impios, *qui ita securi sunt, quasi justorum fata habeant.* Ego certè, qui id fieri possit, comprehendere nunquam potui, neque aliam cæcitatibus hujus causam suspicor, quàm quòd miseri isti aut non cogitent de malis suis, aut illa non agnoscant: postquam autem hæc à me sermo vestro fideli intellexeritis, dicite ingenuè, nunquid extremæ arrogantia est, peccatorem se meminisse, & animum habere ridendi?

## P A R S A L T E R A.

XII. E T quis tandem mihi caelum memoret, cur peccator cum tanta animæ suæ inferat malitiam parùm tamen illa cordi habeat, aut apprehendat? Ecce illum in peccatu! Si, quoties in blasphemiam erupit impius, toties lingua horretissimè intumesceret; si ad omne furtum minus contractæ arelcerent, si post omnem fraudem & dolum mens tota habesceret; si ad omne opus lascivissimè fedissima scabie aut leprâ caro macesceret: an tantos in mundo blasphemos, fures, impostores, & lascivos futuros esse creditis? cum autem vitulum animæ, à noxa gravi illarum viternum sit & occultum, minimi estimatur. Admirandus sanè est fulminis effectus: incidit illud quoadque in scrinium auro plenum, aurum consumit, incendit, & in cineres redigit, intactâ arculâ; quisquis illam aliquid, nihil damni passam arbitratur, & tamen planè exhausta est. Id ipsum fecit peccatum; Regem Davidem à nihilum rededit, sceptrum tamen vitium in manu, coronam in capite, torquem in collo, clamidem in humeris reliquit, & princeps miser dominum tamen gravissimum ignoravit: *Ad nihilum redactus sum, & deservivi.* Quid ergo fieri necesse est? Nihil opus est, qui illud aperiat: id ipsum ego hodie feci: *Argui vos de peccato, nec dubito, quin probè vobis peccatum sit, damnus vestrum non est, quæ gravissimum esse, atque adeo, quæ qua adhuc superest salutis vestræ cura,*

non dubito, vos ad lachrimas & serium de peccatis dolorem, non verò ad risum & latitiam movendos.

XIII. Sed fingite, nullum vobis à peccato malum infligi, ponamus, & fortunam vestram & prosperitatem inde augeri; dicite tamen, qui fieri potest, ut rideatis, cum non ignoretis vos DEUM gravissimè offendisse, qui plurimis vos beneficiis affectit: *Exa- stabatis*, ut ait Baruch Propheta, *exastabatis eum, qui fecit nos, Deum aeternum*. Quid autem ille in vos deliquit, o Spectatores! ut vobis tam volupe sit & jucundum, eum offendere? si capitalis ille inimicus vester esset, qui vitæ vestræ insidias struxit; tum sanè permitterem, ut aliquod ex illatis ipsi injuriis solatium caperetis; cum autem summus vester benefactor sit, *qui fecit vos*, cur, quæso, ad ejus injurias rideatis? Sanctissimus ille Smirnenisium Præsul, & Apostolorum gloriosissimus successor Polycarpus, ætate jam cunà ad Proconsulis tribunal citatus est, ideo reus, quòd Christum adorasset; integerrimi nominis fama, & ætatis provectæ decora canities, hostium etiam benevolentiam, & infidelium venerationem ei conciliabant; Tyrannus ipse, qui illum tanquam reum & morti adjudicandum citaverat, eum ut innocentem morti subtrahere studuit: cum verò nec precibus, nec promissis, nec minis & terroribus illum à fide Christo datâ posset avertere, id tandem consilii ipsi proposuit, ut ore saltem & linguâ, si serio id noleret, Christi nomen vel semel blasphemaret;

omni tunc eum supplicio liberum, donisque maximis locupletem ad Ecclesiam suam remittendum. Ad hoc consilium planè sathanicum sancto quodam horrore venerandus senex obstupuit, elevatisque in cælum oculis octoginta, inquit, anni sunt, ex quibus Domino huic inservio, nec unquam vel levissimè ab Eo me læsum, imò plurimis summisque beneficiis affectum memini; cur ergo dominum tam bonum, tam benignum laceessere me jubes? *Octoginta sex annos illi jam servivi, & nullo me hæcenus affectit incommodo, quomodo igitur regem meum, qui me ad hoc usque tempus servavit incolumem, contumeliosis verbis possum afficere?* Nec à verborum constantia facta degenerabant; ad rogi enim sibi parati aspectum totus exultavit, sibi ipsi calceos detraxit, vestes exuit, rogoque conscenso in flammam se ipsum conjecit, non velut vitam ibi positurus, sed Phœnicis instar veteres exuvias mutaturus. Ah Christiani! quo, quæso, delicto DEUS tam malè de vobis meritis est, ut vos delectet, eum offendere, & velut ultionem de Eo sumere? *nunquid ultionem vos reddetis Joël. 4. mibi?* Jam multi vestrum, & vultum macie extenuatum, & crinem canitie conspersum gerunt; an salvâ veritate potestis dicere, toto vitæ decursu malè unquam ab ipso vos habitos? Eja edicite liberè! quod tandem ille in vos tanto annorum intervallo commisit nefas, ut hanc ei gratiam reddatis? & *ulciscimini vos contra dominum!* Ah hoc fortassis promeruit, dum è sinu

nihili benignissimè vos extraxit, & vitæ lucisque usuram vobis indulsit? an fortè ideo, quòd natales vestros nobiles fecerit, & honoratâ profapiâ illustres? An fortè, cum aliis silvas incultas, aut insulas desertas, aut infida barbarorum littora habitanda dedit, vobis civitatis hujus delicias servaverit? an fortè, quòd dotibus tam eximiis vos locupletârit, aut ad munia tam honorifica promoverit? an quòd divitiis ad splendorem usque vos auxerit, aut prole numerosâ coronârit? an fortè, quòd morbo vos afflixerit, aut exercuerit adversis? Quodsi & hoc fecit, id sanè non ex vestri odio, sed commodi temporalis non minùs quàm æterni studio effecit: *Flagella Domini*, ait sapientissima Judith, *flagella Domini*, quibus servi corripimur, ad emendationem, non ad perditionem nostram evenisse credamus. Quo ergo suo merito tantam in se barbariem & inhumanum agendi modum concitavit, ut ad vindictam tam portentosam (liceat cum Juditha prosequi) aspiremus? Nos ergo non ulciscamur nos pro his quæ patimur! Sed erravi, jam tandem conjecturâ assequor, quo tempore id promeruerit: tunc nimirum, cum nudus è Crucis patibulo vestri amore affixus pependit; cum spinis saucius, distentus funibus, sectus flagellis, & clavis perforatus est? tunc enimverò eas amoris mutui vices à vobis promeruit. An non verum dico? si ita est, eja; accedite alacres, vindictam sumite de injuriis, quas vobis intulit; *ulciscimini*, *ulciscimini*! id enim verò æquum & justum est; *ulciscimini* vos contra

Deum, nec enim ego vobis in re deo hauc voluptatem, ne tantâ vos felicitate defraudem. Ite, ite animos; Sanguinem illum conculcate, qui vos ab inferis extractos in libertatem abstruxit; nomen illud injuriis profcindite, quod vobis genuit salutem; contempnite Dominum illum ad nauseam, & que, qui vestri amore opprobrium hominum factus est, & gentium lubricum. Eja oculos in crucem defigite, ibi, ibi pendet inimicus vester: *ulciscimini*, *ulciscimini*! iterum, iterumque repeto, *ulciscimini*, *ulciscimini*! vindictam sumite de Carne illa Sacramentali vestris plagis sauciâ; fecite Caput propter vos transfixum, oculos vestri amore clausos, latus in vestri gratia hians & apertum, corpus pro vobis laceratum; si enim Christus vos offudit, qui tanta vestra salutis ergo labuit, eja copiosam vindictam curam habetis; *ulciscimini*, *ulciscimini*! iterum repeto, *ulciscimini* vos contra Deum! Quodsi autem majori propterea amore dignum censetis, curæ volupe vobis est, illum offendere? Eja quid ad vos defendendos respondetis? an non firmissimè decernitis, quod vobis spero, pedem hinc non movetis, nisi pari animi dolore noxas deplere veritis, quâ illas voluptate patratistis? DEI à vobis offensi clementia vim ab huc aliquam vos movendi habet, eos vos, obtestorque, à peccatis potè abstinete! Hic terminum tandem statuete noxis præteritis, & effrænatae morum licentiæ! Dissimulentur culpa hucusque commissa, & vel ætatis improbitatis, vel naturæ fragilitati, vel

*Judith.*  
8. v. 21.

sensuum rebellionem, vel suggestioni inimici impudentur; Avertat DEUS, ne potero voluptatem nostram in illatis Deo injuriis constituamus. Sufficiat prateritum tempus, (sicut mihi dicere cum D. Petro), sufficiat prateritum tempus ad voluntatem gentium implendam, qui ambulaverunt in luxuria, desideris, violentiis, commensationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus: quid enim aliud est, si verum eloqui placet, omnis culpa lethalis, nisi quedam idololatriæ species?

XIV. Si tamen aliquis vestrum his omnibus necdum movetur, id saltem gratiæ mihi concedat, quam in laboris mei præmium & compensationem genuflexus efflagito, ut, cum posthac peccabit, cum in locum concedat, ubi beneficiorum Divinorum præsentia, ingratitude suam exprobrare ei non possit. Sed quorsum ibitis misere-

ri? an in suburbana vestra, tantam frugum copiam vestri amore à DEO cumulata? an in hortos, tot floribus in vestri gratiam ornatos? an in montes, in vestrum commodum tantam undarum abundantiam gravidos? an in campos, tantam propter vos fecunditate beatos? an in silvas, tot feris in vestram utilitatem populas? an in maria, tantam piscium copiam ad vestras delicias habitata. Quod ibitis, ut solem vestros in usum lucentem non videatis, aut caelos, indefesso circuitu vestri causa rotatos? Misericordiam Domini plena est terra; quod idem est ac dicere: in toto, quam late patet, terrarum orbe nullus est locus, in quo cum voluptate & gaudio peccare possitis, nisi ad extremam ingratitude deducti, ubique DEUM velitis offendere cum voluptate, cui volupe est, ubique vobis benefacere.

## SERMO VIGESIMUS NONUS.

DIE LUNÆ POST DOMINICAM PASSIONIS.

*Miserunt Principes & Pharisei Ministros, ut apprehenderent IESUM. Ioan. 17.*



Ex me nosse cupitis, Auditores, in quem præcipue obicem offendant, qui virtutis semitam animosè calcant,

dicam facile, non esse alium, quam contradictiones, quas boni iustique à malorum insolentia patiuntur. Aberrat sane, quisquis in mundo Isaacum sine Ismaele suo, Jacobum sine Esau, Annam sine Phenenna, Davidem abs-

que Semei, Mardocheum sine Am-  
 mane, Jeremiam sine Phasare, aut  
 Eliam reperiri posse credit sine Jeza-  
 bele. Nimiùm, inquam, aberrat, qui  
 sibi persuadet, hominem probum esse  
 in mundo, quem non improbus aliquis  
 persequatur. Quis unquam amore dig-  
 nior Christo, qui nil nisi favores &  
 beneficia in populos sparsit? Infitus  
 erat rudium numerus, quos instruxit,  
 infirmorum, quos sanavit, mortuo-  
 rum, quos à tumultu redivos excita-  
 vit, energumenorum, quos à tartareo  
 inquilino liberavit; nihilominus tam-  
 en, nec ad momentum quietè illi vi-  
 vere licuit: quid dico, quietè & ca-  
 lumnias insuper, insultus, insidias &  
 persecutiones innumeras passus est,  
 cumque à saluberrimis documentis  
 abstinere non vellet, ecce hodiernà  
 die temerarii satellites immittuntur, qui  
 illum vinculis constringant, & loquen-  
 di libertatem ligent: *Miserunt Prin-  
 cipes & Pharisei ministros, ut appre-  
 henderent IESUM.* Tanta in ipsum  
 æmulorum rabies erat, quorum oculo-  
 rum, non aliter ac noctuas lux Solis, il-  
 lustrissimus virtutis splendor offendit.  
 Unde non miror, quòd in tanta fidelium  
 copia tam pauci ad Christianæ perfe-  
 ctionis culmen aspirent: certè non  
 omnibus animus est, immotis stare ad  
 omnem insultum excipiendum, cen-  
 sentque plerique consultius, & ad con-  
 servandam animi pacem opportunius,  
 vià largà & spatiosà ingredi, sit licet  
 vià perditionis, quàm arctam virtutis  
 semitam inter tantas contradictiones  
 & offencula calcare. Quid ergo con-  
 filii, ut partibus meis satisfaciam & an

justos æmulorum futuri & potestati  
 relinquam? an eos impunè offendi &  
 turbari permittam? an causam illorum  
 ex adversantium metu deseram? Mini-  
 mè sanè, sed potiùs, si parem zelum  
 cundiam mihi DEUS concesserit, de-  
 fensionem illorum suscipiam, eoque  
 molestis obrectatoribus, qui undique  
 illos infestant, vindicabo. Nôstris  
 Auditores, in quosnam hodie stru-  
 rim sermonis mei aciem & mucronem  
 defigere? in illos sanè, qui, cum sui  
 virtutem oderint, aliis quoque cum-  
 vident, eosque propterea exagitant,  
 pungunt, importunè lacesunt, donec  
 eos in sua habeant potestate, seu ap-  
 prehendant, cogantque vivere more  
 suo. Videtis equidem, majoris mo-  
 menti materiam non posse me hodie  
 tractandam assumere; quid enim  
 parat, tantà sermonum varietate ac  
 labore virtutem persuadere, promove-  
 re, procurare, si vix à suggestu digres-  
 sus videre cogar eos, qui pari, imò ma-  
 jori studio eandem tollere & eliminare  
 laborant? *Vnus edificans, & unus  
 destruens,* ait Ecclesiasticus, *quis  
 prodest illis nisi labor?* Attentis  
 animis me audite, Deique favorem  
 auxilium implorate.

II. Verum enimverò, quo dicendi  
 genere utar in causa tam atroci? In  
 enim gravitatem delicti considero,  
 quod reprehendendum assumpsi, mi-  
 nimè sanè populari illà placidè  
 dicendi methodo, quàm vobiscum lo-  
 qui soleo, utendum mihi video; quia  
 à primordio statim laxatis sanctæ in-  
 dignationi habenis, & terrere vos mi-  
 nis, & acerbis invektivis confundere  
 necesse

neceſſe eſt. Ut autem appareat, me ſuggeſtum non conſcendiſſe, aut oſtendendæ eloquentiæ, aut zeli effundendi gratiâ, ſed unico opitulandi vobis ſtudio, ideo aſperioribus dicendi formulis penitus abſtinebo, medicos imitatus, qui ægro ob exceſſus, quibus morbum ſibi accivit, non inſultant, non criminantur, non flagris corripunt, ſed id unicè agunt, ut valetudinem læſam reſtaurent, miſiſſimis uſi remediis, quæ ex artis ſuæ regulis poſſunt depromere: ſi eſt lingua arationis, ut Eccleſiaſticus ait, eſt & mitigationis, & miſericordiæ. Dicite ergo, ut ſuaviſſimè interloquar, quæ vos inſania exagitat, Peccatores, quòd pietatem, perfectionis ſtudium, & vitæ compoſitæ mores in aliis terre non poſſitis? Eja ingenuè animam pandite! ſint licèt fædiſſima illius vulnera, illa ego abſque horrore & nauſeâ tractabo. Quod ſi veritatem fateri vos pudet, nolite mihi indignari, ſi dicam, vos vulturibus eſſe ſimiles, quorum indoles eſt, fædiſſimâ cadaverum tabe paſci, & mortuorum fætere pingueſcere; odorum autem fragrantiam ferre non poſſunt. Ita vos ſuaviſſimus ille odor, quem juſtorum virtus exhalat, graviter offendit, & jam dudum notavit Apoſtulus, odorem Juſtorum geminum ac diverſiſſimum habere effectum, *Chriſti bonus odor ſumus DEO, in iis, qui ſalvi ſunt, & in iis, qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam.* Si igitur eos perfequimini, eorumque odor lethalis vobis eſſe videtur, alia ſubſeſſe cauſa

non poteſt, quàm invidia & æmulatio.

III Hoc autem invidiæ genus ex D. Auguſtini mente adeo infame, ignominioſum & abominabile eſt, ut excuſationem non admittat, nec veniam mereatur. Audite eximiam ſancti Doctõris ratiocinationem: ſi diviti quis invidet, minimè obſtupeſco; non enim in noſtra ſitum eſt poteſtate, æquales accumulare theſauros; ob parem cauſam non miror, ſi alterius valetudini, pulchritudini, formæ, ingenio, virium robori, aut dignitati invidetis; hæc quippe bona ſunt, quæ ab arbitrio noſtro non dependent, atque ideo mirum non eſt, quòd in aliis conſpecta livorem in nobis concitent. Si verd juſtum ob morum probitatem invido & liventi oculo intuemini, quam, obſecro, excuſationem aut prætextum affertis? an non enim virtus in veſtra eſt poteſtate? *ſi invidet juſto, res in voluntate eſt,* ait Auguſtinus, *eſto, quod in Psal. 39. doles eſſe alterum; non enim empturus, eſt quod tu non eſt, & alius eſt, gratis conſtat, cito conſtat.* Pietas certè, modeſtia, charitas, & temperantia, ſilentium, dolor animi de peccatis, talia bona ſunt, quibus comparandis pauperrimus quisvis ſatis dives eſt: voluntate ſolâ opus eſt, & generoſo animi propoſito. An non ergo furor eſt, id alteri invidere, quod nemine prohibente ipſe poſſis, ſi velis & lubeat, poſſidere? Gemina fratrum paria mundus habuit, à quorum primo Civitas DEI fundata eſt, eratque par hoc nobile, Cain & Abel; alterum



alterum verò, cujus patriam Civitas mundi agnovit Authorem, fuitque Romulus & Remus; quodque maximè mirandum est, de utraq; dici potest: *fraterno primi maderunt sanguine muri*: in prima enim Abel, in altera Remus trucidatus est. Eja si liber, fratres hocce parricidas, Cainum & Romulum componamus. Quid vobis de utroque videtur? negari minime potest, utrumque sceleris sui pœnas in inferno dedisse, et si non pari supplicio scelus suum luerunt in vita: Cainus per vastas solitudines longo tempore profugus ad omnis feræ occursum contremuit, ad omnis folii motum expalluit, omnem silvam singultibus replevit, omni flumine sese absorbendum, & omni valle sepeliendum credidit: molestæ ei erant tenebræ, exosa lux, somnus terribilis, vigiliæ inquietæ, & veluti furias identidem insequentes sentiret, ex uno montium jugo in aliud, ex una silva in aliam profugit, illud identidem ingeminans, *omnis, qui invenerit me, occidet me*. Diversa sors obtigit Romulo; hunc enim cælum patienter tulit, vixitque post scelus beatus & felix, inimicos subjugavit, dejecit æmulos, exterorum animos sibi obstrinxit, ex hostibus ditissima spolia collegit, eorumque trophæa in monte Aventino gloriosè suspendit. Et unde tanta utriusque diversitas? nunquid uterque germanum interemit, innocentem uterque, & quod indignissimum est, latronum more uterque? verissima sunt hæc: differen-

tia autem fuit omnino singularis, quod diu enim Romuli tolerabilis erat odio Caini; nam Romulus fratris potentiam, Cainus Abelis probitatem invidetur: ille potentiam fratris habere non poterat, nisi vi eriperet; hic fratris probitatem suam facere poterat, ut nihil inde germano decederet. Hæc itaque de causa hic minùs digna veniã fuit, & graviore supplicio multatus est; nullo enim modo fit minor, verba sunt D. Augustini, nullo modo fit minor accedente sua permittente consorte possessio bonitatis, nisi possessio bonitatis tantò fit latior, quanto concordior eam individua socium possidet charitas. Nunquid Caino licebat esse iusto unà cum Abele non & ipse DEO immolare poterat, & horti primitias, & ovilis sui primitias genita? an non & ipse sacrificium DEO sincero corde offerre poterat? Enimverò potuit; sed rapere primitias fratri volebat, quod ipse non habuit, quàm illud sibi acquirere, quo frater abundabat. Igitur omni comminatione indignus, vagetur extoritur, reat requie, angustias animi patitur, & funestum mundo ire Divinæ exemplum præbeat, quàm grave sit hoc, iusto morum sanctitatem invidere. Hæc cum ita sint, timete & contremiscite omnes, quibus docturatur hæc invidia, invidia illa diabolica, quâ invident bonis mali, nulla alia de causa, nisi quia illi boni sunt, isti mali. An non & vobis sanctitatem esse licet? nunquid eandem vestri modestiam profiteri? æquali assiduitate orationi vacare? castis esse, &

Gen. 4.  
41.

continentibus? sacra Ecclesie Mysteria, quorū hebdomadis obire? *Res in voluntate est, res in voluntate est.* Cur ergo vobis dolet, si alij bonis operibus vos antecellunt? cur illos subsannare, vellicare, turbare? Cū Hebræorum populus è Babylone reversus directus Hierosolyuz muro reparare statuisset, plurimi de populis finitimis, invidia & livore concitati novo sese operi opposuere, ac circumfusi murarijs eodem turbârunt, abegerunt, & si aliud non possent, ignominiosis saltem sarcasmis & sannis laborantes turbârunt. Sed Nehemiam iniquos fulminantem percipite: *ne speria, ait, Domine, iniquitatem eorum. & peccatum eorum à facie tua non deletur?* O votum horrendum! cur queso tam severæ imprecationes, & maledicta? quia *irriserunt edificantes.* An autem malum tam atrox, & delictum tam enorme sit, *videre edificantes?* quid? respondebit Jeremias, an parum hoc videtur? *irriserunt enim verò, verbiſque probroſis turbârunt edificantes,* qui sacra civitatis muros reparabant. Si igitur hic iste sanctus inexpiabile crimen esse censuit, ex invidia impedire fabricam, è terrena materia constructam, quid erit, turbare ædificium spirituale?

IV. Sed ô me simplicem! qui credideram, vos invidere socijs vitæ probitatem: nimis honorificè de vobis sensi; si enim res ita se haberet, necesse foret magni à vobis virtutem fieri, quia nemo alteri bonum invidet, quod non æstimat, aut contem-

R. P. Segneri *Quadragesimale.*

nit. Alia longè livoris vestri causa subest, desiderium nempe securius latendi in turba. Velleis nimirum in summa morum licentia vivere, sed cū aliorum modestia vestram vobis impudentiam tacite exprobrat, cuperetis, ut alij omnes exemplum vestrū imitentur, vestrisque vestigijs omnes insistant. Delectat vos vitæ turpitudine, & nullis restricta repagulis lascivia, hinc, qui castimoniam student, vobis displicent. Ad sorditiem usque avari & rapaces estis; ideo dolet vobis aliorum liberalitas. Prostituta vobis placet petulantia; hinc aliorum verecundia vos torquet. Verūm quid erit tandem? an forte creditis, sociorum copiam, & peccantium multitudinem vobis patrocinari, ut vita vestra sit DEO minus exosa, eumque minus offendat? O vos delusos! *quid proderit multitudo?* verba sunt eximia S. Eucherij, *quid proderit, multitudo, ubi singuli judicabimur?* Hæc *Epist. 1. Paraclet.* certè exculatio non proderit impio, si dixerit: *non eram solus,* præsertim si illos, quos scelerum socios habet, improbè seduxit; ah non excusat, sed aggravat malitiam ejus, quod eā plurium animos infecerit: quasi verò homini peste afflato plus reverentiæ haberi debeat, quod solus non sit, & conversationis suæ licentiā ingentem populi multitudinem, & malitiosè quidem, afflârit. Cavete potius quod subjungo: securiores fortassis vos esse creditis, si scelera passim invalescant, propageantur, & communia fiant? ego verò vobis ingemino, tunc præcipuè inevitabili

A a a      necel-

necessitate vos esse perituros. Pullulabat, ut nostis, in Evangelici coloni agro infelix lolium, jamque ita passum dominabatur, ut spicas propemodum omnes suffocaret; sola ibi zizania imperare, omnemque sugere humorem ambiabant, nec advertabant, inde potissimum suam sibi ruinam accersiri, unde summam sibi felicitatem spondebant. Si rationi locus apud illa fuisset, dixissem: quid agis lolium imprudens? an non vides, quod, nisi paucula ille aristæ superessent, jam milies radicitus evulsium gemeres? o quoties implacabiles messorum falces gementi vestro admovissent, qui identidem imperium expectant, & operam suam offerunt? *Vu, imus*, ut noxias has plantas in fascis colligamus, & Vulcano consecremus? Crescite, crescite, infortunatæ, dabitur brevi meritis stultitiæ vestræ pœnas. Ita certè dixissem, nisi scirem, me surdis loqui: sed nunquid vos saltem aures mihi dabit, si in vestrum commodum sermonem meum detorqueam? Quid agitis miseri peccatores, quid agitis, dum scelerum vestrorum socios & complices queritis? nunquid velut luxurians lolium suffocare conamini frumentum Electorum? sed hæc ratione, o stulti! actum est de vobis! an ignoratis, quot accusatores fremant coram tribunali Divino ad vos stipitatus exterminandos? Utinam Deus apertis Cæli foribus ad funestum hoc spectaculum vos admitteret! videretis certè o miseri! totam creaturatum universitatem, velut totidem Divinæ justitiæ satellites, armatos in ulsionem

inimicorum; hæc omnes ad sumendum de vobis vindictam se DEO offerunt unaque voce clamant, *Vu, imus*, colligimus ea? *Vu, imus*, clamant salmina, ut gravidis è nubibus excussis, diruamus theatra & scenas, in quibus honor tuus palàm conculcatur? *Vu, imus*? clamant venti, ut concutiamus tellurem, & dejiciamus concavia, in quibus libidini & lasciviam tam impudenter litatur? *Vu, imus*? clamant aquæ, ut extra crepiditas ac littora effusæ, inundemus illa pœdia; è quibus tot rebelles & pestiferi injustissimi aluntur? *Vu, imus*, clamant flammæ, ut in cineres redigamus sœneratorum tabernas, in quibus tot usuræ impune exercentur? *Vu, imus*, *vis, imus*, *vis, imus*? clamant omnis licitorum, tortorumque cobolus ignis, grando, nix, glacies, *vis, imus*, procellarum, quæ faciunt verum ejus; nos partibus nostris fungemur, honorem tuum tuebimur; & dissipabimus inimicos tuos; elige, o Deus! tonitrua, fulgura, grandines, procellas, aquilones; aut quidquid demum placuerit; parata sunt omnia, ad hostes tuos exterminandos: colligimus ea, colligimus ea. Interea tamen Deus negat illis optatam saviendi licentiam, atque uno illa verbulo contacet, & ait, non. Tolerat injurias, dimulcat offensas, & negligit violatum suum honorem. Et cur isthoc? miram sanè aliam ob causam, quam ne peccatorum ruina etiam justos intulerat: ne fortè colligentes zizania, et dicetis cum eis simul & iriticam. Consuetudo enim misericordis Dei est, in Deus

Divus Chrysoſtomus, honorem hunc  
 dare ſervis ſuis, ut propter eos ſalven-  
 tur alij. Hæc cum ita ſint, cur quæ-  
 ſo, ô ſocij mei peccatores, cur adeo  
 deliramus, ut tunc ſecuritatem no-  
 bis ſpondeamus, ſi quamplurimos in  
 flagitioſam vitæ morumque ſocieta-  
 tem traxerimus? num credimus,  
 pauculos juſtos commodis noſtris  
 obſtare, cum tamen ſint unicum  
 propugnaculum, quod nos defendit  
 & ſervat? *Salvum me fac*, dicebat  
 David, *ſalvum me fac domine, quo-  
 niam deſicit ſanctus*: adeo nullam ſibi  
 de ſeipſo ſecuritatem promittebat.  
 Quæ alia cauſa Sodomam vaſtavit,  
 quam paucolorum juſtorum defectus,  
 ut Deus, Abrahamo revelavit? unde  
 Jeruſolymæ excidium, niſi quod ne  
 unicui quidem in ea juſtus viveret,  
 ut Jeremiæ manifeſtatum? Econtra-  
 rio navis illa quæ Apoſtolum vehe-  
 bat, poſtquam ad Melitæ conſinia diu  
 cum fluctibus luctata, & naufragio  
 proxima fuiſſet, ne unam quidem  
 peſſimorum, qui unâ cum Paulo ve-  
 hebantur, fuerint licet circiter trecenti  
 numero, amiſit; omnes enim cælum  
 donavit Paulo, in cujus conſortio  
 tui latebant: *Ne timeas Paule, dona-  
 vit tibi Deus omnes, qui tecum navigant*.  
 Quis ergo non videt, niſi magis ſcele-  
 ratis deſiderandum eſſe, quam maxi-  
 mam juſtorum multitudinem; hos  
 ingenti pretio comparare, omni ſtu-  
 dio custodire, omni ſollicitudine ſer-  
 vare, haudque aliter eorum probita-  
 tem, quam felicitatem propriam cordi  
 habere deberent, ut Salomon mo-  
 not: *in multiplicatione juſtorum la-*

*tabitur vulgus*. Quis ergo deinceps il-  
 los ſeducere, ſubvertere & à virtutis  
 ſemita abſtrahere præſumet? Adver-  
 tite hoc, quæſo, ô ſcelerati & sedu-  
 ctōres, veſtramque inſaniam corrigi-  
 te: vos cum mali ſitis, bonos tole-  
 rare non poteſtis; ego autem dico,  
 vel ob hoc ipſum unice vos deſide-  
 rare, & ſtudioſè procurare debere,  
 ut boni ſint quam plurimi, cum vos  
 ſitis peſſimi.

V. Sed pergit me benevolè au-  
 dire, quia meliora magiſque effica-  
 cia etiam num dicenda ſuperſunt. Vel  
 decreviſtis, ſemper eſſe mali, quales  
 vos, bonâ veſtrâ veniâ, eſſe ſingo,  
 aut ſtatutum vobis eſt, aliquando  
 mores mutare, & amare probitatem  
 quam in alijs modo perſequimini? Si  
 ſemper mali eſſe ſtatuſtiſtis, non habeo  
 quod porro vobis dicam: quid ergo  
 hic agitis? auſſerte vos hinc quanto-  
 cyûs; locus iſte nimis honoratus eſt,  
 nec illis debetur, qui homagium dia-  
 bolo fecere; quin vobis præſentibus,  
 tutis nobis eſſe non licet. Quodſi,  
 uti piè credo, nemo veſtrum uſque  
 adeo improbus eſt, ut ſcleribus im-  
 mori, & non ſaltem in ſenio pœni-  
 tere velit; qua ratione in tanti mo-  
 menti negotio, poſt tot injurias,  
 quibus Deum laceſciſtis, neceſſaria  
 gratiæ auxilia ſperare poteſtis? Ser-  
 pens certè, qui instrumentum fuit  
 dæmonis ad Evam in Paradiso per-  
 vertendam, tantum Dei odium ſibi  
 promeruit, ut primus omnium Divi-  
 næ ſententiæ fulmen ſenſerit: æternò  
 enim maledicto Deus illum feriit;  
 & velut creaturarum viliffimam con-  
 demna-

demonavit, ut infra terram habitaret, terrā velceretur, & aeterno sui opprobrio pronus supra terram reptaret. Dicite, equid tandem mali serpens admisit? an ille forsan in dæmonis obsequium ultro se obrulit, suamque operam ad seducendam Evam sponte addidit? Minimè profecto; quin coactus servivit, & majori dæmonis potentiae invitus cessit, quæ ei linguam in verba à se minimè intellecta formavit. Hæc tamen innocentia à pæna serpentem non absolvit; cur ergo luit culpam, quam non amisit? respondet D. Chrysostomus, Deum imitatum esse patrem, cujus charissimi filij à sicario fuere interempti: non ille homicidæ solùm irascitur, sed furorem suum etiam in ferrum & cædis instrumenta convertit, illaque torvum aspicit, humi adjecta calcat, conterit, maledicit, velut si ipsa quoque patrati criminis rea fuissent. Eodem modo DEUS egit cum serpente,

*Hom. 17. in Genes. serpens, verba ejus sunt pulcherrima, quoniam serpens, quasi gladius quidam, diabolica inservivit malitia, ideo & perpetua ipsi pæna intentata est. Si igitur serpens, qui dæmoni servit, ut instrumentum tentandi justos, & quidem minimè liberum, ac ignorans, quid ageret, vindictam evadere non potuit, & tam grave DEI odium incurrit, dicite, quæso, & unâ veniam dare liberiùs loquenti, quid vobis eveniet, qui sponte ac malitiosè diabolo tam indignè cooperamini, ut quàm plurimos sui cultores nanciscatur, ejusque interpretes palàm*

agitis? An ullam à DEO pietatem aut gratiam speratis? maledictus, quisquis serpentem imitatur, maledictus sit. *Homo diaboli advocatus* i. e. & à dæmone, cui tam fidele obsequium præstitit, præmium expectate, à Deo nil nisi gravissimum odium, interitus, ac damnationis aeternæ sententia vos manet.

VI. Quo enim alio modo appetitis profiteri possitis, nullum vobis porro cum DEO commercium fore, quàm dum scædus cum capite ejus inimico sancitis, eique omnia adversus DEUM subministratis? Nemo ignorat, Auditores, dæmones parùm aut nihil posse, si solus nos aggrediatur: *resistite diabolo*, hortatur D. Jacobus, *& fugiet à vobis*, non sensim recedet, sed in effusum se fugam præcipitabit; usque adeo meticolosus est: tum verò præcipuus formidandus est, cum virum aut hominam nanciscitur, quæ subsidium illi manum porrigit; proclivè enim & ex insidijs nos petit, unde nonquam periculosius nocet, quàm cum sub aliena persona latere potest: *qui revelabit faciens indumenti ejus*, ait Jobus qui personam suam tam aptè dissimulare novit? Jobi patientia minimè vacillavit, cum dæmon in propriâ persona prædia ejus dirueret, aut armenta raperet, aut domum eveneret, aut carnes ulcere scædaret, sed tantum nutare cepit, cum amicorum personatus, ad diffidentiam & desperationem cum impelleret. Ut autem exemplis ætatis nostræ propioribus ostentamur; nunquam certè in scelus lapsi

sunt, aut Jacobi in silvis Palæstinæ, aut Macarij in eremis Syriæ, aut Joannes in asperis cavernis montis Ferratis, cum diabolus ipsos aperto Marte aggrederetur, cum nervo bubulo aut fuste armatus in eos irrueret, cum boum mugitus, serpentum sibila, aprorum grunnitus, leonum rugitus, barrisus elephantorum, luporum ululatus, uelorum fremitus fingeret; sed tunc, cum fæminas projectas, vanas, blandientes, adornatas, lascivas ad illos sollicitandos admove- ret. Retinete, quod dico, Auditores: fatuus foret, si Deus ad apertis inferni carceribus, ruptisque vinculis & cate- nis liberum dæmonibus iter panderet, ut ad spectabili formâ justos ad vitia sollicitarent, fatuus, inquam, & secu- rius id foret; tum enim justis eorum ad spectu & præsentia territi, modum sollicitæ quærent eorum insultus evadendi, confugiendo in Templo, crucis signum frontibus imprimendo, Sacerdotum opem implorando, qui mundis lustralibus asperfos, verbi que authoritati securos redderent: sed si vos, anticitæ larvâ personati, inno- centes aggredimini, & *subvertere ni- timini amicos vestros*: quò tandem confugient infelices? quis enim lo- cus etiam sacrosanctus vos absterret, quin insidias incautæ eorum pudici- tiæ ibidem struatis? quod signum tantæ efficacæ & reverentiæ est, ut vos contineat? quæ adjuratio tam potens, ut vos terreat, coercetque? Cum igitur diaboli partes tam strenuè sustineatis, ut nec ipse melius possit, an veniam illam à DEO sperabitis,

quam ceteris vestris culpis ex fragi- litate commissis indulgere solet? Er- ratis miseri, erratis: si enim sacrifi- cium DEO acceptissimum est, in sa- lutem animarum cooperari, malefi- cium sanè dirissimum & abominan- dum sit, necesse est; in illorum per- niciem conspirare; à contrario enim, ut scholæ loquuntur, est efficax argu- mentatio: si ergo *Divinorum divini- simum est, cooperari in salutem anima- rum, ergo diabolicorum diabolicissi- mum est, cooperari diabolo in interitum animarum.* Quid enim hoc aliud est, quàm perfidos illos aucupes imitari, de quibus Deus ore Jeremiæ lamen- tarur: *Inventi sunt in populo meo im- Ter. 9. 16. pi, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros.* Ah aucupes diabolici! aucupes dia- bolici! veniam date, si vestro vos no- mine compellem: an gravitatem cri- minis necdum agnoscitis? reliqui au- cupes aërem suis incolis, vos verò cælum suis civibus spoliatis, vos An- gelis clientes, & cælitibus socios adi- mitis animas Christo rapitis; & nec- dum timetis, necdum contremiscitis, nec mali gravitatem apprehenditis? O quantum illud est, ô quàm enor- me!

VII. Edicite enim, nunquid cre- dibile est, aliquem saltim eorum quos seduxistis, tandem perire? id si eveniat, quis animam illam infelicem Christo restituet? an pretio condigno instructi estis ad damnum refarciend- dum? Eia, si habetis, exponite, nu- merate, solvite, depromite, ut vi- deamus! Nescitis enim verò, quanti

Dei filio anima illa innocens steterit quantum sustinuerit & passus sit ad illam redimendam! Heu mihi! Redemptor mei! quid caelo descendisse iuvat? quid carnem nostram, ut pati posses, induisse? quid sitim, famem, æstus & frigora tolerasse? quid funes & catenas, pugnos; calces, funes & flagra? quid in salutem animarum è crucis trunco pependisse? totum hoc quid iuvat? nos vilissimi telluris lumbrici ineffabilis redemptionis tuæ virtutem & effectus invertimus; nos verbis, factis, & exemplis in id unum incumbimus, ut animas à te in libertatem assertas inferis restituamus. O fulmina! ô fulmina! cur moramini? scelus hoc inultum esse non debet; huc, huc horridæ tempestates ingruite, hic procellæ & turbines sævite; metemur enim hæc supplicia, animam Deo furari, ejus redemptam sanguine, & furari illam, ut sathana tradatur, quid magis impium, crudele, barbarum, dicamus palam, quid magis diabolicum excogitari possit? Dicite Auditores, si quempiam solemnem Paschatis die templum intrantem, arasque invadentem & expilantem videretis, cum pretiosâ supellestile & aulæis adornata superbiunt: fingite, eum jam rapere vela serica; jam subducere palliola, tollere patenas & calices aureos, quæ mens vobis esset, quis sensus! an non exclamaretis? Vah sacrilegum! tenete; stringite! an non humi prostratum calcibus contereretis? Jam me auscultate. Ite, ite, Christo omnem apparatus, aulæa omnia quantumvis pretiosa eripite,

ferroque armati & igne diruite aras, & sacras ædes in cineres redigite, longè id minoris faciet, quàm unius duntaxat animæ iacturam. Certè Christus saxa & lapides non redemit, nec oblii & purpuram, nec aurum & gemmas, animas verò redemit: redemisti me Deo in sanguine tuo. Non ait, nostras, sed nos. Et vos existimetis, minus Deo displicere furari animam, quàm pixidem inauratam aræ impositam? Dixi vobis in exordio, me acerbis illis ac vehementibus dicendi formulis contra flagitiosos iniquè usurum, idque me modò facere expector; verba enim tanto excessu digna non invenio. Si eos magni criminis reos condemno, parùm est; si etiam sacrilegij, minimè sufficit: deceret in criminis detestationem Logodactylum esse, & verba nunquam hæc nus audita proferre. Sed quid agam? hoc enim verò supremum malorum est, quod in mundo attingimus, tam atrociam nimirum patrari flagitia, quæ condignis loquendi formulis explicari porro non possint.

## PARS ALTERA.

SI verum fateri placet, Auditores, an non & vobis videtur, nunquam satis exprobrari & redargui posse impietatem illam, quam hodie in orationis meæ scopum destinavi? Omnino, respondebitis; sed nemo nostro è numero est, qui tanti criminis reus sit, quis enim nostrum est, qui alieno padori insidietur? qui alterius innocentiam contaminet? qui Christo rapit

culcos

cultores suos? Nos Christiani sumus, non Christi persecutores. Ne, quæso, hilem vobis moveri sinite, Auditores; video enim, quodd acerbo hoc responso eò me redigere velitis, ut aut palam vos offendam, aut palam confitear, frustra me hæcenus verba fecisse. Ego autem omnem aliam censuram & notam minus vereor, quam vestram offensam: Palinodiam canam, si necesse sit, vobisque perspicuum faciam, tam facile mihi esse, vos laudibus maculare, quam difficile accidit, vos criminari. Si verò in vestram defensionem aliud non affertis, præter id unicum, vos Christianos esse, hoc enim verò vobis non tantum non patrocinatur, sed culpæ atrocitatem adauget; nam hac ætate majores persecutiones Christus non sustinet, quam ab ipsis Christianis. Audite, obsecro, Divum Bernardum id suo jam tempore deplorantem: *Amici tui Deus, & proximi tui adversum te appropinquaverunt, & steterunt: conjurasse videtur contra te universitas populi Christiani, à minimo usque ad maximum, à planta pedis usque ad verticem capitis non est ulla sanitas; heu, heu Domine, quia ipsi sunt in persecutione tua primi, qui videntur in Ecclesia tua Præmaturum diligere, gerere Principatum. Novi equidem, Auditores, sententiam istam hyperbolem potius, quam assertum, eamque audacem magis quam veram esse, si de vestra civitate sit sermo; qui enim primas in ea tenent, aliud non agunt, quam ut maximo zelo extirpent vitia, ac virtutem exemplo suo promoveant. Dicite tamen inge-*

*nuè, dicite, Auditores, nunquid conscientia vos accusat, quodd nonneminem æqualium vestrorum, unquam spreveritis, aut irriseritis, quodd in juvenilibus annis, & primo etiamnum ætatis flore, jam senem Arsenium morum gravitate imitetur, vestrosque conventus ac commercium fugiat, cum Deo solo in templis, aut Deo in claustris tractare gaudeat. Eja respondete! certum ne vobis est, neminem vestrâ culpâ à frequentiori sacrorum mysteriorum usu, à tremendo Missæ sacrificio attentè audiendo, à pœnitentiæ secretis Oratorijs, à concionibus & lectionibus pijs, à corollæ precatoriæ usû, à Sodalitate de felici morte, alijsque pietatis exercitijs abstinere, ad quæ vel ab educatione, vel ab indole & bono genio se sentit impelli? Superi boni! nimium quantum cupio & delector, de vobis credere, quidquid honorificum vobis est & laudabile: sed faxit Deus, ne & vos ex eorum numero sitis, quos sapientiæ liber graphice describit, qui, cum juvenum bene moratorum & pudicorum turbam sibi obviam venire vident, contemptim ijs insultant, dicuntque: quæ tandem hæc vitæ ignavia est, quod tædium, quis melancholiæ excessus? Eja venite, mergamur nos delicijs, quarum ætas maturior porro capax non erit! Venite ergo, fruamur bonis, dum sunt, Sapienter, tanquam in juventute, celeriter vino pretioso & unguento nos impleamus, non nos prætereat flos temporis, coronemus nos rosis, antequam marcescant nulum præatum sit, quod non pertranseat luxuria nostra, ubique relinquamus*

*signa*



signa lætitiæ nostræ; marsupium unum sit omnium nostrum: dissuamus delictis, lautitijs & vanitate; risu & cachinnis dissolvamur, nec vitæ futuræ anxia sollicitudo nos tangat: nō enim est, qui sit reversus ab inferis. Faxint superi! repeto iterum, iterumque, ne & vos inter inveniantur ejusmodi, qui adolescentibus, etiamnum in virtutis schola tiroribus, tam scelerata consilia suggerant; qui eos in hunc finem ad obsecra theatra invitent, & ad nocturnos conventus partim pudicos & castos trahant; qui sublannent illos, dum librum pium ac devotum evolvunt, ejusque loco aut propudiosa Amyntæ suspitria, aut Linci documenta, aut Celiæ furores substituunt; & quasi sub florum vernanti fasciculo aspidum venena propinent, quibus improvise & insensibili mortu laucientur. An nō enim palam videtis, si facer quidam Orator laudabilissimo zelo morum reformationem inculcet; si feminas hortetur, ut denudatos incaute homines velo minus diaphano ac tenui operiant; si Magistratum urgeat, ut obscæna theatra honestorum oculis, hoc præsertim tempore, claudat; si è templis & aris vagos & lascivos oculorum obtutus, colloquia, risus, nutus & annutus, novorum narrationes, & profanos amores eliminent, an non videtis, inquam, si Orator Apostolicus hæc serid tractet, non deesse multos, qui a ctutum ad arma conclament, vitijs patrocinentur mores pravos defendant, ac junctis consilijs & operâ adversus meliora suadente insurgant, & cum temerarijs illis in Sapientiæ

libro exclament: Venite, circumveniamus justum, quoniam contrarium est operibus nostris, & improperat nobis peccata legū, & diffamat in nos peccata disciplina, & factum est nobis in translationem cogitationum nostrarum. Quotus enim quisque est, qui virtutem non rideat & contemnat? qui modestiam stupiditatem; castitatem spirituum mentisque inopiam, demissionem vilitatem animi, fragilitatem miseriam, patientiam vero ignaviam indigret? & dicunt bonum malum & malum bonum. Quot sunt, quicum Davidem aliquem vident, ad veniam Sauli dandam paratum, eum absterreant, & ad ultionem potius & vindictam irrite? quot sunt, qui Alstorum aliquem contra Reginam Valthi iniquè exacerbatum laudent, eoque ad iam è thalamo abigendum hortantur? quot sunt, qui infans feroris Thamaris amore lascivientem aliquem Ammonem commendent, viamque ac modum doceant, cecidit libidini litandi? Quid de ipsa eam, qui aut aperta vi, aut dolosis artibus alios, ne sacris se familijs mancipent, quod tamen à DEO vocati sunt, malitiosè avertunt, ut que noxiæ mundi licentiæ magis assuecant, & vocationis, ut ajunt, experimentū capiant, plenam ipsis libertatem indulgent, blanditijs & adulationibus lætant, promissis alliciunt, vitamque religiosam confictis calumnijs, quantum potest, illis exosam reddunt? *ferunt sibi sermonem nequam.* An gloriari potestis, nullum ejusmodi in vos reperiri, nullum in hac civitate ceteroquin

terequin tam sancta, nullum in hoc auditorio, aliàs tam composito, tam bene morato? faxit Deus, ut ita sit! ego certe, quidquid mihi sanguinis in venis bullit, ad id obtinendum lubens impenderem. Si verò ita se res non habet, cur ergo plenam me effundendi libertatem non permittitis? cur os obturatis, quasi verò sine causa in vos tam acerbè inveheret? Verùm ego sanè in vos invehar, vosque objurgabo, quamdiu vita mihi superest, & in abominationem sceleris hujus non desistam, quod verum est, ingenuè & eloqui: *Super hoc plangam & ululabo, liceat Michææ verbis uti, vadam spoliatus, & nudus, faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum;* non enim satis assequi valeo, reperiri posse ullum, qui adversus Divinas humanasque leges Virtuti bellum indicat, eamque eliminatam cupiat. Si iustus vester & capitalis inimicus in damnationis discrimine versaretur, quantocyùs omnis offensæ oblitus in id incumbere vos oporteret, ut meliora sapiat, & ad salutis semitam redocatur, ne jumento vilius à vobis haberetur, cui manum porrigitis, si de casu periclitatur. Vos autem è contrario illum, qui salutis semitam ingressus est, ut inimicum tractatis, illique tamdiu insidias struitis, donec à virtutis orbita exeret, & in æternæ ruinæ periculo constituatur. Ita sanè est; *Vir iniquus, ait Sapiens, laetatur amicum suum, & ducit eum per viam non bonam.* Satiùs adhuc foret, si diceret, *ducit inimicum, sed, ducit amicum, hoc enim verò horrendum est.* Qui fieri

R. P. Segneri Quadragesimale.

potest, Auditores, eò furoris vos redigi, ut nec humanitatis saltè titulo ab eo vos abstineatis, à quo conscientia stimuli vos non retardant? Erubescio quidem id vobis dicere, dicendum tamen est, & unà finiendum. An Deo servire detrectamus? Bene est: non serviamus. Paradisum contemnimus? contemnamus. Nec inferi nos absterrent? eja, in eos nos præcipites agamus. Volumus damnari simpliciter, ex destinato? damnemur ergo. De hisce tellus, & absorbe animas tibi debitas, saltè *perditio nobis privata* sufficiat, liceat cum D. Gregorio dicere non sine lachrymis; sufficiat propria perditio, qui alienam etiam desideramus? quid tandem est, fideles dilectissimi, quod à vobis efflagito? non ut similes alijs pietati studeatis, ut patientiæ, ut pudicitia, & animi profectui invigiletis, sed ut socium vestrum virtutis studiosum esse permittatis: *Sufficiant vobis scelera vestra Domus Israël.* 44.7.

Pastoral.  
lib. 2. admonit. 32

Ezech.

Bbb

SER-

## SERMO TRIGESIMUS.

DIE MARTIS POST DOMINICAM PASSIONIS.

*Ego Testimonium perhibeo de mundo, quod opera eius mala sint. Joan. 7.*

**S**I ulli hominum sunt, quibus Respublicæ bene ordinatæ, aut præmia destinēt eximia, aut gratitudinem exhibeant singularem, ij revera sunt, qui proditores, aut Regum sicarios manifestant. Astuerus Rex Asiæ potentissimus, centum ac viginti septem provinciarum Dominus ad regios honores Mardocheum, ut palam est, evexit, quod structas Regi insidias à Bagatan & Thares Eunuchis detexerit; Tiberius magnis præmijs Antoniam Trufi conjugem remuneratus est, quod proditionem à Sejano paratam revelaverit; Pyrrhus pariter Phenareten Samonis uxorem, quod jam incæptam exorsamque à Neoptolemo paris criminis telam manifestaverit. Cræsus famulæ ignobili, quæ insidias à perfida noverca regi structas detexit, statuam auream in signum gratitudinis erexit, ac in Delphico delubro collocavit. Ego quoque gratitudinem singularem à vobis expecto, Auditores, qui hodie ad me auscultandum convenistis, non alio fine hic comparentem, quàm ut insignem vobis proditorem revelem. Quem autem

illum? absque ullo sanè respectu conspiciam denunciandus ille, & palam manifestandus est: nominabo illum, sed timeo, ut ne fidem mihi præbeat, tantis enim vestrum quam plurimum in amoribus est, ut minimè dubitem, vos ejus partes ac defensionem susceperuros, meque injuriarum potius postulaturus, quàm ut me præmijs ac remuneratione donetis. Verùm nihil agitis, Auditores, proditor enim manifestus est, & evidentibus indicij tenetur. Væ illi, qui sibi ab illo non caverit! Proditor iste mundus est. An immeritò dicat id Redemptor nostrum ac Servator Christus, qui in hoc mundum venit, ad veritatem hanc lubrem non minùs, quàm dignam propalandam: *Ego testimonium perhibeo ait, ego testimonium perhibeo de mundo, quod opera eius mala sunt*: quoniam enim tam grandi testimonio operatus fuisset, nisi notoria foret operum illius malitia? Innumeri sunt, qui id ignorant, atque ideo credunt mundo, illum adorant, adhærent, & indices in contentione eidem servire laborant. O utinam ejusdem mihi scelera, ut par est, hodie referret, ejusdemque dolos palam evolvere liceret; minime certe hærerem, quin vestrum quilibet

eisdem de illo sensu conciperet cum Apostolo Paulo, qui dicere solebat, aliud de mundo iudicium se non formare, quam de nebulone quopiam perinsigni in furcam acto: *Mihi autem mundus crucifixus est.* Si eò vobis pertingere non licet, saltem ab ejus amoribus desistite, nec mundi partibus accedite, nec vestram in eo fiduciam collocare; hoc unum est, quod omnino contentione à vobis efflagito, utque palam vobis fiat, id me absque ratione minimè prætere, benignè dicentem sustinete.

II. Et primò quidem dicite mihi sincerè, Auditores, nunquid ad servendum mundo etiam atque etiam inclinati estis? Bene est: videndum ergo, quid tandem vos ad eligendum ejus servitium impellat. An fortè promissa illa liberalia ac grandia, quæ ille ad benevolentiam vestram captandam largè ingerit? Ita mihi persuadèo: promittit enim voluptates, divitias & gloriam, illum nimirum bonorum ternarium, quo mortales ut plurimum vehementius infatuantur, quæ utri melle, cervi aquarum fontibus, ac lucæ papilionibus; unde mirum non est, quòd aures illi tam faciles præbeatis. Verùm ò nos incautos! scire potest, ut fraudem non agnoscat? Hæc ipsa mundi indulgentia (perpendite, quod dico) hæc ipsa, inquam, mundi erga vos indulgentia indicio vobis esse debet indubitato ac irrefragabili, eum esse proditorem; omnibus enim proditoribus in more positum & solenne est, blandè & amicè in aliorum sese animos insinua-

re: Cain Abelem tradidit, deambulationem in silvulam suadendo: *egrediamur foras.* Absalon Ammonem, ad epulum oppiparum invitando; Jabel Sifaram, conciliando somnum; Samsonem Dalila, lascivis eum voluptatibus iritiendo; Trypho Jonathan, honorato eum hospicio excipiendo, plurimi alij id pariter fecere: *decipientium maximè hoc opus est.* prius *Hom. 16.* *suavià proponere, quòd mox inferans ad pop.* *tristia, ut bene observavit Chrysostomus.* Quid mirum ergo, si mundus tantà indulgentià omnia vestra desideria, etiam flagitiosissima, etiam depravata, etiam distorta secundet? minimè certè vobiscum sincerè agit, nisi & lamias, quæ mammas denucant, sincerè dicere velitis, dum prætereuntes ad lac gustandum invitant, ut alleetos discerpant: *fili mi, fili mi,* monet sapientissimus Salomon, *si te laetaverint peccatores, non acquiescas eis.* *Prov. 1. 10.*

III. Quod si verum audire placet, an unquam dona, tam largè à mundo vobis oblata, seriò considerastis? vos certè magni pretij munera illa creditis; sed heu fallacia sunt; apparent esse dona, & sunt detrimenta, unde meritò Adami pomis, aut malo Eudoxiæ, aut pomis Paradis, donis heu nimirum sane stis comparantur; mihi verò liceat illa alteri cuidam dono comparare, quo infelix quondam Scythiæ Rex Chemetus illusus erat: hortum ille quondam animi gratia ingressus, ibi fortuitò inter alias plures, statuatam quandam elegantem conspicit: *est pomum sibi offerentem; Rex*

nihil fraudis suspicatus extendit manum, eademque facilitate, quâ omnia, & ab omnibus solebat accipere, etiam munus à saxo præsentatum accepit: sed carè nimium facilitas hæc & confidentia sterit: cum pomo enim acutissima sagitta, quam alterâ manu paratam semper statua tenebat, elisa est, nulloque fugæ spatio concesso, ut vel iætum declinaret, vel prævideret, Regem interemit. Talia dona mundus dat suis cultoribus; hæc sunt mundi beneficia; hujusmodi munera, dicam liberè cum Damasceno, mundus omnibus præsentat: omnibus, qui ipsius voluptatibus obsequuntur, insidias struit. Voluptatibus fruuntur, in quas omnem sensuum furorem effundunt: ô pomum pulcherrimum! verùm voluptatibus conjuncti sunt morbi fædissimi, scabies, calculus, ulcera, podagra, quibus ad vitam medicè & miserè trahendam damnantur; ecce sagittam: Abundant divitijs, quibus omnia corporis commoda & delicias sibi parant; ô pomum pulcherrimum! sed divitijs amarè sollicitudines accedunt, contractuum, negotiorum, litium, fortunarum jactura, unde perpetuâ inquietudine torquentur; ecce sagittam! Habent gloriam, quâ horrorem ac nominis famam fastuosè extendunt; ô pomum nobile! sed gloriæ sociantur mille implacabiles contentiones, & æmulationes: ecce sagittam! verbo: mundus totus in maligno

*1. Joan. 5. positus est, Joanne testante: aridetur, ut saviat, blanditur, ut fallat, illicit, ut occidat, ut ait Cyprianus. Et vos*

adhuc dubitare, & nova exigere argumenta, quibus proditor esse convincatur? Quid interest, illum bonorum omnium congeriem in sinus vestrorum effundere, si bona sunt plena fastidio, bona perniciofa, bona fucata & solùm apparentia? bona, in libro sapientiarum spuma maris appellata? tanta est eorum amaritudo; bona, à Jacobo vapor auræ reputata? tanta est eorum vilitas; bona, à Davide fræto recti comparata? tanta est eorum ariditas; bona, à Salomone post longam experientiam vanitatis & afflictionis titulo notatâ, afflictio spiritus, ut legunt Arabes; angustia spiritus, ut Chaldæi; sollicitudo spiritus, ut Syri; fractio spiritus, ut Vatablus; Passio venti, ut cum Theodotione & Symmacho D. Hieronymus? adeo ut ijs satiari, aliud non sit, quam vento pasci, qui non tantum vires minime restaurat, sed angustias excitat, & convulsiones, doloresque crudelissimos, quo viscera torquentur: cum satiatus fuerit, ait Jobus, cum satiatus fuerit, ardebitur, astuabit, & omnis dolor irruet super eum. Vos verò tam amantes & fatui estis, ut mundi servitutem eligatis, hæc vobis bona promittentis? ô levitatem, impudentiam, simplicitatem! an non merito in vos invocatus Isaias exclamavit? Quare appenditis argentum, non in pignibus, & laborem vestram, non in sinceritate.

IV. O quàm appositè adjungitur in futuritate: fingamus enim bona hæc, tam falsa, tam fallacia, desiderari tamen posse & expeti? quid tamen

dem speratis? an tantam eorum copiam, ut plenè saturemini? nihil minus. Dabit quidem ea mundus, sed ut quondam civibus Bethulæ ab hostibus obsessæ dabatur aqua *ad mensuram*, & illam quidem arctam, & modicam: quod si eorum etiam abundantiam vobis indulgeat, rapiet illicò, quæ paulò antè dederat; certò enim vobis persuadeatis, mundum, tametsi sagacis instar infortioris fidem suam integram conservare allaboret, falsarium tamen esse, & impostorem, cui nunquam tantum in arca est, ut tot creditoribus suis satisfacere integrè possit. Quid facit ergo impostor? ut uni importuniùs sollicitanti det, eripit id ipsum alteri, nec unquam sanè divitem unum & locupletem facit, nisi damno & dispendio alterius, nec unum elevat, nisi altero depresso. Cum Samson non haberet, unde redderet triginta vestes, in convivio nuptiali illis, qui propositum Problema solverent, promissas, scitis, quid fecerit? in Ascalonem descendit, ibiq; triginta viros interfectos vestibus spoliavit: descenditque Ascalonem, & percussit ibi triginta viros, quorum ablatis vestes dedit ijs, qui Problema solverunt: id ipsum mundus facit, ut unum vestiat, alterum spoliat; Machabæum ad vastæ Provinciæ clavum elevat, sed illam eripit Ammani; dat Sibæ prædiorum dominium, sed illa eripit Miphibosetho; Sadochum summi sacerdotij dignitate initiat, sed illam aufert excuneato Abiathar: atque ita passim fieri videbitis, mundum hortulanos æmulari, qui,

ut fontem undis repleant, ad exhibendos curioso spectatori aquarum lusus & spectacula, versâ clave syphonis alieno fonti aquas eripiunt. Quam ergo fiduciam in mundo collocabitis, qui cum minimè existimabitis, vos dolosè destituet? quin sæpiùs ea, quæ vestra sunt, in eos, qui minimè merentur, transferet, in adulatorem nimirum, delatorem vel alium, ijs modis ac vijs emergere cupientem, quæ longiores quidem videri possunt, quia sunt intricatæ, ambagibus & mæandris plenæ, in mundo tamen vel maximè sunt compendiosæ.

V. Verùm necdum satis: si saltem damni imminenti vos priùs admoneret mundus, dignus forsàn veniâ & excusatione foret; ut autem traditoris munere dignè fungatur, summam gaudij sui in eo collocat, ut incautos, & minimè suspicantes deserat, aut in summa voluptate vel extrema necessitate destituat. Jonas propheta sub umbra virentis hederæ lassus procubuit, quæ sensim erumpentibus folijs supra caput ejus sese explicabat, & amænissimum, velut extensi tentorij umbraculum effecerat: sed quo eventu? cum miser plenus solatio sub umbra ejus quiesceret, & super hederam latabatur latitiâ *Jon. 4. 6.* magna, exarscens subito planta emarcuit, & Jonam ferventissimi solis ardoribus expositum reliquit. O si mihi liceret, eorum omnium catalogum texere, qui ab impostore mundo turpissimè fuisse delusi, quot ego non hederas tantum, sed etiam

lauros subito exortas, sed æquè velociter emortuas exhibere vobis possem? Cæsus è privato milite, Pomponiani & Possieni operâ, Imperator salutatus est; verùm, quis crederet? septimo post Principatum die, inversâ fortunæ rotâ, ab ijs ipsis interfectus est, nullius alterius delicti reus, nisi quòd nimium credulus auræ popularis favori nimium obsecundaverit. Ita Galba, Otho, Vitellius, Æmilianus, Pertinax, Florianus, Tacitus, Numerianus, nec unius quidem anni sceptrum tenuerit, è manibus cum despectu excussum, cum se illud arctissimè stringere judicarent. Infelix Jovianianus, Principum piensissimus, sapientissimus, benignissimus, Constantinopolim ibat, ut regni gubernacula capesseret; dum autem per iter in cubiculo recenti calce obducto quiesceret, prunarum, quæ ad exsiccandam parietum humiditatem ibi incautè collocabantur, vapore suffocatus est. Longius paulò sceptro potiebantur Valerianus; sed quo eventu? à Sapore Persarum Rege superatus, vilem illi servitatem servire, & scabelli vicem subire compulsus est, quoties superbus victor equum conscenderet. Parem fortunæ mundi-que ludum experti sunt quatuor illi Reges, quorum nomina temporis injuriâ interciderunt, qui à Sesoistro Ægypti Rege subacti, jumentorum vices agere coacti sunt, & regio in curru servire jugales: usque aded nulla, quantumvis summa Majestas, secunda ludibrij est. Casimirus II. Poloniarum Rex, cum Regni proceres, &

Purpuratos primatios mensæ adhiberet, aliudque non audiret, quàm fortitudinis suæ & rerum gestarum eorum laetas acclamationes, divitiarum regiminis vota, & Nestoræ: atque auguria, haustum petijt, & vixit scypho labra admovit, cum mortuus concidit, mendacia fuisse hæc vota nimium quantum expectus. Verum quid frustra fatigor? satis dictum superque; an enim omnem eorum numerum compilabo, qui inter summas ridentis fortunæ blanditias turpiter decepti sunt? Sejanos nimium, Eutropios, Ruffinos, & Bellisarios; huc enim verò immensæ laboris, fœcis plena sunt volumina, plena scripturum monumenta; hoc sanè Chrylostomum adegit, ut de omni terrena felicitate exclamaret: *nihil habet stabile, nihil firmum*; torrentem imatur, qui tunc præcipue siccatur, cum quis Eliæ instar laboriosè ad equam ripam eluctatus est, ut liberâ & incensa ibi aurâ frueretur: *expetimus pacem, & ecce turbatio*! verum tametsi tanta nobis suppetant veritatis hujus testimonia, nescio tamen, an ullum ad convincendum efficacius potentiusque; apponi possit, quam exemplum Ladislai inclyti Bohemiarum Regis: audite, quæso, & nisi independam mundi felicitatem palam deprehenderit, calumniæ me reum aguite. Decem & octo annos vixit adjecerat juvenis Rex, cum in sponsam sibi adlegit Magdalenam Caroli septimi Galliarum Regis filiam: nuptijs celebrandis Praga Regni Metropolis destinabatur, jamque Udali-

cus Patavij antistes & Paranympus Parisios abierat, sponfam inde solennissimo apparatu deducturus: certè Europa Legationem magis magnificenti non vidit, ducentes Nobiles Bohemia, totidem Austria, ne pauciores Hungaria submisit, pompâ & habitu, Epheborum numero, & familiarij cultu, vestitu ac insignibus summe conspicuos, ut, nisi tanta personarum copia fuisset, totidem Reges videri possent. His ad Reginæ servitiis jungebantur quadringentæ faminarum illustrium superbissimo comitatu stipatæ, atque ultra currus & effusa, auro, argentoque fulgentia, octoginta generosissimi equi honorarij accedebant, phaleris, frænisque, & omni reliquo apparatu tam splendido, qui, ut ita loquar, nec solis cursum dedeceret; ut taceam inauditam magnificentiam valorum argenteorum, peristromatum, & aulæorum ad exornanda conclavia, dona insuper atque munera omnis generis profusissima. Alij nobilissimi qui que ad aulam Cæsaris, eundem cum Augusta consorte ad nuptias invitati, non impari pompa properarunt; alij ad Poloniæ Regem, ad Baviaræ & Saxoniarum Duces, alij ad Brandenburgicos Marchiones ablegati: conductæ Pragæ è vicina Herciniæ sylvæ traves ingentes ad extruenda theatra, coronandos circos & hippodromos lusibus equestribus destinatos, erigendas tot spectatoribus projecturas & pergulas; viæ & urbis compita arcibus triumphalibus, ad majestatem usque superbiebant, pi-

cturis & statuis adornata, nihilque porro præter sponsæ regiarum adventum omnes & singuli præstolabantur, cum ecce subito dolere stomacho Rex, non absque tristitia ac perturbatione, dissimulato tamen malo cænæ accumbit, colloquitur, multumque noctis unâ cum purpuratis transmittit, inde ad cubile deductus inquieto somno fruitur, ad dici auroram advocantur celerrimè archiatri; sed ô casum Superi! ecce jam regem exanimem & mortuum, quis credat? vix triginta sex horarum spatio supra tumbam extensum. Heu scenam inversam! Citissimis subinde equis veredarijs in omnem partem emittuntur cursores ad iter Principum inhibendum, dies solennissima turbatur, pompa in luctum convertitur, sponsa Regia jam Pragæ vicinissima, regredi cogitur, non sponsa, sed vidua, perditio citius marito, quàm possessio. Eia, quid vobis videretur Auditores? nonne bene dixi, à mundo nos destitui, cum fortuna nostra felicitatis apicem & summam attigit? quod idem B. Petrus Damiani aliâ verborum phrasi explicavit: *quibus blanditur, ait, is quantoque in amaritudinem vertitur. O fallaciæ, ô fraudes, ô doli!* si hoc non est traditorem agere, quid porro erit? Hoc, nisi fallor, est Vesuvij montis genium imitari, cujus si circumfisos colliculos culturâ dignamini, spondet ille messem aut vindemiam uberrimam, ver perpetuum, pascua semper virentia, autumnum æternum, maturis semper frugibus abundantem: verum cum minimè credi-



creditor, ex visceribus imis vomitu portentoso eruat integros sulphuris & bituminis torrentes, cineribus, saxis & pumicibus intermixtos, paucarumque horarum intercapedine tantam stragem edit, quantum prius fructuum copiam & ubertatem promissit. *Malitia hora*, o verba Ecclesiastici appositissima! *malitia hora, oblivionem faciet luxuria magna*. Et vobis porro animus est, Auditores, ad montis tam formidandi pedes & confinia figere tentoria, ibique extructis casis habitare, ac indulgere quieti? Isaias certe, posteaquam Babylonis calamitatem descripsit, nec Arabes quidem tantum, ait, animi habituros, ut ibi tabernacula figerent: *Non ponet ibi tentoria Arabs*: nec pastor illic gregem locabit, nec ruricola minabit aretrum, & boves. Vos autem non tantum tentoria figere, sed & palatia ibi ædificare? Ah fugite Auditores, fugite, ingeminabo vobis, *fugite de medeo Babylonis, & salvate unusquisque animam vestram*! hæc enim non amicorum, ut credebatis, patria est, sed sicariorum, & latronum spelæum.

VI. Novi ego per bene, quid sit, quod vos in errorem inducit: funestos nimirum eventus, quos à mundo timendos monui, alijs semper causis, quam ejus perfidiæ adscribitis. Juvenis forte in flore ætatis rapitur: erat, dicitis, in victu immodicus & intemperans, nullam valetudinis curam habuit, nec pharmaca purgando corpori, nec medicinas admisit. Alius gratiæ & favore Principis excidit, quia

sermone incautus, & linguæ fuit immoderata: hic amicorum gratiam perdidit, quia moribus fuit asper & crudus. Ita nunquam mundus laetatur, ex sua perfidia calamitates & infortunia suorum cultorum erit, sed ipsosmet infortunj sui fabros fuisse, & sua sibi damna imputare debere jactitat. Sed an non hæc ipsa est sua palmaria, & manifestum perfidiæ argumentum? Certe proditores milibediolius cutant, quam latere, hoc omnem convertunt industriam, omnemque artem impendunt; si enim semel eorum fraudes ac damna parent, quis porro illis confideret? Pauci certe Joabum imitantur, qui, cum latronum more præstantissimos bellicos Duces Abnerum & Amasam intromissit, indignum hoc facinus publicè jactavit, eorumque sanguine baltheo suum tinxit, *posuit cruorem publici in baltheo suo*. Pauci, inquam, hunc emulantur, sed potius emissio jaculose abscondunt, interrogati negant, & pernegant, convicti pejerant; quod in celare facinus porro non liceat, multis modis fingunt, ac simulant: *Vir, qui fraudulenter, vocet amico suo*, ait in Proverbijs Salomon: *cum deprehensus fuerit, dicit, ludens feci*. Quis ergo mirum est, nunquam novis prætextus mundo deesse, quibus malitiæ ac perfidiæ suæ larvam faciat. Sed reverà mundus plenus est doli & fraudibus, Auditores, nolite confidere, sed fugite illum & abominamini, nolite credere, vos mitius ab eo habebendos, cum tam fidelem ipsi servitutem serviatis, illius ad nutum parati

tis, ex eius doctrinâ & principijs vivatis; contrarium sanè experiemini. Nolitis, quid factu opus sit, ut mundus vos honoret, ac reveretur? Nihil illud facere oportet, eum conculcare, & illius favores nauci floccique habere: quisquis mordicus illi adhæret, nil tandem præter injurias refert, verumque experietur esse D. Damasceni effatum: *amicorum suorum hostis est mundus.*

VII. Rem sanè miram enarro, certissimam tamen: si ullus unquam mundum, dum viveret, tractavit pessimè, quis ille erat? nunquid Sancti? hi enim mundum verbis prosciderunt, calamis lacerarunt, &, quidquid mundus pretiosum habet, voluptates, divitias, gloriam, risu ac ludibrio exepere; & hi tamen ipsissimi tandem sunt, quorum memoriam mundus non sine laudibus & encomijs recolit: *memoria justis cum laudibus.* Memini enimverò in dies magis Alexij, qui, cum elapsis hinc mille annis è paterna domo profugeret, palmari mundum injuriâ affecit; memini Bernardi, qui voluptates illius contempsit; Francisci meminit, qui divinas pessumdedit; memini Romualdi, qui, ut mundi gloriam fugeret, longo tempore inter putridæ paludis salices, & fruticeta delituit. Hos sanè mundus admiratur, tanquam humanâ conditione superiores, hos honorat, hos celebrat, hos adorat, & tumulis eorum genoflexus advolvitur, *memoria justis cum laudibus*, quis non videt? *memoria justis cum laudibus.* Iis autem, quibus in amoribus & pretio mundus

R. P. Segneri Quadragesimale.

erat, quid accidit? hos sanè, ait Sapiens, suspenso naso irridet, & sublanat, veluti vanos, proprii commodi studiosos, ambitiosos, discolos, & lascivos; *& nomen impiorum putrescet.* *Ibidem.*

Erexit quondam, ut notum est, Nabuchodonosor statuam auream, majestatis suæ monumentum, convocatisque omnibus regni proceribus, tam militari, quàm civili dignitate conspicuis, imperavit, ut audito sonitu tubæ, fidium & citharæ, sambucæ & Psalterij in genua provoluti. divinis eam honoribus colerent; in tanta populi corona soli ter gemini adolescentes regia contempserunt imperia, & voce libera ritum impium detestati, potius fornacem inferni instar ardentem ingredi elegerunt, quàm jussis regijs parere: *notum sit tibi, ô Rex, Dan. 3. quia Deos tuos non colimus, & statuam auream, quam erexisti, non adoramus.*

Et quinam tandem ab eodem rege mactati honoribus, ad dignitates promoti, alijsque omnibus antecellere? an illi forsitan, qui in terram proni servili hoc obsequio perfuncti sunt? minimè profecto; sed Juvenes, mandati regij contemptores, hi enim in flammis illæsi, & à rege ipso, velut chara cælis capita, honoribus exculti, novas dein ad dignitates evecti, livoris & invidiæ antram æmulis suis præbuere: *Postquam eos vidit Rex generosè stantes, verba sunt D. Chryostomi, prædicavit, & coronavit, non propter aliud, audite obsecro, non propter aliud, nisi quia se contempserunt.* Hoc sanè est, quod in dies mundus facit: qui statum illius sese supplices adsternunt, *negle-*

Ccc

neglectissimi sunt; qui verò ardentes potius rogos eligunt, mendicitatem, contemptus, dolores & tormenta, hi sunt in pretio. Nolite igitur ullam à mundo propter obsequia illi præstita remonerationem sperare; nimium quantum erratis. Nil nisi perfidiam, summamque ingratitude[m] experiemini, neque aliam vobis mercedem dabit, quàm qualem solent traditores.

VIII. Compatior vobis profectò, si unquam mundo servire statuistis: quid enim est mundo servire? ò quàm duris vos legibus, quàm gravibus oneribus subjicietis? multò sanè gravioribus, quàm si Christi obsequio vos manciparetis: *Catenas ligneas contrivisti*, dicam commiseratione vestri tactus cum Propheta, *& facies pro eis catenas ferreas*. Arduis sanè legibus sequaces suos, quis negaverit? adstringit Deus; inimico nimirum veniam largiti, abstinere ab illicitis, animum demittere, præstare obedientiam, desiderijs & pravis affectibus dominari; hæc enim vero gravia sunt: certi tamen sumus, Deum vires etiam nobis & necessaria gratiæ auxilia suppeditare, ut ea executioni mandemus: *fidelis Deus*, D. Paulo teste, *qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis*. Ille vobis affictet, quemadmodum Stephano adstitit, sub lapidum grandine constituto; ille vos confortabit, uti fecit Antonio, ab integris dæmonum legionibus infestato. Nullam ergo dolendi causam habemus, ut enim Divinè pronuntiavit D. Leo, *justè instat præcepto, qui præcurrit auxilio*. O longè

alius est mundi genius! Injuriã affectus es? (ait mundus) *ejus nisi vultis haberi velis, vindictam para*; sic volo, sic jubeo: atque hac ratione *præcepto instat, sed non præcurrit auxilio*; nam vires vindictæ pares non subministrat; pecunias non suggerit, quibus nutrias licitios, & famulitium addeas, adeo ut cum paupertate non rorò luctandum, opeque dissipanda sint, ut mundi imperijs satisfiat: quid si hæc omnia vitamque ipsam periculo exposuerit, totum tandem clamorem in te redundabit, ut adeo verissime exclamet Jeremias: *Crudelis est, crudelis est, & non miserabitur*. Nobilissè à mundus, bene est; magnificè in publico comparandum; parandi prædii currus & equi, vestium & famulorum pompâ luxuriandum est: *instat præcepto, sed non præcurrit auxilio*; nec enim facultates aut prædia conferet, tantis sumptibus suffectora. Mercator es? ait mundus, vide, ut quibuscumque artibus illæ fidei famam conferres, contractus incas, cambia inlittas, commercia tractes: *instat præcepto, sed non præcurrit auxilio*; nec enim summam capitalem conferet tantæ negotiationi parem. Aulicus es? ait mundus: gratiam principis modè omnibus aucupare, vide, ut dignitate, famâ & existimatione æmulis tuis omnibus palmam præripias: & certe quis te à gratiæ possessione deturbet: *instat præcepto, sed non præcurrit auxilio*, necessarijs enim ad id doctibus sagacitate, prudentiâ, & dextera te non instruit. Verbo, mundus pari modo servos suos tractat, quo

## P A R S A L T E R A.

Rex Ægypti Phrao miseros Hebraeos, imperavit illis labores difficilimos, & nec paleas quidem fabricæ necessarias concessit: sic dicit Phrao, non do vobis paleas, ite & colligite, si invenire poteritis, nec quidquam mittatur de opere vestro. Ecce labores imperat Phrao, paleas negat: ita mundus insat præcepto, non præcurrit auxilio. Et vos tam stulti eritis, ut ultro submittatís vos domino tam crudeli, tam perfido, tam doloso. Deum immortalẽ usque adeo cæci sumus, ut ferre malimus ferreum mundi jugum, quàm jugum Christi, ipsiusmet testimonio, & vivæ vocis oraculo, tam suave? Hoc enim vero avertat Deus! sed potiùs, cui licet valedicere mundo, ocyus illi valedicat, totùsque ad Christum confugiat, qui tot nobis urbes refugij, quot claustra pandit: quivis sibi dicam credat saluberrimum Ecclesiastici consilium: in partes vades sæculi sanã; sapiamus, quæso, aliorum damno, qui, ut Jeremias lamentatur, se desponsârunt mendacio, ut porro spes nulla divortij superfit: apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti. Consideremus gravissima pericula ac damna, nec pedem etiamnum liberum ultro in compedes induamus, non des alieni honorem tuum, & annos tuos credeli, ut monet Sapiens.

Videor mihi, vos audire amicè querentes, hoc me sermone nil aliud fortassis intendere, quàm mundum suis incolis spoliare, eosque omnes aut in Camaldulensium claustra, aut Carthusianorum recessus, aut horridas Alvernæ solitudines amandare. O me felicem, si id impetrare liceret! sed hoc vel sperare vel petere non auctum: de reliquo certò vobis velim persuadeatis, hanc solam veritatem fuisse, quæ innumeros impulit, ut mundum fastidirent, illumque non aliter ac proditorem haberent: hæc monachorum claustra incolis, hæc silvas Anachoretis replevit; stultum enim illis videbatur, illius blanditijs moveri, quem constat decepisse universos: à mendace, ait Ecclesiasticus, *Ecl. 32. 4* à mendace quid verum dicitur? Non ignoro quidem, vestrum quàm plurimos seu ætate, seu conditione & statu prohiberi, quò minus mundo nuntium remittant: quid ergo faciendum illis superest? an tabescendum & desperandum? Minimè, sed consilium meum sequantur: maneat in mundo, nil moror; sed aviculas imitentur, cum in terram se demittunt; solent quidem misellæ descendere non raro ex amica aëtis regione, ut necessarium sibi pabulum in terra quærant, sed quia eam sibi norunt infidam, ne forte in laqueos, pedicæ, aut virgulas visco istas incidant, diutius ibi non morantur, quàm quantum necessitas cogit, dumque

que terræ insident, vigiles continuo oculos omnem in partem contorque- rit, omnia tuta timent, & ubi grana aliquot apprehenderint, in auras se quantocyus librant, & cælum petunt. Ita & vos hoc mundo utamini juxta

1. Cor. 7. Apostoli doctrinam, *tanquam qui non utantur*: nolite ei cor affigere, aut affectu tenaciùs adhærere, nec blanditijs ejus nimium tribuere, *quia opera ejus mala sunt*: verbo: cum mundo non aliter ac cum proditore conversamini. Regula utilissima, secunda & certa est, quam ut melius penetretis, placet vobis proponere, quod accidit Divo Henrico Sufoni, Magnæ Dominicanæ familiæ Illustrissimo Sideri, quæ an plures scholis Doctores, an cælo stellas dederit, ignoro.

X. Iter illi ex Germania inferiore in superiorem fuit per silvam, non tam ferarum copia, quàm latrocinij infamem. Hanc cum sero jam die, & sine comite ingrederetur, ecce latronem, corporis proceritate, vultu, gestuque formidandum obvium habet; pendente ad latus acinace, hastaque armatum; hic cum fixos in Henricum oculos conjecisset, ita, inquit, Pater, & quia te virum bonum esse arbitror, aures consentienti præbe. Credebat Henricus, hæc eum in finem dici, ut à via regia abductum securius certiusque trucidaret: igitur consilij inops, milleque animi fluctibus agitat, nesciebat, quid potissimum ageret. Quid enim? sequeretur latronem? sed hæc plena periculi alea erat. Fugeret? vanum fuit & incassum. Clamaret? maximè temerarium. Dum

autem has inter angustias fluctaret, Divinæ confusus Providentiæ latronem insequi statuit, qui hunc in modum ei locutus est: scias, inquit, Pater, me annis plurimis silvæ hujus inquilinum, id unum egisse, ut viatores primò fortunis, tum vitâ spoliarem, eorumque cadavera bellijis prædam darem. Vobis judicandum relinquo, quis Henrico ad sermone istius exordium animus fuerit: formato tamen ad constantiam vultu, perge, inquebat, & historiæ tuæ filium absolve. Cui latro: ecce, inquit, sub hac quercu hominem jugulari; sub illa illic fæminæ gulam fregisse: verò, ubi modò consistimus (locus erat ad altam Rheni ripam situs) hic, inquit, sacerdotem tibi non absimilem obvium nactus sum, qui me à peccatis absolvit, veritus autem, ne me ad judicem deferret, tranladato pro corpus ense, in undas eum præcipitavi. Hic enim verò Henricus terribiliter, & identidem anxie circumspiciens, an manum capulo admoveret, nec in amplius potens manifesta terroris sui signa dare: latro autem nihil commotum gravius in eum meditatus, sed vere penitentis animi stimulis perterritus, integram Henrico scelerum suorum confessionem fecit, actisque humaniter gratijs, per reliquum silvæ comiter eum deduxit, & implorato pecuniam subsidio, cui se salutem suam debere professus est, illasum à se dimisit. Ecce, quid agat, qui cum latrone egit, & coactus quidem: conversatur illi, sed ideo solum, quia aliter non licet; interim tamen ad illig-

tur, torquetur, Deo se commendat, timet, tremet, palpitat, & in horas imminens exitum metuit: sic cum mundo nobis agendum est; hic enim, si sincerâ apud vos criminum confessione perfungi velit, latronem se esse, ingenuè fateri debet, qui in hac vasta mundi silva infinita latrocinia fecerit, ad quorum numerum explicandum absque imprudentiâ nota obligari non potest: fatebitur insuper, se incautum quendam juvenem, Absalonem nomine, instigasse, ut Patris sui coronæ & sceptro insidiaretur; postea verò illum turpissimè tradidisse, & in eas redegisse angustias, ut suismet capillis è quereu suspensus, tribusque lanceis perfoctus interierit. Fatebitur, se Achitopheli quoque, magni quondam nominis in Davidis aula consiliario, gulam resti fregisse. Dicet, se Ammanem præterea, Assuero in paucis charum, pari perfidia & mortis genere necasse. Hæc, aliæque plurima, magisque atrocia latrocinia singillatim enarraret mundus, si memorati latronis exemplo peccatorum exhomologem deponere vellet. Vos interea sollicitè circumspicite, & videte, quomodo caute ambuletis; an blandis ejus illicijs fidendum, an amicis verborum lenocinijs fides habenda sit: ille, ille est

inimicus ille mendacissimus, de quo Ecclesiasticus monet: *ne credas inimico tuo in aeternum: etsi humiliatus vadat curvus, adice animum tuum, & custodi te ab illo, & ne statuas illum penes te.* Num intellexisti? nolite fidere ejus blanditijs, illicijs, illecebris, acclamationibus & applausibus, sed tantò magis cavete, & vigilate, quoniam cum subversione tua am-  
*bulas.* Quodsi eò in statu es, ut mundum deserere porrò non liceat, saltem juxta D. Joannis monitum, amicitia arctioris fœdus cum eo non ineam, *nolite diligere mundum, nolite diligere!* proditor enim est, nec qualiscumque, sed truculentus, pestilens, & pessimus, qui summam tibi perniciem machinatur. Dalila Samsonem tradit in manus Philistæorum, Doëg Abimelechum in Saulis potestatem, Judas Jesum Christum sacerdotibus Hierosolymæ; longè pejoribus inimicis vos tradere mundus meditatur, si dolus ei succedat, potestati nimirum sathanæ & inferni; & nos adhuc mundum amemus? ô rem insolitam, & miram! placere posse proditorem, & illis quidem, qui eum talem esse agnoscunt, hoc si ita est, gravius certè piaculum videtur, non ejus, qui perfidè prodit, sed qui sciens volensque proditur.

## SERMO TRIGESIMUS

P R I M V S.

DIE MERCURIJ POST DOMINICAM PASSIONIS.

*Ego vitam eternam do eis. Joan. 20.*

I. Uosque me tor-  
 queo molestissima  
 sollicitudine, & an-  
 cipiti curâ de nego-  
 tio prædestinatio-  
 nis meæ? jactatus  
 in diversa animus naviculæ fluctuan-  
 ti similis est, quæ nocte obscurâ im-  
 petu tempestatis horridæ abrepta, ig-  
 norat, cui parti se committat, ut ami-  
 cæ, quam fugiat, ut adversam, dum ab  
 una quidem levatur in altum, quasi  
 jam stellis vicina, ab altera verò præci-  
 pitatur in profundû, velut in abyssum  
 inferni mergenda. Ita dubiam mentem  
 modò spes erigit, me fore è numero  
 Electorum, modò timor deprimit, ne  
 adscribar catalogo damnatorum. Sed  
 portum hodie video, ad quem in freti  
 hujus angustijs, non uno tantùm gur-  
 gite periculosis, navim securè appelle-  
 re, & latentes scopulos vitare liceat:  
 faceffite hinc Theologi, nec mentem  
 mille difficultatibus, omni nodo Gor-  
 dio magis intricatis turbate: quid enim  
 opponetis, an fortè, quòd ignorem, an  
 electio hominum sequatur, vel ante-  
 cedat eorum merita? fateor me id ne-  
 scire: An quòd ignorem, quomo-  
 do decreta Divina, cum sint immen-  
 sabilia, non imponant fatalem neces-  
 sitatem? reverà nec hoc intelligo. An  
 quòd non capiam, quomodo Divi-  
 nâ scientia, cum falli nequeat, non tota  
 contingentiam & arbitrij libertatem?  
 etiam hoc non capio, fateor. Sed quid  
 inde? id ex obtusa mentis meæ acie,  
 & intellectûs debilitate contingit, qui  
 etiam ad obvia quævis objecta cæci-  
 tit: *Et qua in prospectu sunt, invenio non  
 labore.* De cetero persuaderi mihi ne-  
 quam patiar, damnari me posse, nisi  
 ipse velim. Quid ergo aliam contem-  
 tem sollicitè quæro, ubi anchoram  
 tîdò jaciam? Ad hanc ergo vos omnes  
 invito, quicumque in vasto hoc mari  
 fluctuatis, temone, remis, malo, & vo-  
 lis destituti: nisi hîc pedem figatis,  
 actum est de vobis; aut enim ad scop-  
 ulum allisi peribitis cum infidelibus,  
 aut affixi syrtibus hærebitis cum ig-  
 norantibus. Ut autem perspectum vo-  
 bis fiat, me non absque ratione secu-  
 ritatem promittere, aures mihi benig-  
 nas tantisper spondete, dum vobis  
 demonstrem, DEUM, quantum in  
 se est, paratissimum esse ad vos omnes  
 salvandos: *ego vitam eternam do eis.*  
 atque

aque adeo temerarios esse ac impudentes, qui, cum DEUM gravissimè offendant, damnationis suæ culpam in illum conjiciunt, maluntque DEUM injustitiæ, quàm se ipsos impietatis accusare.

II. Et primò quidem ad tanti momenti veritatem astruendam, sufficere possent clarissima DEI testimonia, quibus nihil æquè nobis inculcat, quàm damnationem nostram nobis ipsis unicè imputandam: *perditio tua Israël!* hoc sanè falsum si esset, mendacissimus omnino DEUS foret, quia non solum in re maximi momenti nos deciperet, sed multiplici insuper mendacio in fraudem nos induceret. Et quid tandem DEUS emolumentum haberet mentiendò, est, demus mentiri posse? Plato ingeniosè censuit, neminem mentiri, nisi ex metu superioris, quemadmodum experimur reos mentiri metu Judicis, discipulos metu magistri, infantes metu matris, & servos metu Domini. Qui verò superiorem non timet, nunquid libertimè veritatem dicere potest, & palam quidem? Ex hoc principio conclusit sapientissimus Plato, Deum mentiri non posse, cum nemo illi metum possit incutere. Et, quæso, quid timere posset DEUS, ne liberè profiteretur, se sine respectu ad illius merita vel demerita, pro suo duntaxat arbitrio, & cæca determinatione salutare & damnare, quos vult? An forsan ipsi fastidium generarent larratus nostri? an nostræ blasphemie illius pacem turbarent? an voluntates nostræ rebelles illius sceptro &

potentiæ vim inferrent? Nihil minus sanè: *quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti Domine,* ait sapiens, *non est alius DEVS, quam tu; neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his, quos perdidisti.* Sed insurgamus sanè contra DEUM, quantum libuerit; ne ille longè minoris faciet tumultus nostros, quàm sol mundi oculus populos illos meridionales, qui manè orientem diæterijs laceffunt, & telis impetunt. Cùm ergo in sacris oraculis tam asseveranter testetur DEUS, cupere se omnes omnino salvos: *Deus omnes homines vult salvos fieri: non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in celis est, ut pereat unus: non vult aliquos perire: non veni animas perdere: nolo mortem impij sed ut convertatur, & vivat* &c. infallibile est, rem ita se habere; quia tamen in hac etiam materia rationum momenta sperni aut negligi non debent, modò non imperare velint Auctoritati, ut dominæ, sed ut ancillæ, ideo istas quoque, si lubet, audiamus.

III. Notum vobis est, Auditores, DEUM, cum causarum omnium suprema sit & prima, cum alijs omnibus ad omnes earum effectus concurrere, quæ propterea *subordinata & secunda* appellantur: quin D. Thomas demonstrat, plus omnibus alijs DEUM concurrere; sic majorem longè partem in herbarum productione habet, quàm terra, majorem in metallorum generatione, quàm planetæ, majorem in animantium respiratione, quàm aër, majorem in fructus formatione, quàm arbor.

*Sapient. 12. 14.*

*2. ad Th. 2. ad Th. 2. 4. Math. 18. 14. 2. Petr. 3. 9. Luc. 9. 56. Ezech. 33. 11.*



arbor, atque ita de cunctis alijs loquendo. Quod si in omni alio effectu id usuvenit, quanto magis in hominis productione, cujus pars maxima DEO competit, non tantum, quia ut causa suprema & principalis concurret, sed etiam quia à genitoribus nostris non nisi corpus accipimus, viliores nostri portionem; melior autem, quæ est animus, à solo Deo absque medio dependet, atque adeo magis Dei filij sumus, quam parentum nostrorum: fortassis illuc collimavit Christus, cum dixit: *Patrem nolite vobis vocare super terram, unus enim est Pater vester, qui in calis est.* Ecquid autem ex hoc principio sequitur? certe nil aliud, quam Deum, quantum in se est, nolle quempiam perire: *non latatur, ait Sapiens, in perditione vivorum.* Dicite autem Patres, matresque, dicite, an gratum vobis foret, filium vestrum, & vestram quidem electione, inferni flammis torqueri? quomodo ergo tantum vobis malum Deum posse velle creditis, qui magis Pater vester est, quam vos ipsi sitis filiorum vestrorum? an enim ille prolis suæ magis pater sit, qui ei dedit, quod deterius est, quam Pater celestis, qui dedit, quod melius est? matrem aspiciate, & observate, quantum amore filij, quem genuit, patiat; si filium tractat & acum, amore filij tractat; si loquitur, de ipso loquitur; si dormit, de ipso somniat; nunquam mentem oculosque ab ipso deflectit; si horridus Boreas aut Aquilo spirat, timet, ne filium frigus lædat;

si serpit periculosa contagio, timet, ne filium inficiat; tantum abest, ut de filij perditione lætetur, ut potius suo damno & incommodo prosperitatem filij redimat. Nunquid in ipsis etiam bestiis videmus, quanto proli amore teneantur? quantà cura educant, quantà patientiâ lactent, quantà ipsis sollicitudine provideant? Ciconiam aspice, quæ cum in campo aperto umbram pro pullis non invenit, alas super illos extendit, ut ipsamet solis radios ac ardores excipiat. Aquilam intueere, quæ, si pulli alii transportandi sunt, humeris suis imponit, ut excussa forte tela matrem primum feriant. Ipsi etiam ingenij aut manuum nostrarum partus intimes, ut libri, picturæ, statuæ, quæ chari nobis sunt, quam pretiosos? mellicem observa, quantum telam artificii acu à se pictam diligit; quantum irascitur, si incidente pulvere fortècat; væ liberis, væ ancillæ, & pedissequis, si vel manu improvidâ tangant, vel suâ incuriâ perdant: hinc candidissimo illam involvit, sermone suo claudit, clave munit & serâ, ac velut thesaurum custodit. Et quid tantus in rem tantilam affectus? quæ scilicet omni causæ congenitum est, proprium partum amare. Et vos suspicari de Deo, qui causarum omnium nobilissima est, & omnium nostrarum verè Pater, gratum fore ipsi, si quempiam videat æternitate totâ in inferni rogis ardere, aut in constrictis glaciæ stagnis algere, aut inter atrocissima tormenta ululare? Hoc sanè fieri minime potest, Auditores, vobis latatur in perditione

Math.  
23.9.

Sap. 1.  
13.

ditione vivorum ; id enim non hominibus duntaxat, sed & brutis ac bestijs DEUM faceret crudeliorem. Quod si sceleribus nostris ipsum cogamus, ut, tentato, frustra pijssimi parentis officio, partes judicis assumat, tum sanè animum ad nos damnandos induit, prout magna etiam cum laude fecisse legimus Epaminondas, Torquatos, Hippomanos, & Hippodamantes, qui ipsis etiam filijs, capitale supplicium proemeritis, minime pepercerunt ; Deus enim, cum sit justus, justè omnia disponit, ipsum autem, sunt verba pulcherrima Sapientis, ipsum autem, qui puniri non debet, condemnare, exterum judicat à virtute sua. Nec enim nostra illum miseria delectat, quin mallet Patrem agere nobiscum, quàm Judicem: nunquid enim, ut cum Chryologo loquar, tenerimum ejus in nos affectum agnoscitis, dum distendit membra, dilatat viscera, pectus porrigit, offert sinum, gremium pandit, ut Patrem se tanta obsecrationis demonstrat affectu ? quod aliud hoc signum est, nisi quòd, Deus non tam Domini esse vult, quam Pater, & rogat per misericordiam, ne vindicet per rigorem ?

IV. Et quis, obsecro, vel suspicari possit, DEUM velle nostrum interitum, qui tanta ob salutem nostram operatur ? quis sanæ mentis maximas impensas ad certum finem consequendum facit, atque unà efficaciter desiderat eum nunquam obtinere ? quis unquam semina campis credit, ut fructum non ferant ?

R. P. Segneri Quadragesimale.

quis terram colit, ut ne flores progerminet ? quis ignem excitat, ut non ardeat ? quis instruit discipulum, ut nihil addiscat ? quis calcariibus equum stimulat, ut currere cesset ? Hæc enim vero delicia forent : quis enim media applicat, finem per ea consequi desideret, necesse est, nisi stultitiæ notam subire velit. Venatorem considerate, qui anhelò spiritu feram per præcipitia & rupes, per campos & arva & campi plana insequitur, quam scrutatur in cavernis, jam quærìt in dumetis, jam plagas & retia extendit, jam canes immittit, jam clamoribus agit, ut terreat, jam silentium adhibet, ut decipiat, jam sclopum applicat, ut feriat, jam totus sudore diffluit, ut assequatur, jam pescentes & vepres currit, ut teneat, quis credat, eum velle, ut fera calles suas evadat, & non potius impatienter cupere, ut eam capiat ? quis credat, eum hæc omnia facere, non ut habeat feram, sed ut non habeat ? Si enim hoc vellet, quid necesse erat, domo egredi ? poterat sanè inter molles plumas in utramque aurem stertere, nec ad primum auroræ ortum, aut algere gelu, aut intra montium aspera periclitari. Deus, ut nos in paradysum perducatur, venatores imitatur, qui, si feram una arte apprehendere non valent, mille alias tentant : Id facit Deus, quod venatores solent facere. Verba sunt S. Chryostomi, qui quando fugacissima, captus, difficillima insectantur animalia, non unà viâ, sed diverfis, & per contraria plerumque aggrediuntur,

D d d

In Mats.

e. 33.

e. 33.

e. 33.

diuntur, ut si alterum effugerint, in alteram incidant; quin ille laboribus exhaustus, sanguine perfusus, faucibus fuit ac laceratus, ut nos obtineret; an non ergo manifestissimum hoc signum est, quod nos unice habere desideret? si nulla ipsi de nobis cura erat, poterat enim vero gloriosus manere in caelo, nec opus erat, ut in terram descenderet: ad quid tanta exantillare incommoda, famis, sitis, frigoris, aestus, nuditatis, itinerum, spinarum, flagrorum clavorum? Nec mihi velim respondeatis, id eorum duntaxat amore fecisse, qui salvandi, non vero pro illis, qui damnandi erant? haec enim dicere, horrenda blasphemia foret, ex vaticana arce fulminata, tanquam impia, sacrilega, & haeretica, ac divinae bonitati nimium quantum injuriosa, mediator DEI,

1. Tim. 2.  
6.

*Et hominum homo Christus JESUS.* Verba sunt Apostoli clarissima: dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. Verissime enim pro toto mortali genere mortem obiit, pro justis non magis, quam pro peccatoribus, pro electis aequè, ac praescitis, quocumque tandem nomine appellentur; atque hanc ob causam toties in divinis oraculis sol nominatus est, & sol justitiae quidem, id est, communis omnibus, ut exponit D. Ambr. sol justitiae omnibus ortus est, omnibus venit, omnibus passus est omnibus resurrexit. Atque adeo quantum in se est, pro omnibus, qui volent, inferni ostia clausit, pro omnibus, à Patre caelesti auxilia sufficientia promeritus est, ut salutis suae sedulo possint satagere,

In Psal.  
118. 5. 8.

clausit, pro omnibus, à Patre caelesti auxilia sufficientia promeritus est, ut salutis suae sedulo possint satagere,

juxta illud D. Joannis, de plenitudine ejus omnes accipimus.

V. Neque fieri potest, ut haec nobis auxilia à Patre aeterno negentur, non solum, quia Filius humana carne indutus infinito sanguinis sui pretio ea nobis emit, sed etiam quia alia, ut D. Thomas observat, Deus ceteris creaturis omnibus, etiam rationis & sensu destitutis melius providet, quam homini, quod de ejus sapientia & bonitate sine injuria cogitari non potest: circumferte, si lubet, oculos vestros ad res omnes creatas, nec oblam videbitis, cui Deus non opportuna suggererit media, ad finem illi propositum consequendum. Caelorum finis est, motu perpetuo grati, ut necessarios subjectae telluris instaurare dispensare aptius possint; cum vitam animam movente destituti sint, ad id muneris DEUS mentes angelicas, seu intelligentias destinavit. Stellarum est, noctis tenebras & horrorem mitigare; cum vero tantum proprii luminis, quantum huic finit sufficit, non habeant, soli incumbit, hunc defectum, perenni lucis supplemento emendare. Terra avarissimum colonorum spes & desiderio incipit debet, sed quia caret innata ac necessaria humiditate, praecipit Deus aquis, ut per occultos meatus totae terrae corpus pervadant, eamque irrigent. Bestiarum ars & industria debet, unde se muniant contra frigora, & inimicos defendant; ideo divina sapientia à prima illis nativitate providit, dum eas pelle & villis, plumis, & squamis vestivit, contra inimicorum

verò unguibus, rostro & aculeis, eas obarmavit. Ostrea, conchylia, aliæque insectorum aquatiliū genera, quæ scopulis affixa hærent, cum pedibus ad motum localem destituantur, ne tamen debitum alimentum illis desit, ecce quid natura invenerit! Scopulus ipsi, cui adherent, pabulum amicū generat, quo nutriantur. Balena, quam animatum navigium dicere possis, si sine duce mare permearet, sæpius in arenas & syrtes non sine periculo impingeret, natura ergo piscem parvulum instruxit perpetuum viæ per fluctus ducem, ac individuum comitem. Si coturnices, imbelles avium genus, solæ volarent, sæpe sæpius volucrum rapacium præda forent; id ne accidat, alites confæderatas habent, quæ eas tuentur. Atque ita nulla, quantum vis vilissima creatura est, quæ, si propriæ vires ad finem propositum non sufficiunt, non juvetur auxilio quodam aliunde succenturiato. Dicite, quæso, an Deus benignitatis tractabit bestias, ad hominum servitiam destinatas, quàm hominem brutorum Dominum? Cùm ergo hois hominis sit supernaturalis felicitas, quam solis naturæ viribus obtinere non potest, necesse est, eum aliunde medijs opportunis à DEO juvari: accedit quòd Deus nos servitiam à lege obliget ad finem istum consequendum, pœnisque gravissimis nostram in hoc negotio segnitiam castiget: *Apprehende vitam æternam; quod idem est ac dicere, quamvis illa te fugere videatur, tu illam insequere.*

tu illi jungere, ejusque possessionem apprehende. Necesse igitur est, ut robur nobis, & vires suggerat, tantæ obligationi pares; nunquid enim aliàs crudelissimi tyranni titulum mereretur? Quod, quæso, de Deo iudicium formaretis, si nobis volatum præciperet, nec alis tamen instrueret? Si loqui juberet articulatè, & linguam negaret? si intueri juberet, & oculos clauderet? Magis autem impossibile est, ut nostris viribus ad æternam felicitatem eluctemur, quàm ut videamus sine oculis, sine lingua loquamur, aut sine pennis volemus. An ergo credere potestis, DEUM nobis auxilia negare, quæ debilitatem nostram suppleant? Si enim *inter homines, à recti discordat affectu, qui à subjèctū exigit, quod in potestate non tribuit, hoc de Deo quæ conscientia sentiat?* dicere mihi liceat cum Ennadio? si tale tyrannidis genus, nec in homine veniam meretur, ut quid ergo, Deo illud affingimus? Cum Saul Davidem Goliatho Antagonistam opponeret, nunquid arma & thoracem regium eidem obtulit? Cùm Elisæus puero suo Giezi imperaret, ut filium viduæ ad vitam revocaret, nunquid prodigioso suo baculo illum instruxit? Cùm Moyse ab Aarone exproceret, ut mulcis & culcibus Ægyptum repletet, nunquid Virgam ei suam indulxit? an non idem Deus faciat, si non solum vult, sed & imperat, ut homo se ad paradisi possessionem disponat? *Apprehende vitam æternam.* Quæcunque ergo ad finem adeo excelsum requiruntur auxilia, ea

nemini, ut impius sit, & sceleratus, negari certum est, eaque vel actu jam habet, vel, si petat, certo obtinebit. Hæc consilij Trid. doctrina est conformis celeberrimo D. Augustini efato: *Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, aut facere, quod possis, aut petere, quod non possis.* Ad hæc homo justus acceptam gratiam fervare potest, si velit, injustus verò obtinere eam potest, si velit; atque adeo omnes salvi fieri possunt, si modò velint: statuendum ergo, ut ad propositum redeamus Deo nullius hominis interitum adscribi posse. *Verè Deus non condemnabit frustra,*

8. ff. 6.  
c. 10.

Job. 34.  
12.

1. Tim. 2.  
4.

sed voluntate seriâ, sincerâ, & quantum in se est, efficacissimâ omnium & singulorum salutem desiderat: *Deus vult omnes homines salvos fieri.* VI. Verùm fac verborum, dicetis, nî fallor; pernite, ut & nos modò loquamur: si omnibus hominibus sufficientia ad salutem auxilia suppetunt, nunquid tamen verum est, alijs plura dati, & alijs pauciora? quid ergo mirum, nobis tam malè in salutis negotio consuli? Non est diffimulanda hæc difficultas, sed planè & sincerè respondendum: si enim Deus tam copiosis, tamque efficacibus auxilijs nos quoque, ut alios, instrueret, tum & nos perfecti evaderemus, & sancti; ille autem in nostra commoda restringit manum quam in aliorum favorem laxat: quid ergo mirum, si, quod Deus avertat, damnemur, dum nobis sufficientia solum auxilia præbet, alijs verò efficacissima? Hic enimvero fateor, vos

mibi bilem movere: *ô homo, tu quis es, qui respondeas DEO? dicam vobis cum D. Paulo, nisi impia verba reformeatis: ô homo! ô homo, tu quis es? qui enim elitis vos, ut censo virgulâ DEI Regim omnibus? plenissimè vobis confert, quod debet, quid contra illum insurgitis? quid murmuratis? quid conquerimini? illicque damnationis vestræ causam tribuitis? Falsissima omnino est verba illatio, & injustissima querela: nunquid licebit illi, esse liberalem in unum, quin injuriam inferat alteri? mirum enim verò est, Deo soli nocere, amico majus beneficium conferre, dum tamen omnibus dat, quod debet? nulla iniquitate agitur, ait D. Prosper, si quidem in ipsis quoque fidelium populi non omnibus eadem, neque paria conferantur. An non demonstravi vobis, Deo omnibus dare auxilia sufficientissima? Abite ergo in pace. Sed dicite potest quâ fronte vos DEUM parcum in dandis vobis gratijs appellare, quod verò non in hac civitate, in hac ecclesia, & hoc tempore loqueremini? quid ergo dicent gentes barbaræ, qui infelici conditione aut ad deserta loca abjectæ, aut ad solitarias insulas damnatæ sunt, quò fidei propagatio, aut oceani vastitate, aut viarum difficultate impedita, necdum perventum & tamen certissimum est, ne illi quidem populos, si damnentur, nihil scire quidem in sui defensionem voluturos: iterum autem nec huiusmodi ignoscit, ait Ecclesiasticus, nam a magnitudine speciei creatura, cognoscitur*

ter poterat Creator horum videri. Per  
 ad spectabilem rerum creatarum ap-  
 paratum, & diversissimos Entium  
 Gradus, veluti per scalam ad DEI  
 notitiam ascendere, eique juxta men-  
 suram parci illius luminis, quod men-  
 ti illorum illuxit, servire poterant.  
 Quid ergo vos, vos, inquam in cor-  
 de & centro Christianismi, in civita-  
 te tam electa, aetate tam erudita na-  
 ti? nunquid ob gratiarum penuriam  
 justè doleritis? Quantam noa sui  
 notitiam vobis DEUS donavit, tot  
 Divinarum litterarum oraculis, tot  
 conciliorum declarationibus, tot SS.  
 Patrum commentationibus? An non  
 major pars vestrum, aetatem pericu-  
 lis magis subjectam sub parentum cu-  
 ra, qui salutis vestrae studiosissimi  
 sunt, sub magistrorum sollicita disci-  
 plina transmisit? postquam autem  
 aetatis maturae confinia attingistis, quot  
 non spiritualis vitae duces vobis sup-  
 petebant; quot conscientiae arbitri sua  
 vobis operam obtulerunt? quanta  
 Oratorum, ac Concinatorum co-  
 pia est ad teporem vestrum inflam-  
 mandum? quanta librorum piorum  
 multitudo, ad excitandam pietatem  
 opportuna? quantus Vivorum Reli-  
 giosorum numerus, qui ad vestra ob-  
 sequia paratissimi sunt? an sacra for-  
 san tribunalia vobis desunt ad noxa-  
 rum pondus deponendum? an claustra  
 deficiunt, & sacrae solitudines, in quas  
 mundi tumultu veluti è fluctibus in-  
 portum vos nonnunquam recipere  
 possitis? Quid denique tot genij Tu-  
 telares, qui latus vestrum stipant,  
 quid agunt continuo? an non iden-

tidem vos impellunt, ad vitij fugam  
 virtutis exercitium, victoriam tenta-  
 tionum, & proborum exempla imi-  
 tanda? DEUS ipse internis illustra-  
 tionibus quid non egit, quid non mo-  
 licur, ut salutem vestram promoveat?  
 an ullum, ut ita dicam, remedium  
 intentatum relinquit? jam allicit pro-  
 missis, jam terret minis, jam prospe-  
 ris blanditur, jam stimulat adversis,  
 jam flagris incitat: *vocat undique ad*  
*correctionem*, ait D. Augustinus, *vo-*  
*cat undique ad penitentiam, vocat be-*  
*nesicis creatura, vocat per lectorem*  
*vocat per tractorem, vocat per intimam*  
*cogitationem, vocat per flagellum cor-*  
*ruptionis, vocat per misericordiam con-*  
*solationis.* Et vos adhuc contra Deum  
 lamentari? demus enim, DEUM  
 plura alijs auxilia, quam vobis praebere,  
 adeo ut eos etiam, vel invitos &  
 obnitentes ad salutem trahere potius,  
 quam allicere videatur, uti Saulo fecit,  
 cum ei dixit: *durum est tibi con-*  
*tra stimulum calcitrare;* an ideo con-  
 queri potestis, quod minori auxilio-  
 rum copia vobis succurrat, cum ta-  
 men tam copiosa suppeditet, ut non  
 solum sufficiant, sed & debitam men-  
 suram excedant?

VII. Sed pace vestra liceat mihi  
 porro ratiocinari, & responsione  
 Theologorum judicio universali &  
 solidissima os vobis obturare. Di-  
 cite, unde vobis constat, quod mino-  
 ribus & non fortè majoribus vel sal-  
 tem aequalibus auxilijs instructi sitis:  
 quam alijs, qui vos virtute & sancti-  
 tate praecedunt? unde, inquam, hoc  
 scitis? an quia deteriores estis, debi-  
 lioribus

loribus vos auxilijs instructos esse arbitramini? Inepta profecto illatio est, quod, qui minus bene operatur, minus gratiæ habeat, aut vicissim, qui plus gratiæ habet, melius hoc ipso operetur. Inepta, inquam, est hæc illatio, illa Auditores; Possunt enim duo æquali gratiâ præditi, diversissime operari; diversitas autem ista non debet adscribi gratiæ, quæ eadem esse ponitur, sed cooperationi, quæ est diversa. Si mihi non creditis, credite saltem Doctori Angelico S. Thomæ, qui ait: licet baptizari aliqui,

3. p. q. 69  
a. 8. ad 2. *æqualem interdum gratiam percipiant, non æqualiter illâ utantur, sed unus studiosius in ea proficit, alius per negligentiam gratiæ Dei est: an non videtis ejusdem solis radijs liquefieri ceram, & indurari latum?*

Epist.  
105. *Eodem modo ait D. Hieronymus in doctissima epistola ad Edibiam eidem gratiæ cor unum cedit, alterum resistit & induratur; an non videtis eadem pluviâ unum pratum producere flores, alterum verò lappas?* sic pariter, ait Origenes in eruditissimo libro Periar-

l. 3. c. 1. *chon, eadem gratiâ mens una fructificat, altera silvescit & obstinatur. Hanc ipsissimam doctrinam clarissimè tradit D. Augustinus libro duodecimo de Civitate Dei, ubi ait, posse duos homines ejusdem temperamenti & indolis, eademque gratiâ instructos, eandem mulieris cujusdam formam intueri, quorum alter impudicâ flammâ inardescat, alter mentem castam conservet; non aliam ob causam, quàm quod diversis modis liberæ voluntatis suæ arbitrio & acceptâ gratiâ*

utantur. Eandem doctrinam confirmat D. Greg. Nislenus in oratione de Catechumenis; eandem D. Joannes Chrysostomus in Epistola ad Romanos; eandem S. Cyrillus in Evangelium S. Joannis; eandem D. Prosper in famoso illo de gentium vocatione libro; eandem quoque D. Bonaventura in 4. sent. ubi hæc verba apponit: *ex equali gratia, aliquando magis fervens elicitur motus, aliquando minus, secundum cooperationem liberi arbitrij: quâ ergo mercedi dicitis, vos ad bene operandum non accepisse satis gratiæ, quantum isti, vel illi? quo autore hæc dicitis? quo indicio, quo fundamento? dicite potius, gratiam veltam non esse efficacem, sed vanam, infructuosam, nullam; & tunc primum verum dicitis: sed quis in culpa est? an non vos ipsi? qui, cum cœlestem gratiam eo ardore suscipere debuissetis, qualem à suo Timotheo Paulus postulat, dum ait: *negligere gratiam, quæ data est. Tunc, si eam negligitis, illos imitati Navarchos, aut habiles parum, aut minus attentos, qui alijs velocissimè progredientibus, longo alios ante se spectio relinquunt, non quod eorum vento careant, sed quod illo, dum aspirat, uti nesciant. Desistite ergo de DEO conqueri, nec defectum liberalis ejusdem beneficentiæ adhibere, quod unicè in defectum liberi vestri arbitrij refundendum est, cum non solum certum sit, quod ille vos salvos velit & ad id auxilia abundantissimè subministrat, non tantum**

æquè sufficientia, sed forte plura ac fortiora, quàm alijs, qui vos & fervore Spiritus, & Sanctitate præcedunt. Quod si talia vobis auxilia porrigat, quibus per suam Omniscientiam prævidet, vos non ritè ufuros, hæc non ipsius, sed vestra est culpa, qui illis ignavè abutimini: *ipsi fuerunt rebelles luminis*, dixit de Peccatoribus Job; non quòd Deus ipsis clarum veritatis lumen non accenderit, sed quòd illi oculos clauserint, ne viderent veritatem. Alio loco ait: *dixerunt DEO, recede à nobis*, & alibi: *dixerunt DEO, recede à nobis*, & rursus: *quasi de industria recesserunt à deo, & omnes vias ejus intelligere noluerunt*. Culpam ergo omnium malorum vestrorum in vos ipsos conjicere discite: *perditio tua Israël! dicite ex toto corde vestro: ego sum, qui peccavi, ego, qui impiè egi, ego qui iniquè gessi*. Fatemini cum Jeremia, vos esse, qui vestro vos inimico in servitutem venditis pro lucro vilissimo: *Ægypto dedimus manus & Assyrijs, ut satureretur pane*. Dicite, vos cedere, dicite vos cadere, quia ita vobis lubet; vultis enim cadere, & ultro vos in lapsum præcipitatis; alia sine ratio dari non potest, *ipsi nos seducimus*, ut D. Joannes testatur. Quanta non dæmonum vis, & potentia est? & tamen illi nec minimum quidem à vobis obtinere possunt, nisi spontè vestrà assentiimini; insigere vos possunt, importuni esse possunt, sed vim inferre non possunt: *dixerunt anima tua*, notate appositissimum *Kaiæ* textum, *dixerunt anima*

*tua, incurvare, ut transeamus*. Ecce non audent pedem dorso vestro imponere: *incurvare concurvare*; sed postulant, ut ipsimet vos inclinetis & substernatis: si ergo vobis prævalent, si vos concuciant, unde hoc accidit? nisi, quòd vos ipsos ultro eorum pedibus ignavè subjiciatis: *dixerunt anima tua incurvare, ut transeamus, & posuisti ut terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus*. Ah Christiani, liberum vestrum arbitrium frænate, & in officio continete, nec quidquam porro dubitetis: salvi eritis, salvi eritis! Nunquam Holophernes infernalis formosam Juditham tanget, dicam animam vestram, stabit illa incolumis, conari tamen poterit & blandiri, *ut sponte consentiat*. Sed sinite, hæc faciat inimicus; nil interest, vos occasiones pravas fugite, & medijs ad salutem datis strenuè utimini, Exomologesin crebrè, sæpe sacram Synaxin obite, DEO identidem vos commendate, opem & auxilium ejus efflagitate, & ego certissimè vobis promitto, vos æquè, ac quem vis alium, salvos fore & beatos.

VIII. Scitis tandem, quid rei sit, dicam perspicuè: velletis sanè terræ delicijs frui, indulgere genio, cupiditatibus frænâ laxare, & nihilominus in paradysum transferri, sine ullo labore, aut impensis vestris: quin velletis, ut Paradysus ipse ad vos descenderet, ne vos laboriosè illuc eluctari, & incommodum subire necesse sit. Semel in divinis oraculis legitur, paradysum in singularis favoris testi-



testimonium ad quendam descendisse, cui nomen erat Joanni, *vidi civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem de caelo? sed quorsum tandem descendit? super montem magnum, & elatum. Hinc in montis verticem, & montis sublimis quidem, atque ardui: & qua de causa? si enim civitati illi sanctae placuit descendere, cur non in planitiem, ut Apostolo jam laboribus fracto, jam seni, jam decrepito non nihil parceretur, ne porro montem conscendere necesse esset? minime certe; mysterium subest. Paradisus nimirum non datur ignavis, non datur Paradisus ignavis: error tam crassus evellendus, si forte alicujus in animo radices egisset; DEUS gloriam suam dare statuit in praemium & mercedem, ut & nos aliquid, & quidem de nostro conferamus. Non posuit nos DEUS in iram; hoc sane verissimum est: in quo ergo nos posuit, in salutem, in salutem? Non; sed in acquisitionem salutis, ait Apostolus. Vult ergo, ut illam nostro labore obtineamus; vult, ut nec otij, nec superbiae materiam habeamus; quid ergo fecit? adeo ordinate omnia disposuit, ut salus nostra, nec tota foret nostra, nec tota DEI; non nostra tota, ut nos demissos & humiles conservaret, non tota DEI, ut ne otio difflueremus: neque nos supinos esse vult DEUS, propterea non ipse totum operatur, ait S. Chrysostomus, neque vult esse superbos, & ideo totum nobis non cessit. Nobis gratus foret, si DEUS omnia, nos nihil omnino faceremus; hoc autem DEO non placet, Auditores,*

Ipsius est, nos vocare; nostrum, vocanti respondere; DEI est invitare, Nostrum, invitanti parere: *ostendit me, & ego respondebo tibi*, Ille nos incitabit, alliciet, impellet, operum tuarum porrige dexteram, ut in jugum mortis licet altissimi elatumur, & pulcherrimam Sionis urbem occupemus, cavendum tamen, ne primis statim DEI conatibus resistamus; alius, si desiderata salute exciderimus, non DEI, sed nostra culpa id fiet: *perditio tua Israel.*

## P A R S A L T E R A.

IX. EXcusationem ac veniam mererentur impij, si Deus valde ardua, & laboriosa ab illis exigeret, tunc enim partem culpae in Deum derivare posse viderentur, si saluti suae jacturam paterentur. Sed dicantur Deus tantum ab illis requirit, ut salventur, quantum illi sustineantur damnentur? Audite quae, quid Jeremias dicat peccatoribus: *ut iniqui agerent, laboraverunt. Crediticiae, quam plurimis eorum parvi stetit, ut male agerent? laboraverunt, laboraverunt? sed nunquid, dicetis, Lex Christiana difficilis est? verum, obsecro, in quo sitam censetis hanc difficultatem? an quia praecipit, corpus subjugare, ne seditiosè insurgat adversus animam? Sed quae non incommoda, quas molestias tolerant impij in tractandis negotijs iniquis? nunquid laborant, dum frigori, ventis, & aestui se exponunt? An quia jubet, propriam voluntatem frangere, &*

Apocal.  
21.2.  
Ibid. 10.

2. Thess.  
5.2.

Hom. 60.  
ad pop.

domare appetitum, ne rationi se opponat? sed quàm duram & vilem servitutem servire necesse est, ubi modicæ promotionis spes affulget? Nonne submittere vos debetis aulicis, officialibus ac ministris? *Et si tanta suffert anima, ut possideat, unde pereat; quanta debet sufferre, ne pereat?* dicam vobis cum D. Augustino. An forte Lex Divina ideo vobis difficilis apparet, quod imperet contemnere mundum, divitias, patriam, consanguineos, affinitates, sapientiam, & vitam ipsam, si ad salutem necesse sit? sed quoties vos ipsi vitam manifesto discrimini exponitis ob vanissimum punctum honoris? unius Tituli ambitio, iudiciorum dissensio, & contentio de gradu dignitatis, nunquid subitò stricto ense deciditur? Pereat fortuna, pereat familia, pereat sanguis, pereat corpus & anima; vindicta sumenda est, ferroque decernendum: non raro licet viribus & conditione multum inferiores, æmulo in certamine ultrò depolcitis, injurijs lacessitis, ad vulnera & cædem provocatis, nudum pectus alterius mucroni offeritis: An Deus unquam à vobis tanta pro Cælo petit, quanta vos pro inferno sustinetis? & cæcitas, & infantia, exclamat eloquentissimus Salvianus: *quanto studio infelicissimi hominum id effecit, ut miserimi in aternitate suis, quanto minore cura, minore ambitu id vobis prestare potuistis, ut semper beati esse possent!* Eia si quid ingenij vobis est, respondete: hinc nunquam vos extricabit; si enim vires vobis deessent ad ea ferenda,

R. P. Segneri Quadragesimale.

quibus infernum promeremini, tum enim verò crederem, vos ea ferre non posse, quibus Paradisus obtinendus est: si ergo sat vitium vobis suppetit ad iniquitatem, cur non etiam ad virtutem & sanctitatem? Verùm quid frustra huic veritati confirmandæ immoror? cum certissimum sit, reprobos non solum laborare in perniciem suam, sed & lassari, ut ipsimet damnati serò nimium fatentur:

*lassati sumus in via iniquitatis, lassati Sap. 5.7.*

*sumus in via perditionis, ambulavimus vias difficiles!* Nihil adhuc dixi de gravissimis laboribus militiæ, nihil de horrore conflictuum, nihil de inquietudine litium, nihil de angustijs ambitionis, nihil de sollicitudinibus avaritiæ, nihil de doloribus Crapulæ & ebrietatis, nihil de molestijs, miserijs & incommodis, quæ tolerantur ex cæca lascivi amoris passione; non de lachrymis, quas ejus gratiâ fundunt; non de servitijs, quæ præstant; non de æmulationibus ac zelotypiâ, quas sustinent; non de injurijs, quas absorbent; non de periculis, quæ subeunt; non de divitijs, quas dilapidant; non de honore, quem pessumdant; non de morbis fæditissimis, quos contrahunt. An non enim in dies singulos novi reperiuntur Ammones, qui unius Thamaris amore extenuantur macie, animi deliquia patiuntur, vires & valetudinem perdunt? Quod si, ô Jvenes lascivi, vel minimam eorum particulam sustineretis propter DEUM, quæ in vilissimi scorti aut amaliæ gratiam toleratis, sinjte, dicam

E e e cam

cam liberrimè, nunquid salvi, & sancti evaderetis?

X. O Pater, respondebitis, ne tu simplex es, & rerum nostrarum rudis: gravia quidem & dolorifera sunt, quæ commemorasti, sed dolor iste amabilis est, dolor suavis; atque ideo, si nescis, à Poëtis *dulce amarum* appellatur: dolor iste genio nostro gratus, & inclinationi conformis est, secus ac ille, quem Lex Evangelica parit; ille enim fastidio plenus est, & acerbus. Ita ne non credebam enim verò, tantum latere disserimen; grates igitur vobis debeo, quòd hoc mihi arcanum tam opportunè suggereritis; inde enim validè vos stringam, & argumenti mei vim fortius in vos intorquebo. Dicite ergo, quænam diversitatis hujus causa subesse potest? si enim dolores isti secundum se considerentur, iidem omnino sunt: sermo enim nobis est de eadem fame, de eadem siti, de eadem vigilia, de eadem adversitate pro Deo tolerandâ, quam rei alicujus creatæ amore sustinetis: tota igitur diversitas in eo sita est, quòd aliquando quidem propter DEUM, aliàs verò propter creaturam ea tolerari supponamus. Itaque cum rei creatæ amore has molestias toleratis, eæ vobis suaves, lapidæ, & *dulce-amara* videntur; cum verò propter DEUM, & Cælum ferendæ sunt, inluaves, insipidas, & penitus amaras censetis? an non ita est? Eia ergo, Peccatores victas vobis manus porrigo; præclara enim verò, si superis placet, vobis suppetit excusatio: quid ultra ra-

tionum momenta conquiro, & argumenta accumulatio? Illi unico omnia responso jugulant. Audite igitur ægeli, audite dæmones, audiat cælum & terra, *audite hac omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem*. Tandem justam excusationem habent peccatores Christiani, si damnentur. Et quam illam arbitramini? an quòd Deus illos in cælum admittere non velit? Non; illi enim, velut pietissimus eorum Peter, promptissimus est, & sincerorum salutem desiderat. An, quòd careant, sufficientibus auxilijs; Non; nemini enim à DEO onus imponitur, quòd vires excedat. An, quia auxilia abundantia illis desunt? Non; quia ea illis nascendi conditio obigit, in qua ingens auxiliorum copia abundat. An fortè, quòd non habeant auxilia ijs æqualia, qui salvi sunt? Non; quia minimè infallibilis est regula, illum fortiora aut plura habere auxilia, qui melius operatur. An, quòd eas molestias pati non possint, quæ in via virtutis & in negotio luctus devorandæ sunt? Nec hoc quidem; quia longè majora tolerant conduci commodi, ambitionis, ambitionis, passionis, aut vilissimæ faminae amore, ita quidem, ut, quem modum deploravit Jeremias, liberrimè *serviant Dijs alienis, qui non dant eis requiem die ac nocte*. Ergo tandem excusationem mentitur? Erubescio dicere; sed dicam tamen, quia nimirum molestias istas deberent DEI amore sustinere. Repeto, quia molestias istas deberent

Det amore sustinere; hæc enim tota vis excusationis est. O Peccatores Christiani! quid dicitis? an hanc excusationem probatis? Creditisne illam vobis patrocinari & prodesse? Eia liberè igitur, & in faciem Christo dicite: si pro alio sustinere necesse foret, quod tui amore tolerandum est, non foret id usque adeo difficile, sed potius iucundum, genio gratum, inclinationi conforme, vocati- que posset, *dulce-amarum*. Sed pro te, ô Christe, hæc pati, insuave, acerbum & penitus amarum est. O Dedecus! ô ignominiam! an hæc in faciem Christi dicere non erubescitis? quasi verò ille, qui hic sub velo Eucharistico latet, vos minimè audiret? Hęc- cine est reverentia effuso illius sanguini, hæc gratitudo faucijs illius

membris debita? dicere, pro Deo pati, dulce non esse? Ah nimium quantum patet, vos nunquam gustasse, quam suavis sit Dominus! quòd si huic excusationi ultra confidere placet, eia vite deinceps, uti lubet, & libet; me enim pudet, eã porro confutare: si verò agnoscitis, eam esse vobis probrosam, ac Deo ipsi ignominiosam; quam ergo aliam excogitabitis, quò vos convertetis, quid respondebitis? Fatemini igitur vos esse convictos, neque aliud à nobis, qui peccatores sumus, opportunius consilium arripi posse, quam ut ex hoc momento in seriam vitam, & morum emendationem incumbamus, ut imminet jam nobis æternum interitum evadamus; in quem si quocumque precipitabimur, verè nobis exprobrari fatebimur: *perditio tua Israël.*

## SERMO TRIGESIMUS

## SECUNDVS.

DIE IOVIS POST DOMINICAM PASSIONIS.

*Dixit autem ad illam: remittuntur tibi peccata tua, vade in pace. Luc. 7.*



Fortunatam Magdalenam! quæ Dominum, tam amabilem & benignum offendit, ut unica animi demissione placari, & paucarum lachry-

marum pretio conciliari se patiatur: an enim, si Pharisæum, in cuius domo, hæc gesta sunt, offendisset, tam facilem ab illo veniam obtenturam fuisse existimatis? poterat enim verò missella, odorum fragrantia instrata, & in lacrymas soluta flere, quantum libe-

Ecc 2 bat;

bat; Pharisæus sanè, si eam, nec legatione præmissa, nec accessus, veniã obtentã, improvisò ingredientem vidisset, cum furore ac fastu exclamãssset: quæ hæc tua impudentia est, fæmina scelerata! quæ fronte huc irruis, in verecunda! an domus hæc prostibulũ aut lupanar tibi videtur, quod tui similibus pateat? tãne huc ingredi? in hunc te confessum ingerere, & hominum honoratissimorum conspectum subire? Facesse hinc impudentissima, teque apage quanto cyus, ne sordium tuarum fætoze auram corrupas, cui medendo, alio quàm balsamo, & odoribus opus est. Tuas tibi habe lachrymas, ad iussa faciles, quibus non unum duntaxat amatorem decepisti. Quid? ergo tuis fidem dare blanditijs? tuis suspirijs credere? hinc te aufer ocyus, ab hisce liminibus imposterum abstine, certa me ne quidem alloquium tuum, ne dum osculum, unquam admissurum. Hoc nĩ fallor, responsum à Pharisæo Magdalena obtinuisset, si ad illum placandum accurrisset, ut acutè D. Augustinus observavit: *si ad illum, Pharisæi pedes accessisset, dicturum erat: recede à me.* Sanè Pharisæus, uti sacra nos pagina docet, tametsi nec verbulo irritatus, ex eo solum quòd cerneret illam humanitatem, qua Christus pænitentem excepit, ingens scandalum accepit, nec alium Christi excusandi modum invenit, quàm arguendo ipsum ignorantia: *hic si esset Propheta, sciret utique, quæ & qualis est mulier, quæ tangit eum;* Christus tamen insuper ha-

bito fastidioso hoc Pharisæi murmur pro congenita sibi benignitate cum quanto amore excepit? quanta efficacità defendit? quanta facilitate solvit? nullã in culpatoze expiationem vel minimã pænã infligã. Nec hoc contentus, illam ad tam singularis amicitia, & necessitudinis gradum evexit, ut si solam D. E. I. MARIAM excepisset, chariorem interis fæminam Christus non habuisset, peccatrice Magdalenã. Hæc innotãta Christi clementia me cogit, ut hodie ab omni rigore abstineam, totumque hunc sermonem in improperis probrum, demulcendis peccatoribus impendam. Bonã ergo pace & veniã illorum miserabilium, qui obdurnati in malo parati sunt in divina Bonitatis despectum æternum perire, nolo eorum causæ inutilem hodie operam addicere; potius animos ad dam ijs, qui sincero corde profitentur, quòd libenter velint se totum D. E. O. dedere, illum desiderat, illum æstiment, illum suspirent, sed quòd nimis magnos peccatores se agnoscant, indè diffidant, posse se ad sanctitatem pertingere. Verum ne desperent illi, ne turbentur, vacuos tantum mihi aures, animos attentos præbeant, ego enim demonstrabo, non minus in eorum potestate esse, quàm cuiusvis alterius ipsis longe melioris.

II. Ne verò suspicemini, animi mihi esse dicendi de rebus minimè profectis, verum de ijs solum, quæ in Luce, & speculatione consistunt; potius persuasissimum habitote, me probandum assumptum.

*Hom. 23. ex. 50.*

assumpsisse, vos ipsissimos, qui hic  
 præsentes estis, tametsi lascivis fortal-  
 sis amoribus irretitos, aut odorum  
 rancore lividos, aut fuso sanguine re-  
 cens contaminatos, aut fastu tumidos,  
 aut avaritia vitæ, aut ambitione agi-  
 tatos, aut sensuum illecebris absorptos,  
 vos ipsissimos, inquam, si modò non  
 deficiat voluntas, veniam non solum  
 noxarum omnium citò consequi posse,  
 verum etiam in hisce terris ad tan-  
 tum divinæ gratiæ amplitudinem, &  
 in cæli gloria ad tantæ dignitatis ex-  
 cellentiam posse pertingere, ut mini-  
 mè ijs invidere necesse sit, qui minùs  
 vobis impij fuere: Hic tamen ab erro-  
 re vobis cavete: nec enim ego dixerim  
 ad id eminentiæ vos virium vestrarum  
 adminiculo, aut arbitrij, & naturæ  
 operâ evehi posse, miseros vos, si hac  
 solâ basi spe: vestræ inniterentur,  
 æternùm sanè de vobis esset concla-  
 matum: quippe non solum ad tantæ  
 sanctitatis fastigium, quod vobis  
 ostendo, eluctari non possētis, sed ne  
 quidem è victorum barathro, cni in-  
 meriti jacetis, exurgere. Verùm ani-  
 mos sumite peccatores dilectissimi,  
 nec enim ad tanti operis executionem  
 vos soli estis, sed Deus vobiscum, vos-  
 que Deo juncti, quid autem vobis  
 promittere non poteritis, omnipoten-  
 tis brachio roborati? *Quod per naturam  
 est impossibile, per gratiam Dei non  
 solum possibile, sed & facile fit,* Bernar-  
 do teste, qui id expertus est. Dicite,  
 Auditores, si quis Prophetico spiritu  
 afflatus, Matiam Egyptiacam, tunc  
 temporis accessisset, cum vanitati &  
 illecebris dedita, Idolum amantium,

Alexandriæ prostraret, ipsamque his  
 verbis fuisset allocutus: *Ausculata fæ-  
 mina, veniet tempus quo non solum  
 delicijs omnibus, & voluptatibus  
 sponte tuâ valedices, sed intra silvarum  
 horridos conclusa recessus, hanc,  
 quam modò dicam, vitam vives, Qua-  
 draginta septem annorum spatio vivi  
 hominis vultum non videbis, verùm  
 lupis, & ursis, leonibus, & tigribus  
 circumdata, minimè tamen invidebis  
 illecebrojis juvenibus, quorum mo-  
 dò consortio frueris. Tres solum  
 panes tecum in solitudinem portabis,  
 illosque duos, & mucidos, his famem  
 franges sedecim annorum interscape-  
 dine. Illis absumptis camporum her-  
 bis & radicibus, instar feræ pascaris,  
 aquâ palustri restingues sitim, usque  
 dum ed pertinges, ut omni, quo mor-  
 talium vita sustentari potest, cibo ab-  
 stineas. Inde omni tecto destituta ac-  
 lare, omniq; veste, quâ operiaris, su-  
 stinebis jam tremens noctes brumali  
 frigore congelatas, jam ardens dies  
 æstivis caloribus urentes. Heu infel-  
 lices oculi tui! adeo eris in illos cru-  
 delis, ut unius etiam horæ quietem  
 illis concessura non sis, nisi jam hac  
 conditione, ut planctu & matutino &  
 vespertino omnem præsentem tuam  
 stultitiam deplorent, hic ipse verò  
 sopor intercisus, qualis erit? ille nimi-  
 rum, quem sperare potes vel extensa  
 super asperas rupes, aut virgulta spi-  
 nis exaspera. Saxis præcordia, pug-  
 nis ora contundes, ac in delicijs nu-  
 merabis, dorsum aut tribulis, aut fla-  
 gris dilaniare. Hoc ego tibi annun-  
 tio, & hoc Tu, mihi crede, facies.*  
 Eec 3 Dicite,

Dicite, vos oro, & obtestor, Auditores, si quisquam in hunc modum peccatrici locutus esset, fidem penes dissolutam moribus juvenulam invenisset? an non risu & sibilis, id persuadere volentem excepisset? Quid Ego intra solitudinis antra, & Silvarum spelæa concludi? quæ absentibus vel modicum temporis amatoribus, animis linquor, & concido? ego tanta sustinere tormenta? quæ aciculæ puncturam lethalem judico? ego cibo, potu, somno abstinere? ego loquelâ & risu carere, tantis annorum intervallis? Vah nugæ! hoc enim verò adynaton est, & fieri nequit!

*Job. 6. 12.* *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea aenea est.* Mortem potius, quam vitam talem eligam. Et tamen certissimum est, Auditores, hanc elegisse, ac divinâ adminiculante gratiâ non tantum non impossibilem visam, aut laboriosam, verum jucundam & facilem, ut proprii oris oraculo Abbati Zosimo asseveravit, cui morti vicina animum aperuit, & sermone cum Jobo quoque commutato palam confessa est: *hac mihi sit consolatio, ut affligens me dolore non pareat.* Quid ergo vos mihi objicere non esse vos ad excelsissimam sanctitatem comparandam habiles? Erratis enim verò, erratis: quâ de causa? dicam. In hoc enim præsentî statu peccatorum sanum judicium ferre non potestis de eo, quod eritis in statu robustæ virtutis ac perfectionis. Verum, quid interest? Etiam æger ea sibi possibilia non existimat, quæ sunt propria sanis, uti cursus, saltus, luctæ,

pugilum palestræ, equorum agilitates; & tamen omnia hæc potest inus? *Non potes me sequi modo.* Ita quondam Christus Petro, imbelli etiamnum ac debili, *non potes me sequi modo*, quid ponè subjunxit? *sequeris autem postea*, quod Augustinus interprete, idem erat, ac dicere: *tu sanus, & sequeris me.* Alius certè eorum status erit, mens alia, aliud robur, quando in corde vestro divinarum consolationum torrentes intundant, quando non obscurè, ut in præsentium, verum clarè mortalium bonorum caduca vanitas, & æternorum stabilis constantia apprehendant, quando dæmones tentationibus suis impetere vos non audebunt; quando divinæ mentes tutelâ suâ vos fortibunt; quando cælum totum in vestri favorem se superfundet, verbo, quando Deo servire vobis tam amaranum erit, & facile, ac si à natura foret congenitum.

III. Quis vestrum non obstupescit? Si capreolum per ardua montium tantâ levitate currentem aspiciat? ut nec arenæ quidem vestigium imprimat? perdicem tantâ celeritate volantem, ut nec sagitta arcu excussâ illam assequatur? Prima fronte cavis videbitur animantia illa, in fine sui motûs necessariò debere & sudore disfluere & lassitudine deficere, quasi post immanem laborem exanillatum; & tamen nihil tale experientur? est enim utriusque genio summe conformis, & velox eursus capreæ & perdicis pernix volatus: quis nostrum non brevi contabesceret? si in sub-

tetranea specu commorandum esset ? & tamen talpa ibidem tanquam in domo sibi conaturali pinguescit ? quis non suffocaretur, si sub undis habitare deberet ? & tamen ibi in loco suo proprio piscis salit, & vivit ? quis non redigendum se in cineres arbitraretur ? si in medijs sibi flammis morandum esse videret ? & tamen ibi Salamandra vivit intacta & læta ? Ita nemo sanè affligitur, sed gaudet potius, si Philosopho fides est, operatione sibi naturali : *Quodcumque secundum naturam fit, jucundum est.* Si ergo & vos tandem, in eum statum redigere mini, ubi & lachrymæ & pœnitentiæ opera, & orationes sacræ secundum naturam fierent, an non hæc & possibilia & simul suavia acciderent ? Ita omnino. Jam verò sciatis velui, longè majus esse adminiculum, quod divina vobis gratia subministrabit. Si enim vires illas, quæ à natura solùm proveniunt, metiamini, illas tam debiles, tamque limitatas deprehenderis, ut ipso exercitio, & temporis morâ languescant, quemadmodum & perdix longa volatu, & caprea diutino cursu fatigatur. Aliter acciderit gratiæ divinæ, hæc enim non solùm nullo exercitio lassatur, juxta id, quod de justis Isaias asseruit : *current, & non laborabunt, ambulabunt, & non deficiunt.* Verùm etiam vigorem identidem & incrementa sumit, adeo quidem, ut tanto majorem in divini seruitij semita facilitatem experiatur homo, quanto magis in eodem stadio decurrit, & fatigatur : quin id potius, quod Divus Ambrosius affirmat,

considerate. Ait ille, justum nunquam eò pertingere, ut difficilius illi vitium accidat, quàm virtus : *Ita In Apol. facilius redditur in progressu virtus, ut difficilius fit, malè agere, quàm bene.* Gravius ei accidit ab oratione desistere, quàm eidem multis horis vacare, difficilius pœnitentiæ opera dimittere, quàm illa etiam magno cum rigore usurpare ? In cujus rei testimonium appositè hic adducitur id, quod in Patriarcha Abraham nonnulli contemplantur. Ad hoc enim, ut ad filium sacrificandum, citus & alacer sese accingeret, non requirebatur aliud, quàm nutus Dei unicus isque levissimus : *Dixit DEUS, Abraham, Abraham.* Ut autem à sacrificio desisteret, clamorem Deus addere debebat & clamorem fortissimum : *clamavit Abraham, Abraham.* Usque adeo verum est, ajunt, plus operis requiri, ad justum à bono abstrahendum, quàm ad id extimulandum. Cur ergo vobismetipsis diffiditis ? ad excelsum sanctitatis gradum posse pertingere ? ad quem tamen non naturæ debilis & languentis viribus, sed vigore gratiæ robustæ & nunquam delassandæ estis deducendi ? Ascendendum vobis enim vero est cum Elia, ad montis Oreb inaccessibleis verticem, sed in illius cibi solidissimi virtute, qui intimis venarum vestrarum meatibus vires, & robur infundet. Omnino vobis cum Elisæo Jordanis rapidissimi alveus trajiciendus est, sed illius venerandi nominis adminiculo, quod in medio gurgitum, vorticumque vasculum aperiet. Scala sublimis, & præcepta

Gen. 22.  
1. & v.  
11.



- ceps scandenda est, illique non ab-  
similis, qualem Jacobus Patriarcha vi-  
dit, nil tamen vobis timendum, Deo  
ipso manum porrigente, scalamque  
sustinente, ut vos à casus periculo  
Gen. 28. immunes conservat: *Dominus innixus*  
13. *scale* An ullum Sanctorum viri-  
bus, & virtute propria, ad singula-  
rem virtutis gradum erectum esse  
putatis? minime certè, si Davidi cre-  
Ps. 43. 4. dimus: *Brachium eorum non salvavit*  
*eos.* Erant sane eadem nobiscum  
naturæ debilitate infecti, eodem luto  
formati, eadem carnis farinâ com-  
pacti, sola DEI gratia fortes effecit:  
Ps. 107. *dextera Domini fecit virtutem.* Ani-  
14. mos ergo sumite peccatores, unico  
hodie firmo animi decreto opus est,  
& Sancti eritis: *In DEO faciemus*  
Ps. 59. *virtutem, & ipse ad nihilum deducet*  
14. *inimicos nostros. In DEO faciemus*  
*virtutem, & ipse ad nihilum deducet*  
*tribulantes nos.*

IV. Sed unde mihi certum est, di-  
ceris, DEUM gratiam tam potentem  
& efficacem suppeditaturum? Quid?  
unde vobis certum est? Vah impru-  
dentissimam vocem? utinam nun-  
quam labris vestris excidisset! for-  
tasse enim longè magis Deum, ob  
immodicam diffidentiam exasperat,  
quàm omnes noxæ vestræ præteritæ.  
Cur enim suspicemini Deum vos  
peræquè in numerum familiarium  
suorum, servorumque intimorum, &  
confidentissimorum amicorum, non  
admissurum? si modò vos ijs accenferi  
dignemini? an non enim totum san-  
guinem suum vestri non minus amo-  
re quàm cujuslibet alterius, etiam

sanctissimi profudit? An non illi tan-  
tidem statis, quanti quælibet Thais,  
aut Pelagia, aut Guilielmus, aut Au-  
gustinus steterat, pro hisce sanè non  
plus pertulit, quàm pro quovis ve-  
strum, Sanè singillatim recordabatur  
vestri, dum sudore sanguineo in  
horto Gethsemani perfunderetur, vos-  
stri meminit, dum crucis trunco  
affixus cum morte luctaretur, dum  
suspiraret, dum singuliret, dum ple-  
geret, *cum clamore valido & lacry-*  
*mis preces offerens; cur ergo eandem*  
illi de vobis æstimationem esse dis-  
dicitis, qui idem pro vobis pretium  
solvit? Verum quidem est, pro tan-  
tis laboribus vestri amore exartatis  
vices ipsi reciprocas pessimè re-  
rependisse, id enim verò fateor, &  
deploro. Sed an ipsum pejus fore  
Petro tractastis, CHRISTUM  
pernegante? quem tamen pos-  
tea tam charum Christus habuit  
aut Paulo persequente? quem tantis  
subinde Christus favoribus commu-  
vit. Quod si & pejora in ipsum fa-  
cinora designassetis, vos beatos! qui-  
bus res cum Deo est, non cum ho-  
minibus? *Non faciam furorem in*  
*mea, protektatur ipse per Oseam,*  
*non faciam furorem in ira mea. Cur illud?*  
*quoniam Deus ego, & non homo. Si*  
quem hominem fortè gravi injuriâ  
affecistis, quantumvis postea offen-  
sæ venia data sit, ista amicitia facta-  
ra, pax stabilita, & publicata, non  
tamen unquam ex integro ei com-  
ditis; & sanè ratio id faciendi non  
deest, sicut enim ferrum quantum-  
vis politissimum antiquam rubiginem  
facile

facile induit, aut titio licet extinctus, citò flammam concipit, aut mare pliatum brevè iterum intumescit, ita inimicus reconciliatus facillimè veteri rancore exasperatur. David sanè, juvenis non minori prudentià, quàm mansuetudine præditus, non semel tantùm & generosissimè quidem ignovit Sauli, à quo ad mortem quærebatur, venià eum in spelunca donavit, dum vestimenti limbum abscedit, pepercit illi in tentorio, dum haitam à pulvinari abstulit, nunquam se tamen manibus ejus commisit posthac, quantumvis Saulem dolentem, & præteritorum poenitentia ductum agnosceret, etiam lachrymantibus oculis obtestantem, & regià interposità fidelitate. Usque adeo nulla pax cum hominibus stabilita, si Augustino credimus, ex toto secuta est: *quod homines nunquam plena est indulgentia.* Id tamen penes Deum falsissimum est, ut idem Sanctus Doctor *allevat. Sic enim Deus ex toto indulget, ut jam non damnet ulciscendo, nec confundat impropetando, aut minus diligit, imputando.* Ut adeo ipsi plenissime possimus confidere, penes quem nullos præteritis criminibus locus est, si illa modò in præsentiarum detestemur. Ego sanè divina identidem volvens, & revolvens oracula, nunquam deprehendi, Christum vel verbo, etiam è longinquo, culparum præteritarum mentionem fecisse; nec enim Magdalensæ suas turpitudines, nec Matthæo usuras, nec Zachæo fraudes, nec Petro perfidiam, nec Thomæ incredulitatem, objecit, & P. Segneri Quadragesimale.

cumque vel semel infidæ civitati Hierosolymæ, commissa crimina exprobrare statuisset, ut notat Author operis imperfecti, quâ obsecro verborum formula, quibus verbis usus est? *Ierusalem, Ierusalem, ait; qua occidit Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt.* Quid hoc? an non Hierosolyma plures ante hac Prophetas occidit, aut lapidavit, quàm pro præsentis tempore interemerit? Ita sanè, & tamen Deus minimè dixit: *qua occidisti, & lapidasti,* sed potius, *quæ occidis, & lapidas.* Deus enim culpas præteritas & remissas non æstimat, sed præsentis duntaxat, & nulla adhuc venia expiatis. Certè nequaquam fieri potest, ut promissa illa Dei magnifica casta fiant & irrita, Prophetarum ore promulgata, quibus se peccata nostra instar saxi gravissimi in maris profundum projecisse testatus est, ut porro non possint emergere: *Projiciet in profundum maris omnia peccata vestra.* Alibi *verò, quod ea nubium instar avolare, & disperere fecisset: delevi ut nubem iniquitates tuas.* Rursus: *delevi ut nebulam peccata tua: & iterum: convertam eos, quia miserebor eorum, & erunt,* (quid dici potest amplius?) *& erunt, sicut fuerunt, quando non projeceram eos.* Eo, ait, *se nos pretio habituros, & loco, ac si nunquam in illum deliquissemus.* Inter homines sanè id rarò accidit. Pater enim, filio morigero semperque obsecundanti plus amoris exhibet, illi autem, qui contumax fuit, & indocilis, severitatem ostendit.

Princeps vassallis nunquam foedifragis plus favoris; aliquando rebellibus minus demonstrat. Belli Dux militibus semper fidelibus magis favens, seditiosis magis inexorabilis est. Non ita Deus, subjungit sanctus Pontifex Gregorius; tametsi enim haecenus semper ipsi infideles, discoli, ac immorigeri fuerimus, id tamen pretio & favori, ac affectu divino erga nos nihil adimit; imò si illum ut innocentes amemus, ut innocentes redamabimur. *Sic paenitentes recipit, sicut iustos. O solatium! sic paenitentes recipit, sicut iustos.*

V. Cæterum ut veritatem hanc magis perspicuam faciam, liceat observationem annexere non solidam minus, quam elegantem, Deum nempe erga homines morum innocentia & sanctitate illustres, tantum benevolentia nunquam demonstrasse, quantum non ijs quoque exhibuerit, qui post multas ipsi illatas injurias, tandem se divinis servitijs dederunt. An dubitatis? quin attentos mihi animos præbete, & sanè plenos solatij relinquam. Innocentiam turba Josuam jactitat, qui solis currum stetit? *Obediente Deo voci hominis.* An nò ad id potentia etiam Mutius pervenit? qui è latrone silvarum famosissimo, in mansuetissimum earundem incolam evasit, quin potius Mutium inter & Josuam id discriminis intercessit, quoddam Josue solem in cælis figeret, illustris illius victoriae causa, quam unius diei spatio de quinque reportare Regibus debebat, Mutius ob causam longè minoris momenti idip-

sum obtinuerit, nempe ut ante solis occasum, hospitium, quò mirrabatur, pertingeret. Elias sanctus & innocens, pluvias ad obsequia sua & nutus paratas habuit, id ipsum paenitentes inter, Jacobus Anachoreta obtinuit, qui virginem prius oppressit, mox interemit. Daniel innocens, feras beluas ad pedes suos prostratas, & revertentes habuit, sed an non & inter paenitentes ipsum gratia Guillelmi Aquitanæ consecutus est? prius desolator Ecclesiæ, mox etiam hostis, & persecutor? Si tergemini illi Babyloniis juvenes flammis injecti minime arserunt, an fortè arsit Africa prius metrix, tum continentia speculorum, minime profecto, Auditoris, illa quidem victimam se Deo consecrandi delictio mortua est, non tamen arsit, nec combusta est. Oleum igne bullens nocere non poterat Joanni cuiusdam innocenti, novi per bene, verum pia pariter ebulliens nil damni afferere poterat Bonifacio paenitenti. Quis de celeberrima illa Maria Aegyptiaca superius laudata dicam? nunquid illa multoties super aquas ambulavit? Raymundo Pennafortio haud ambigibilis, qui tamen semper sanctissimus erat? an non plurimorum annorum spatio cibi omnis expertus vixit, Catharina Senensi similis, quæ nunquam impia fuerat? Si Irene virgo innocens Genij sui tutelaris auxilio ex carcere extracta est, nunquid idem opis & favoris Genebaldo paenitenti Episcopo idem Angelus præstitit? Si sanctissima Scholastica fratri suo Benedicto columbae figurâ apparuit, nunquid

nunquid eodem Schemate Maria pœnitens cognato suo Abrahamo visa est; nunquid majus erat à Crocodilo longo tempore serviri, quemadmodum Theodora de adulterio patrato pœnitens experta est, quàm aut à ceruo laetari, aut Egidium, vel ab urso colli, ut Agapitum, aut lupum habere obsecundantem, ut Norbertum, qui omnes innocentie meritis inclatueret; sed longam ego hinc telam texerem, si partim & diffusius commemorare vellem, quòd Deus nullo privilegiorum ac gratiarum genere parcior fuerit erga pœnitentes, quàm erga sanctos, id quod Divus Gregorius per appositè indicavit dicens, æquè sapidos pilato suo cineres, quàm panem fuisse. *Cinerem tanquam panem manducabam.* Mihi sanè fatis est hæcenus vobis demonstrasse, noxas præteritas penes DEUM minimè obesse, quotiescunque illas animi dolor, & contritio ignis instat, terram purgant, hæud aliter quàm spinas & arbuta absumpsit, de quibus nulla porrò apud homines memoria superest. Si ergo nil obest noxæ præteritæ quid timetis amplius peccatores? quid dubitatis? certissimos enim vos facio, DEUM non minùs vos, quàm sanctissimos quosque amore complexurum, magnoque in pretio habiturum, nec quicquam ille aliàs per Ezechielem jurando se obstrinxisset: *Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate sua.* Si enim ex eo, quòd magni peccatores fueritis, ad sanctitatem porrò eximiam contendete non possitis, certè præ-

terita crimina nimirum quantum vobis nocerent. Erigite ergo animos, certoque vobis persuadete, locum vobis maximos inter Sanctorum relinqui, si modò eorum numero velitis accenseri.

VI. Quin potius è contratio vos impugno: vos enim ex eo, quòd magni peccatores fueritis, DEUM vos è Sanctorum insignium numero exclusurum arbitramini, ego ex hoc ipso, quòd tales fueritis, evinco, vos à Deo in sanctorum grandium numerum aggregandos. Dicitè obsecro, multinè anni sunt, ex quibus peccatis immergi vivitis? Eja an non ita est? Ego quidem id minimè crediderim, sed demus id esse. Cur ergo existimatis tanta DEUM patientia, tantas à vobis injurias sustinuisse, tantas blasphemias in lusu, tanta in contractibus perjuriam, tantam immodestiam, & petulantiam in templis, tantam duritiem erga pauperes, tantum rigorem contra dicatas Deo Personas, quæ quidè id genus delicta sunt, quibus directè divinissima illius Persona appetitur. An non à primo scelere, quod patraatis juvenes, vitæ vobis totam abruptere potuit? quantas indies occasiones nactus est, an fallente vestigio vos præcipitandi per devia, aut è fenestris dejiciendi, aut mergendi fluminibus, aut telis & sagittis feriendi, nec tamen fecit? sed incredibilem patientiam vos toleravit, imò fortuatos effecit benignitate summa? Quale obsecro hoc signum est? nunquid quòd rem grandem reciprocè à vobis expectet? non vos tantis impensis

penis vivos conservat, ut ipsum continuè offendatis; non propterea hor-  
torum fructus subministrat, & res-  
taurat famelicos, non aquarum fon-  
tes propinat, & sitientes refrigerat;  
non collum auras mites facit, & an-  
helos reficit potius hac potissimum  
ratione vos vult obstringere, ut tan-  
dem deditorem vestri facere cogami-  
ni, aut amore; aut fortitudine tan-  
tæ bonitatis expugnari, utque vos tan-  
tò majori fervore illius servitio con-  
secretis, quantà prius malitià illum of-  
fendere laborastis. Non ergo mihi  
potè obijciatis, ex eo quodd peccatis  
plurimis Deum lacefferitis, merito  
vos dubitare, an ulla Deo de vo-  
bis cura sit, nisi enim vos unicè cordi  
haberet, jam pridem sanè abrupto  
vitæ stamine aut cum damnatis fre-  
mere, aut frendere cum diabolis coë-  
gisset, nec vobis hac ipsà die ad con-  
cionem audiendam stimulos injecisset,  
ut vos lucrari conaretur. An  
nunquam forte audivistis id Deo in  
more positum esse, ut peccatores  
perfidos & perditissimos vel maximè  
& studiosissimè venetur? *Venit filius  
hominis querere quod perierat.* Certè  
venator impiger ibi vel maximè im-  
mittit vertagos, ubi feram pertinacissi-  
mam latere animadvertit; Medicus  
peritissimus ibi artis suæ industriam  
locat, ubi morbus est vel maximè  
periculosus. Navarchus ibi suam glo-  
riatùr impendere peritiam, ubi ven-  
torum contrariorum furia dominantur.  
Advocatus expertissimus ibi  
animi dotes & doctrinam adhibet,  
ubi de causa propè coclamatum est.

Luc. 19.  
20.

Agricola exercitatus ibi operam li-  
benter admovent, ubi tellus minus fru-  
gifera est ad culturam pertinax. Cer-  
tè miseræ vestræ divinam misericor-  
diam non prosternunt, verum acuite  
desideria amoris sui subtilissimum vo-  
bis excessum demonstrandi, ut quem  
admodum Apostolus dixit: *ubi su-  
per abundavit delictum, ibi superabun-  
det & gratia.* Si modò vos eidem  
correspondere parati sitis, sinulque  
pandatis ad recipienda illa gratiarum  
diluvia, quæ ille vobis effunderet  
promptissimus est.

VII. Minimè me latet, ex parte  
vestra singulari labore opus fore, ma-  
ximè in principio, usque dum patris  
confortijs vos subducatis, & lascivie,  
& ludis, & lucris, aliisque delictis  
illecebrosis, quorum longo tempo-  
re usum & habitudinem induistis. Sed  
eia alacriter ad opus, hæc enim nova  
Deo erit occasio majori vos affectu  
excipiendi, vosque majori liberalita-  
te & munificentia attrahendi. Certè  
filius ille prodigus, qui libertatis  
amore inelcatus extra lares paternos  
seculum sibi aureum fingebat, semper  
Apicianis luxibus in commensationi-  
bus, convivijs, & prosperitate affluens,  
deprehendit tandem ex aureo illo  
quod sibi ipsi sinxerat saculo, nihil aliud  
sibi esse residuum, quam juglandum  
pastum. Unde dejectus, afflictus,  
vilis, reditum meditabatur ad domum,  
in qua natus est paternam, & patris  
pedibus supplex accedere, veniamque  
efflictim rogare: *Surgam, & ibi ad  
Patrem meum.* Hoc autem sancti  
animi propositum, non amor & cha-  
ritas,

ritas, sed proprii commodi studium, famis, nuditatis, squaloris & sordium calamitas extorsérant, juxta eximiam Divi Chryfologi effatum: *Fames vocat, quem saturitas exulárat.* Et tamen, ó quanto amore receptus est? debebat enimvero Pater dicere redeunti: Ah! ingratis fili! jam tandem ad Patrem redis, cum nemo amplius serum tuarum satagit, vah dum amicorum copiá afflueres, & voluptatum delitijs, genitorem tuum nec salute dignatus es; merebaris proin à me repelli, eorum sumptibus sustentandus, cum quibus opes familiæ, & patrimonium dilapidásti, merebaris paternæ domûs limine excludi, pro filio meo non haberi, imò ex oculis meis in malam crucem abigi. In hanc sanè verborum formulam videtur pater prorumpere debuisse, saltem in cautela filio salubre documentum; verum nihil horum dixit genitor: potius exemplum pictatis à mari delumpfit, quod fluvios ad se redeuntes non objurgat, nec illis exprobat, quamvis longis ambagibus fugitivi per orbem erraverint, non supplices fieri postulat, non magnâ morâ eorum vota suspendit, sed continuo immenso ipsos sinu, unde primò fluxerant, recipit, suorumq; quos continet thesaurorum fecit participes. Haud aliter senex optimus filium reducem, ac pœnitentem obvijs ulnis amplexus & osculatus est, strinxit, atque lachrymis perfudit; tum profecti illicò splendidissima vestimenta, præstò esse famulitium, oppiparum institui convivium, & musicorum mo-

dulos insonare jussit; & quod maxime mirandum, annulum aureum digito inseri: *dare annulum in manu ejus.* Quod ætate illa luculentissimum signum erat filij charissimi, quippe cui sigillum committeretur: jam ego in hunc modum ratiocinor. Si tantâ benignitate à Deo recipitur talis notæ filius, qui ad illum revertitur, non alia de causa, quàm quòd fame se sentiat emori, & squalore ac nuditate tabescere, quid de vobis dicam, Auditores, qui ad DEUM revertimini, eo potissimum tempore, quo omnium commodorum ac deliciarum copiá abundatis, dum prosperis fortunæ velis evecti, amicorum coronâ circumdati, divitijs, honoribus, ac variarum relaxationum diverticulis affluitis? totumque hoc Dei amore relinquitis? O quo affectu vos suscipiet, quâ promptitudine, quâ facilitate? an non suggeret largiter, quid ad eximiam vitæ & morum sanctimoniam, ad quam aspiratis, erit necessarium? dolore vos sincerissimo & perpetuo nozarum commissarum donabit, quod sanè nectar illud delicatum, & dulce est, à DEO per Isaiam promissum, cum diceret: *inebriabo te lachrymâ meâ.* Margarita *1f. 16. 20.* de Cortona olim Christum secuta est, qua de causa? quia à Patre baculo è domo fuit expulsa; Christus tamen illam non dedignatus est habere velut amicam charissimam. Paulus, cognomine simplex, se Deo consecravit, & cur hoc? quia thori consors gravissimam ei infamiam inusserat; Christus tamen non dubitavit illum in ser-

vorum insignium nimirum accen-  
 sere. Plures alij divino servitio ac-  
 cessere, solo timore temporalis cu-  
 jusdam periculi, aut calamitatis im-  
 pulsi, ita Arsenius ille Romanus fe-  
 cit, insidijs Arcadij impetitus, ita  
 Ephrem Syrus, carceri mancipatus,  
 ita Moyses Æthiops inimicis circum-  
 datus, ita Gerardus Clarevallensis,  
 in prælio fauciat, ita Romualdus  
 Camaldulensis, à Justitiæ ministris  
 quæsitus, Deus tamen eosdem sin-  
 gularissima favoris, & amoris teneti-  
 tudine complexus est, eaque qua in  
 præsentiarum gaudent, sanctitatis fa-  
 ma fecit conspicuos. Quid ergo faciet  
 vobis? qui locupletes, liberi, felices,  
 vegeti omnem ipsi vitam consecra-  
 tis? non tecti, aut paterni laris penu-  
 ria, quo recipiam ni, quia palatia inha-  
 bitatis, non panis, victusque defectu,  
 quo sustentemini, quia divites opum,  
 multitudine gaudetis; prædiorum-  
 que, non infamiæ imminentis metu:  
 cui eripiimini quia omnium existi-  
 matione & honore claretis, non ini-  
 micorum timore, non mortis formi-  
 dine, non improvise sortis adversæ  
 eventu, quia & fortes & armati, &  
 fortunatissimi estis; sed ideo solum,  
 quia divinam servitutem, omni cadu-  
 cæ, fluxæque vanitati spontè præpo-  
 nitis, ad vos ipsos vincendos, subju-  
 gandosque, ut per universam DEI  
 Ecclesiam pulchrum illud demissio-  
 nis miraculum, in vobis effulgeat,  
 quod spiritu Prophetico indicavit  
 Isaias prædicens, etiam leones tan-  
 dem visum iri, qui dimissis à ferarum  
 venatione abhorreat à carnibus, &

palatum paleis boum instar, admira-  
 veant: *Leo quasi bos comedet paleas.*  
 Et adhuc dubitare potestis? an à se  
 vos Deus fortè abigat? an vos coelli  
 habeat? an vobis favcat? an vos amet?  
 an vobis blandiatur? totum id vestro  
 judicio relinquo. Si vobis id possibi-  
 le videtur; diffidite ipsi, per me liceat,  
 cum verò ratio omnis vos in spem  
 erigat, quid porro timoris, quid suspi-  
 cionis, & umbræ vobis reliquum est,  
 ut acquiescere nolitis, palamque con-  
 fiteri, Vos? quantumvis in præter-  
 itarum maximos vos peccatores ag-  
 noscatis, aptos tamen esse ad exitium  
 sanctitatem?

VIII. O si ipsa vos calamitas restra  
 doceret, spem vestram in Deum eri-  
 gere! Mysterium sanè tremendum  
 in divinis oraculis invenio, jam olim  
 à Divo Hieronymo observatum,  
 fuisse nimirum oitum plerumque ser-  
 tem longè feliciorum eorum, qui se-  
 cundogeniti fuerant, præ illis quos  
 primogenitorum nomen insigniebat.  
 Primogenitus erat Cain, hunc tamen  
 favoribus Abel præcessit. Primoge-  
 nitus Ismaël, charior tamen Isaac,  
 primogenitus Esau magis dilectus Ja-  
 cob. Primogenitus Ruben, gratior ta-  
 men Judas; Primogenitus Manasses  
 hunc tamen Ephraim præcessit. Pri-  
 mogenitus Eliab, Davide tamen po-  
 sterior, atque hunc in modum au-  
 plures. Sed quid ego per primogeni-  
 tos intelligo? Innocentes nimirum &  
 sanctos; (ita Theophylactus, ita Tet-  
 tullianus, ita Cyprianus docuere) bo-  
 na tamen eorum venia dicere licet,  
 illos in Ecclesia à Deo non esse collo-  
 catos

catos in sublimiori gradu quam secundogenitos, quos appello pœnitentes; quia videntur his illi potius postpositi, video sanè pro Principibus in Ecclesia haberi non Joannem Geminum, qui innocentissimi fuerant, sed Petrum perjurum, Paulum sanguinarium; sed cur isthoc? ne miseri nos pœnitente; nimium animis dejiciamur, si è nimis profundo iniquitatis barathro nos emeruisse videamus; ò ad quantum dignitatis & excellentiæ gradum, etiam nos, si modò non desit animus, evelli possumus? ad quantum felicitatem, ad quantum fortunam? quin ipsis innocentibus meritorum cumulo antestare, nos, nos, inquam, licet nunc inferiores gradu, illis, æquari, quin illos prætergredi possumus, & multùm illis excellere sanctitate, quemadmodum tantâ nominis sui gloriâ fecit Magdalena. Quid ergo posthac faciendum est? respirate tantisper, & acturum audietis.

P A R S A L T E R A.

XI. **Q**uicumque pensulatiùs solatium illud grande consideraverit, quo peccatores hæcenus animavi, videbit sanè non in eum finem fecisse, ut quisquam eorum dictamnum sibi in Aconitum convertat, & vel minimum inde desumat argumentum, non spei ad surgendum è vitiorum cœno, sed præsumptionis ad eadem porro inharendum. Si tamen quipiam eò deveniret insanix, sibi

imputet miser; mihi sanè tigridis instar in eum insiliendi animus foret, ac objurgandi tamdiu, donec probè intelligeret, discrimen manifestissimum, quo prædestinati ab improbis discernuntur, illud esse, quòd illi è divinæ misericordiæ magnitudine motivum capiant de noxis suis cum fletu dolendi, isti verò ansam, easdem vehementius accumulandi. Aliud sanè est ad divinam misericordiam post peccatum recurrere, & longè aliud, peccare liberrimè, eò quòd ad divinam Clementiam detur recursus. Primum est DEUM velle inducere, ut veniam sceleri largiatur, alterum verò, ut crimen protegat, ac tueatur. Sed quia tantam insaniam à nullo Auditorum meorum timere possum, ad vos revertor, qui jam peccatis lassati, ad Deum regredi statuitis, ut tanto vos eidem fideiiores posthac exhibeatis, quanto minùs reverentes Divinæ Majestatis fuistis. Sed quâ tandem ratione ad sanctitatis tam eximix fastigium vos erigetis? qui hæcenus in profundo scelerum abijisse diluistis; facile vobis persuadebitis, velle me, pededentim, deque gradu in gradum ascendatis, hodie ab his illecebris desistatis, cras ab alijs! hodie huic pravo consortio vos subducatis, cras alteri, atque adeo sensum sine sensu perfectionis elivum conscendatis; sed vestrà pace & veniâ, alio vos ego tramite deducam. Quamdiu enim in hunc modum loquimini, nondum firmiter satisque divinæ gratiæ auxilio inñiti didicistis, nec recordamini ad tam



tam altum verticem superandum pedes vestros minimè sufficere, sed alas gratiæ requiri. Dico ergo vobis, si serio ad sanctitatem aspiratis, resolutione magnanima opus esse; etenim magnos peccatores inter & alios homines virtuti assuetos, vel saltem vitiosis habitibus non infectos ingens intercedit discrimen; siquidem his, quamvis gradatim & lentè procedant, tandem tamen ad perfectionem eleuantur, utpote, qui non singulis passibus pravorum habituum pondere tetrahuntur; magni autem peccatores, si in ascensu tam lubrico non ferantur passu concitato, protinùs retrorsum aguntur in præceps; atque adeo si animum ad illos placet reflectere, qui è profundo criminum cænno ad eximiam sanctitatem ascenderunt, videbitis illos quasi saltu unico illuc pertigisse, quo se à principio statim vehementi impetu librârunt. Cōsiderate Pelagiam celeberrimam illam Antiochiæ peccatricem; vix animum ejus emollivit Deus, dum Nonnum Episcopum è cathedra dicentem auscultaret; cum illic eidem loquendi desiderio inflammata est; certum cum impetrare non posset, ut ad privatum alloquium admitteretur, ausa est in publica Synodo confidentem accedere, & in augusto illo Patrum consessu ad pedes ejus advolvi, insuper habitis populi sarcasms, amasiorum indignatione, rivalium detestatis effusissimis; ibi lachrymis inundata, ac animi dolore intimè contrita, scelerum veniam rogavit. An enim multum illam temporis insumpisse cre-

ditis, ut primò consortia inhonesti desereret, deinde colloquijs vicebrofis abstineret, ac tandem in delictum confugeret? Vix tertia, à mutato in melius animo, dies illuxerat, cum pretiosæ suppellectilis suæ universæ, peristromatum, vestium, chorris, auri, gemmarum, numero & rationibus initis, omnia ad sancti sui renatoris pedes abiecit, in pauperum turmas ad ejus libitum dispersit. Mox domum reversa, quos in mancipatu servos, servalque numeraverat, libertate donavit. Octavo subinde die tota à capite ad calcem aspero, & horrendo cilicio corpus induit, ac peregrinæ instar squallidæ Hierosolymas profecta, ibique sanctorum mysteriorum monumenta venerata, angustiæ sese cellulæ inclinat, è qua non priùs egressa est, quam solix animus ad cælos avolaret. Quæ de Thaide illa Ægyptiaca memorabitur, cujus vultus Idolo, nescio plus necerit an sanguinis immolatum; petiit ab Abbate Paphnutio, à quo ad Deum conversa erat, trium duntaxat horarum spatium, antequam se virginis sollicitariæ viræ studiosarum, claustris abderet, vitam porò in continuis commissarum nozarum detestations peractura. Illas ipsas autem tres horas cui impendit? nisi, ut quidquid unquam ab Amasij dono datum acceperat, in unum cùmulum colligeret, ac in platea publica, præsentem numerosâ populi coronâ, tanquam infandæ impuritatis spoliis flammis exureret. Ita pariter, repetitè sanctus evasit sceleratus ille Gaganus,

ganus, nobilis quidem profapia, sed  
vitae perditissimae Juvenis, qui virtu-  
tis semitam tam pernici pede emen-  
sus est, ut initium inter, & finem vi-  
tae, paenitentia famigeratissima, inter  
Eremitas Senenses traductae relique-  
rit unius solum anni intervallum. Ita  
Margarita de Cortona, ita Angela de  
Fulginois, subito in sanctam mutata  
est; Ita Guilielmus Aquitaniae Dux,  
qui scelus sibi à natura congenitum  
esse gloriabatur, vix dolore, & paeni-  
tentia confusus ad Divi Bernardi pe-  
des prociidit, cum qui lupus ceciderat,  
agnus surrexit, & paenitens erectus  
est, qui lapsus erat persecutor. Tum  
quantocyus Silvarum Spelæa quare-  
re, ubi se irato caelo subduceret; divi-  
tias cum mendicitate, crapulas cum  
fame & abstinentia, jocos cum sin-  
gulibus permutare, carnem quam in  
delicijs, illecebrisque nutriverat, sti-  
mulis, & catenis opprimere: Eia er-  
go peccatores, hoc unum ego à vo-  
bis in praesentiarum efflagito, ut actu-  
rum magnanimo quopiam decreto,  
Deo, quem tam graviter offendistis,  
satisfacere statuatis, & id, quo bene  
decrevistis, executioni quamprimùm  
mandetis. Certè divina gratia nescit  
moras: nescit tanta molimina spiritus  
sancti gratia. Si cor ingreditur, ful-  
minis naturam imitatur, quod vix in  
nube genitum, rimam, quae volet,  
quærit, aditumque ad ingens facinus  
machinatur.

X. Neque vos ab hoc decreto  
timor retrahit fortè, ne ad mortem  
usque in ccepto illo, vitæ novæ, quam  
elegistis, generoso tenore non per-  
R. P. Segneri *Quadragesimale.*

duretis. Sicut enim in vestra pote-  
state est incipere, illo, quem Deus  
vobis largitus est, fervore, ita pari-  
ter in vestra manu est in ccepto per-  
sistere. An verò Deus vobis de-  
erit, postquam ejus amore tanti mo-  
menti negotium suscepistis? an, qui  
vos peccatores recipit, ad se conver-  
sos repellit? cum tamen ipsemet tes-  
tetur: *Et eum, qui venit ad me, non* Ioan. 6.  
*ejiciam foras.* Ecquis fundum compa-  
rat, & ei culturam negat? quis spargit  
semina, & fructum non colligit? quis  
domum ædificat, & illam non liben-  
ter inhabitat? Hortulanum aspice,  
qui sterilem arborem suam industriam  
& sedulitate reduxit ad frugem? hanc  
sanè præ cæteris in amoribus habet,  
quantumvis plures alia, sponte sua,  
in pomario vireant; redit identidem  
ad eandem visendam, majori sollicitu-  
dine custodit, liberalius undis irrigat,  
studiosè & minutim putat, & quasi  
oblitus aut negligens omnium alia-  
rum plantarum, cuicumque hospiti  
pomarium ingredienti, hanc, inquit,  
aspice, hanc intueri. An Deum  
aliter vobiscum acturum creditis?  
postquam tantis ipsi sumptibus,  
tanta diligentia, tanta industria,  
tanta mediolorum varietate & copia  
steristis? ille, si nihil aliud in vobis,  
liceat, ita loqui, suos certè labo-  
res amabit, & ut appositè in rem  
Tertullianus scripsit: *chariorem sen-* De pe-  
*tiet, quem lucri fecit.* Animos et-  
nit.

17.

De pe-  
nit.

ergo erigite Christiani, ego enim me  
vadem vobis pænes Divinam boni-  
tatem præbebo: *Ego planè sum  
Divina misericordia sponsor, dicam  
cum*

Ggg cum

*De Plag.  
grand.*

cum Nazianzeno. Quod si tantum animi vobis non est, ut cum Magdalena Christi pedibus advolvamini, illosque lachrymis lautos, osculis signetis, velut amoris typo, ego, ego vestris partibus perfungar, ac coram Christo prostratus dicam: scio Domine, quam plurimos bonitate tua abuti, nec minus tamen illos a te patienter tolerari, alterius mentis est populus iste, qui supplex tibi accidit, ut, si quando quempiam sustines, misericordia tua ad offendendum te abutentem, a clementiae tuae folio non repellas ad te revertentem; quod si vel ipsa haec petitione audax natiuum & praesumptuosus videatur populus, ego, ego pro eo penas dem, in me omnem iram converte, ego enim toto hoc matutino tempore, in id unum incubui, ut absque ulla culpae reprehensione, ita audaces illos facerem, ita animosos, sed nunquid hoc facere debebam? O clementia admirabilis, o amabilitas singularis! ecce, quam non timeam indignationem tuam? dum in totius hujus populi corona palam confiteor, & exclamo, quod & ego temerarius saepius ausus sum, me tibi opponere, te irritare, injurijs lacessere, tuum honorem pessumire: *Peccavi, impiè egi, iniquè gessi, in omnibus justitijs tuis.* Tu vero eximia pietate non solum me tolerasti, sed gratiam, ut meipsum

*Baruch.  
2. 12.*


agnoscerem, non denegasti, tanta fervorem, & sacerdotum tuorum numerum me admisisti, verbi tui Divini praedicatoribus aggregasti; quod si & in hoc munere tibi minime, ut deceret, respondeam, haec enim verò mea culpa est, ut malitiae excessus, non bonitatis tuae infinitae defectus. An non ergo animos ad dam alijs, ut ad te revertantur? certe suggestui me minime admovere debebas, si tibi displicebat, a me poenis buccis misericordias tuas deprecari. Iam enim non solum omni gratiam tuam petenti, promptissimam a te noxarum veniam promittam, verum insuper sancta fide recipio, cum intra amicorum tuorum numerum, quantum ipse desiderat, admitendum; illi in tentationibus operum laboribus solatium, in periculis tuulam, in timoribus fiduciam, in bono robur, & perseverantiam, ut quoadmodum sorrexit, ita & perducant, adpromitto. Tantum est, o Christiani, de quo vos ex hoc populo Apostoli fide securos facio: qui *capit in vobis opus bonum, ipse persequatur.* Vos autem tanta securitate animati, seridè cogitate, quid tandem magnanimum & generosum decernere velit amore Christi, qui ex hac Graece, sanè nil aliud agit, quam commotis singulis, vestri amore pati, ut languere.

## SERMO TRIGESIMUS

## TERTIVS.

DIE VENERIS POST DOMINICAM PASSIONIS.

*Expedi, ut unus moriatur homo, pro populo. Joan. II.*

I.  Rgōne Hierosoly-  
mæ expedit, Chri-  
stum mori? dō stul-  
ta consilia, Con-  
sultores fati: tunc  
enim verò volo, ut  
ad me regressi, hæc loquamini, cum  
camporum vestrorum plantie arvis  
& arvis inundatâ, Romanas aquil-  
as in muris vestris nidolari videbitis,  
vixq; ibi collocatas, jam lingues acere  
protinentes in prædam; cum audietis li-  
tutorum, ac tubarum clangorem, fun-  
dorum ac sagittarum sibila, sauciorum  
& morientium singultus confusos,  
tunc enim verò velim mihi respondeat-  
is: an expedit? an animus tunc vobis  
erit dicere? *expedit*. Quando sangui-  
nem torrentium instar currere, occiso-  
rum cadavera in tumulos & montes  
surgere, ædificia in ruinam prona sub  
pedibus fatiscere, jugulatas in oculis  
vestris sponas expirare, quando quo-  
cunque videritis oculos horrore atton-  
itos, bachari videbitis crudelitatem,  
dominari furem, regnare mortem.  
Certe non dicent, *expedit*, filii illi te-  
naci, qui matrum famem suâ carne

pascent; non dicent juvenes illi, qui tri-  
ginta simul, nummis pauculis in servi-  
tutem veniunt; non dicent senes, quo-  
rum quingenti unâ die è furca suscipi  
pendebunt. Heu! *non expedit*, dō infeli-  
ces, *non expedit*, sanè *non expedit*, nec  
sanctuario abominandis sordibus pro-  
fanando, nec templo horribili incendio  
exurendo, nec altari, virorum fæmina-  
rumq; quasi agnorum & taurorum  
crudeliter occisorum sanguine pol-  
luendo. *Non expedit* monti olivarum  
truncis arborum excidendo, ut inde  
patibula erigantur, *non expedit*. Sacer-  
dotio, quod auctoritatem perdet; non  
regno, quod jurisdictionem omittet;  
non oraculis, quæ obmutescunt; non  
Prophetis, qui revelationibus care-  
bunt; non legi, quæ cadaveris instar  
spiritu destituetur, & affectis hono-  
re, imperio destituta, nec ritus suos,  
potrò jactare, nec Professores suos  
salvare poterit. Eia etiam num in cæ-  
lis vivit & dominatur DEUS, hic  
sanè novit eludere, ac confusione re-  
plere illos omnes, quicumque dete-  
standæ & improbæ rationi status post-  
habent æquitatis sinceræ, & justitiæ

G g g 2 mo-

Prov. 21.  
30.

momenta, vultque exemplo manifesto perspicuum fieri omnibus, *quia non est sapientia, non est prudentia, non est consilium contra dominum.* Hec bellum consilium ! decernitur Christi mors, ne Romani Hierosolymæ dominantur, & ecce Romani Hierosolymæ imperant & dominantur, quia Christum occidere decretum est, Usque adeo facillimum cælo est, malignorum consilia invertere unaque demonstrare Politiam illam honestis Principijs minimè fultam, sed commodi proprii suggestionibus nixam artem esse, non minus perverſam, quàm inutilem, quæ cum stabilire deberet Principatus, eosdem exterminat, dum studet locupletare familias, easdem ad incitas redigit, dum felicem reddere hominem laborat, eundem perdit. Hanc maximi momenti veritatem, hodie in medium proferam, ac demonstrabo nunquam utile esse, quod honestum non est, ut nullus ad credendum posthac stultè inducatur, impietatem utilem esse ad felicitatem.

II. Cæterùm sponte vobis primò fateor, Auditores, me non absque rubore argumentum propositum in hoc theatro discutiendum assumpsisse, quasi verò Christianos inter adhuc in dubio versetur illud, quod gentilibus ac paganis adeo perspicuum erat? Quà non vehementia Tullius Cicero in eos invecſus est, qui prima doctrinæ hujus semina in mundum spargere audebant; id nimirum, quod honestum non est, utile tamen esse posse? an non illos quietis publicæ perturbatores

amicitiæ pestem, stragem reipublicæ, virtutis exterminatores, mundi scandala appellavit? in quorum confusionem eventum quandam in medium profert, qui ad nos non minus confundendos sufficiens; Cùm olim Themistocles in Atheniensium locu verba faceret, consilium se reipublicæ utilissimum habere dicebat, quod tamen sicut palàm proponere non posset, ita quendam, cui id secretò consideret, assignari sibi poterat; destinatus erat Aristides, cui proin distinctè Themistocles reverſus, quâ fraude Spartanorum abis hostium, tunc autem amicorum, natis flammis exuri posset; Redijt in senatum Aristides, Patribus ingenti expectatione suspensis, & Themistoclis consilio singillatim non enarrato, id unum dixit: *Consilium Themistoclis perutile est reipublicæ, sed minime honestum.* Quid? unanimes voce, & absque ordine clamabant cuncti: hoc enim verò fieri non potest: *quod honestum non est, non potest esse utile,* atque hunc in modum antequam audirent, repudiârunt. Adeo profundas radices in corde Senatûs egerat illa opinio: juxta Ciceronis & Plutarchi conclusum, *ut quod justum non erat, minime putaretur esse utile.* Si ergo cæcis gentilium animis veritas hæc tam manifesta visa est, coram illam persuadere nobis adeo difficile fore, qui tot infallibilibus veritatis testimonijs illam scimus subnixam? Certe miseri illi nesciebant omnium mortalium sortem ex unius Dei manibus pendere; profitebantur multo

dinem ac discordem copiam Deorum, quorum unus virtuti faveret, alij quàm plurimi flagitia tuerentur. Quin eorum opinione crimen nullum erat, cui suus in cælis Patronus deesset. Jupiter Adulteros, fores, & latrones Mercurius, Mars sanguinarios, ebrios Bacchus, Venus luxuriosos, avaros Pluto protegebat, ut adeo eorum Adoratores aliquam venium mereri videri possent, si iudicassent vitium quandoque felix esse posse, cum suus cuivis vitio protector esset, & publicus quidem, Deorum non nemo. Nos autem, Christiani, qui unum in mundo DEUM profitemur, & hunc ipsum uti virtutis amantem, ita inimicum sceleris juratum, an hunc unquam malignis actibus reprobisque, in partium nostrarum tutelam attrahendum putamus? an non enim à manibus ipsius omnis nostra qualiscunque prosperitas parva æquè ac magna dependet? adeo, ut absque ipsius nutu nec aura spiraret in aëre, nec spira ad messem matura, flavescat in campis. Hoc sanè certissimum est: *in manu DEI prosperitas hominis.* Ecclesiastico teste, *bona & mala vita, & mors, paupertas & honestas à DEO sunt.* Quæ ergo hæc prudentia est? ad acquirendam felicitatem malè illum tractare, qui eam dispensat, & offendere graviter, qui illam solus donare potest. An hæc nobis ars, & utilis indulticia viderur? ad recipiendas gratias in genere contemptus, & pro favoribus obtinendis injurias multiplicare?

III. Dicitis penes DEUM huic argumento locum non esse, cum enim ille terrenorum honorum contemptor sit, minimè mirum est, si illa etiam inter immeritos dispertiantur, aut curam illis partiendis, secundis potiùs, ut vocamus, causis relinquat, à quibus potè absque respectu in illos dispensentur, qui medijs magis appositis & ad id à natura comparatis, eorum possessionem mereantur. Verùm inimverò parcius ista: hæc enim ratiocinatio, quod blandior est impijs, tantò fallacior; operæ ergo pretium fecero, si falsitatem detegam, ac fraudem & errorem avertam. Dicite enim: an non DEUS eadem modo bona terræ semper contempsit? an non eadem ratione causis secundis semper usus est? hoc certè est extra dubium. Ego tamen certò deprehendo, ad obtinendam etiam terrenam felicitatem nihil ulli unquam profuisse, quòd insipius fuerit, plurimos autem juvisse plurimùm, quòd fuerint pij. An thesis ista forsàn exotica videtur? ego sanè ad eam astruendam omnium eorum, qui in mundo hæcenus floruerunt, inductione uti possem, si id per temporis angustias liceret, parva è plurimis adducamus. Eia dicite, cum inter omnes mundi familias unica, è communi totius orbis naufragio liberanda esset, quæ illa erat? justine cujusdam, an impij? cum Sodomorum incendio unica erat vindicanda, quænam tandem præ omnibus erat electa? impudici cujuspiam, an casti? quis suo tempore Abrahamo locupletior, quis Isaac?

G g g 3      Isaac?

Isaaco? Jacobo, Josepho? Patriarchis inter paucos sanctissimis? Josephum singulariter, quid tandem ad thronum exivit? an malitia, an innocentia? cum ille corde intepido violentis Dominæ blanditijs resisteret, credo minime defuturum unum eorum, quos mundus Politicos indigitat, qui vellicatâ leviter auriculâ insulfurâset Josepho, mentem adverte sedulo, nescio equidem, an consultum tibi sit Dominam irritare, tam divitem, tam amicam, tam potentem. Abest maritus, conclave secretum est, quis resciet? magni momenti res est, illius Dominæ gratia, quæ in omni affectu vehemens & immodica est, nec amare, nec odisse potest, nisi summè. An verò fortunæ Josephi prosternendæ perniciosius consilium suggeri poterat? Ille quidem consilio hoc contempto carceri & vinculis mancipatus est, sed nunquid per carceris portâ intravit in regiam? nunquid compedes & vincula coronam ipsi fabricata sunt? Moyses ætate juvenis, si Diademata retinisset à Pharaone impositum, Philone teste, si in Regia mansisset, si ritus gentis illius secutus fuisset; nunquã evasisse tanti populi Dux, nunquam tanti regis terror; dum autem recusavit regius esse nepos, Deus Pharaonis factus est: *Eccce constitui te Deum Pharaonis.* Ipsam tandem promissæ terræ felicitatem, quis obtinuit? an ij fortè, qui populum concitabant, qui vitulum adorabant? qui Deum contemnebant; nec unus quidem eorum, nec unus, de sexies centenis millibus illuc pedem intulit. Quis ætate Judicij

tantas expugnavit urbes? tantos fugavit exercitus? tanta reportavit spolia? erexit trophæa? nisi Josue, Chaleb, Othoniel & Gedeon? alijque his virtute pares, qui omnes, ut Ecclesiasticus testatur, fuisse felicissimi. *Videntur omnes, quia bonum est obsequi saluti Deo.* Si autem Regum temporibus & factos placet evolere, quis eorum reperietur, cui impietas non magis damno fuerit, quàm utilitati? an unum numerabit? Si Saul regnum sceptrum adeptus est, an non sceptrum perdidit? Si David unquam ad adversam fortunam expertus est, nunquid unquam cum legem Dei contempsit? Quantum Salomoni profuit, electione illâ laudatissimâ sapientiam divitijs proposuisse? bonum factum! quoddam illius iniquorum statutarum, de quibus nobis sermo est, in consilium vocaverit; mihi enim persuasissimum est, omnes fuisse dicturos Salomoni: Rex iustissime, considera perniculatus meæ electionem, iudicio extemporali precipita, ad quid Regi tanta scientia? An in regno tuo unquam, aut iurium periti, aut Leguleij deerunt? si quando aut lites decidendæ sunt, aut controversiæ ventilandæ? litteræ proferant Principem non faciunt formidabilem. Tuum potius est, dilatare possessiones & dominia, augere census, impleat ærarium; alias tibi eris inimicus, te liberis locupletem, pecuniâ pauperem, attramenti prælargum, parvum aut videbunt. Hoc procul dubio consilium, sit verbo venia, Politicorum illorum fuisse. Sed quanto præstabit, Salomonem honestatis se potius regu-

Exod. 7.  
1.

regalis conformasse, quam iniquis  
 unitatis suggestionibus? Si autem  
 lapsu temporis grandem illam regni  
 sui felicitatem sensit imminui, quã  
 de causa id accidit? nunquid, quod à  
 Divinorum mandatorum tramite de-  
 flexerit? Totum, si placet, Elenchum  
 eorum, qui in eadem corona successerunt,  
 Regum Juda evoluite, & om-  
 niũ magis fortunatos deprehenditis,  
 Ezechiam, Joathamum, Josaphatum  
 & Josiam, sed hi ipsi virtutis, ac Justi-  
 tiæ magis studiosi fuere, isti longam  
 vitam vixerunt, nova propugnacula  
 trexerunt, redditus uberrimos accu-  
 mularunt, luculentis victorijs incla-  
 ruerunt. In nonnullis autem fortunæ  
 tenore variavit, juxta morum & vitæ  
 varietatem, quemadmodum in Asa, in  
 Josio, in Ozia, in Manasse videre est.  
 Reliqui ad unum omnes tam Judæ,  
 quam Samaritæ Reges, uti constanter  
 fugitiosi, ita fuerunt etiam constan-  
 ter infelices, ipsis rebelliones, ipsis in-  
 fausta prælia, ipsis fugæ inhonoræ  
 ipsis carceres, excidia, strages incubue-  
 runt. Quid plura poscitis? an non  
 clarissimum est Spiritus Sancti ora-  
 culum capite quinto Judithæ exara-  
 tum? *Vsque dum non peccarent in con-  
 spectu Dei sui, erant cum illis bona, ubi-  
 naque congressi sunt sine arcu & sagi-  
 ta, & absque scuto & gladio, Deus eorũ  
 pugnavit pro eis, & vicit, & non fuit  
 advenite verba, quæ ponẽ sequun-  
 tur & non fuit, qui insultaret populo  
 isti, nisi quando recessit à cultu Domini  
 sui.* Iam ego à vobis edoceri vellem  
 Auditores, an Deus hac ætate, quam  
 vivimus, eadem ratione mundum gu-

bernet, quo Principum horum tem-  
 pore gubernavit? an forte stylum mu-  
 tavit? dicite alacriter, an forsan guber-  
 nandi maximas invertit? an ab animi  
 sui decretis antiquis recessit? an fortas-  
 sis tandem induxit animum ad aman-  
 dum scelus, quod prius execrabatur?  
 An fortè alius est, qui hodie mundum  
 gubernat? an forsan gubernaculum  
 cessit, aut cæco Casui, ut malignæ  
 cuidam intelligenti? an saltem in regi-  
 ni socium admisit quendam Deorum  
 falsorum? qui flagitiosorum partes  
 tuentur? quid novi in natura accidit,  
 quid novi? dicite: heu vel mente ist-  
 hæc concipere, non dicam verbis ex-  
 primere, in audita blasphemia est!  
*Ego Dominus, & non mutor.* Ita Deus *Malach.*  
 per Malachiam protestatur. Sum ille, 3. 6.  
 qui primò fueram. Quomodo ergo,  
 si ita se res habet, credere possumus,  
 ad obtinendam felicitatem plurimum  
 referre impium esse, ac sceleratum? an  
 non hæc arrogans temeritas est? quasi  
 verò David non & nobis locutus  
 esset, dum dixit, *vultus Domini super  
 facientes mala, non ut eos divites fa-  
 ciat, aut excelsos, aut honoratos, sed  
 ut perdat de terra memoriam eorum, & 17.*  
 omnes in malam crucem agat.

IV. Ne verò existimetis tantam ar-  
 gumentorũ vim ab uno solo populo  
 me emendicasse, quem Deus singu-  
 lari providentiã gubernavit, hoc aga-  
 mus, vos ex una parte Herodem im-  
 pium, agnomine majorem, constitui-  
 te, ex altera verò parte pientissimum  
 Imperatorem Constantinum cogno-  
 mento Magnum, ego collocabo. U-  
 trique horum magnorum Principum,  
 languis-



sanguinolenta infantulorum laniena  
 proponitur, illi ad vindicandam coro-  
 nam, isti ad consequendam corporis  
 sanitatē. Respondet Herodes, pereant  
 innocentes, modo tutum mihi maneat  
 sceptrum; reponit Cōstantinus, pereat  
 mea vita, modo in mei gratiam tot in-  
 fantibus non pereat vita. Vos Iudices  
 nunc appello, an magis Herodi im-  
 pietas, an Iustitia Constantino pro-  
 fuerit? Scire vultis: mentem advertite.  
 Cōstantinus recusata innocentium  
 strage corporis valetudinem jam con-  
 clamatam plenē recuperavit, & exin-  
 de scepro tranquillē potius est: Herodes  
 verò excidium infantum exse-  
 cutus, paulò post sceptrum amisit, hor-  
 renda tandem infirmitate consumptus.  
 Decantatissimus est lacrymabilis fi-  
 nis, quo Herodes interiit: vidit deci-  
 duas sensim carnes vermibus prius  
 scaterere, quam mortuas; sensit immen-  
 sos ex nervorum contractione do-  
 ores; pertulit fætorē ē putrescentibus  
 membris intolerabilem, ut tandem  
 miserimæ vitæ suæ satur mortem sibi  
 cultro accelerare conatus sit. Si Con-  
 stantinus ab initio pleribus rebelli-  
 onibus agitato fuit, postea imperium  
 tranquillā pace gubernavit. Si Hero-  
 des primò pace exhilaratus fuit, cre-  
 berrimas postea rebelliones perferre  
 debuit, ut tandem in proprium filium  
 Antipatrum conjuratione facta, vene-  
 no eum ē medio tollere decrevit. Hinc  
 cum Cōstantinus vivens filios Cæ-  
 sares creare poterat, Herodes illos car-  
 ceri mancipare cogebatur; sed quid  
 dico carceri mancipare? an non cele-  
 berrimum illud Herodis tempore effa-

tū invaluit: *Melius est Herodis potius  
 esse quàm filium?* Quo autem funda-  
 mento? eo nimirum, quòd qui enim  
 bestiis illis indulsit vitam, ut Judæus,  
 geminis eandē filijs eripuit, quomodo  
 Pater. Quòd si etiam magna hominum  
 felicitatis pars est, amari: quemadmo-  
 dum odio haberi pars ingens calamita-  
 tis. O quantum in hoc diverſi erant  
 Cōstantinus & Herodes? Quis enim,  
 statuas, arcus triumphales & trophæas  
 commemoret Cōstantino. In publicis  
 amoris testimoniū erecta? Aliter lo-  
 gè Herodi eveniebat. Hic enim cum  
 in perpetuam memoriæ suæ periret  
 monumentum, Aquilam nescio quā  
 auream crexisset, illa publicā eorum  
 seditione solo evulsa, & in frustra com-  
 minuta est. Quin quod amplius est, et  
 à Iosepho Hebræo soletis antiquis-  
 simo Scriptore observatur, nihil Prin-  
 cipem impium majori dolore afflic-  
 tum, quàm inexplicabilis subditorum for-  
 rum de adversis, quibus torquebatur,  
 voluptas, & gaudium, unde antequam  
 moreretur edicto ferali universos  
 Hebræorum nobilitatem, quam fructu-  
 toram ceperat, in mortis suæ articulo  
 crudelissimè iussit interimi, ut saltem  
 vi acti mortuum plangerent, qui amo-  
 ris stimulo incitati, morientem lamentari  
 recusabant. Edicite ergo, vos quoque  
 & obtestor Auditores, ad comparandam  
 felicitatē, quam artem appositivissimam  
 existimatis? an illam, quā Herodes in  
 occidendis innocentibus usus est, an  
 quam Cōstantinus tenuit, in ijs con-  
 servandis? Certe vel cæcū esse necesse  
 est, qui hoc nō agnoscat, vel sanè pro-  
 tertivū, qui veritati tam palmariæ audet  
 refragari.

V. Hoc tamen parum est: an non enim omnia historiarum sacrarum monumenta docent, ad felicitatem etiam summam comparandam, plus artes innocentiae sinceras, quam abstrusa iniquitatis consilia valere? Ter geminos mihi Imperatores aspice: Iovinianum, Valentinianum, & Valentem. Omnes isti, quibus quæso vijs ad imperiale solium eluctati sunt? an non illis, quas humana prudentia iudicasset nimium quantum à concepto sine devias? Singuli sanè dum privati adhuc militum Duces stipendia merebant penes impium Iulianum Apostatam, ne stultis illius imperijs potèr subessent, ab exercitu discedere, nec multo post, qui exules fugiebant. Aulam Imperatores ingressi sunt. Quæ autem hominum prudentia, illas artes approbare poterat? quibus Imperator Honorius regnum gubernabat? Considerate oblecto, quoties barbaros multis millibus armatorum in se movere conspexerat, quid fecit? subito hæreticis ipse bellum intulit, atque hæreticorum inversione, quæ regni vires frangere videbatur, stabilivit Imperium. Quis autem non credidisset, potius contrarium eventurum? quid? strepitabant in concilijs Aulici, quæ hæc prudentia? quasi verò Gothi, & Hunni ex Hispanijs in nos innumera- bili multitudine effusi satis virium non haberent ad devastandum totum Imperium? irritare insuper contra nos ex Africa Donatistas? quin nostri potius officij foret, quibuscun- que medijs amicam fœdus cum iisdem

R. P. Segneri Quadragesimale.

inire, si nunc inimicos agere contra nos decrevissent? quæ ergo prudentiâ illos spontè irritamus, dum illi nihil in nos hostile decernunt? Tum enim vero Religionis cura suscipienda est, cum Reipublicæ emolumenta stabilita sunt, qui secus fecerit, & Reipublicam perdet, & Religionem minimè conservabit. In hunc sanè modum, qui à consilijs erant, ratiocinari debuisse videntur. At quæ falsò? eventibus enim prorsus contrarijs Deus docuit, tum magis severam stare Reipublicam, cum Religionis amore pluribus sese periculis exponit. An non enim armis invisibilibus Deus pro Honorio pugnavit? dum bis centena Gothorum & Hunnorum milia duce Radagaso in campum educta interfecit? quin quasi id parum foret, unius anni spatio septem Imperij usurpatores Tyrannos extinxit, Alaricum, Constantium, Constantem, Maximum, Iovinum, Sebastianum, Sarum, aliosque plures, qui canum instar rabiosorum in eum insiliere. Adeo ut eâ tempestate nobilissimum illud adagium per orbem increbesceret: *Deum & Honorium reciprocas sibi vices reddere*, Honorium in exterminandis Dei inimicis, Deum in profligandis hostibus Honorij. Si verò semel tandem imperrante Honorio prævaluere barbari, dicite, quando id accidit? An non cum importunis suorum precibus expugnatus tam Ethnicis, quàm hæreticis liberum aliquantò tempore sæcæ suæ exercitium indulxit? tunc enim vero Roma furori Gothico in prædam

H h h cessit,

cessit, cum domus ferro & flammis depopulata; tum turres disiectæ, tum excidium illud horrendum subsecutum est, à Divo Hieronymo amarè lachrymis deploratum, dum scripsit: *Peccatis nostris barbari fortes sunt.*

Ep. 2. ad  
Elvid.

Idque verissimum fuisse manifestum est; quamprimum enim Honorius penitentiâ ductus, sceleratis legibus abolitis, in sectarum falsarum destructionem, ac in dilatandam Religionem veram & unicam totus incubuit, protinus etiam rerum facies tota mutata est, etenim primarijs inimicorum morte sublatis, ipsimet Gothi, facti sunt Romæ defensores, qui prius oppugnatores fuere. Utinam per temporis angustias liceret etiam aliorum bene notorum principum factos mihi evolvere, certus sum nullius exemplum iniquitati ansam præbiturum; eisdem enim eventus ac vicissitudines pariter in geminis Theodosijs, in Arcadio, in Justino, in Justiniano, in Mauricio & Heraclio pluribusque alijs videretis, qui tunc solum miseri fuere, quando religionum utilitati posthabere: tunc verò fortunati, quando utilitatem fecerunt religioni servire. Sed quid testimonijs hominum opus est, si divina in promptu sunt? an non enim, infelicitas in mundum per peccatum introducta est?

Ecc. 40.  
10.

Ita sanè Ecclesiasticus testatur: *mors, sanguis, contentio, oppressiones, fames, & contritio, & flagella super iniquos creata sunt, & propter illos factus est Cataclysmus* propter peccatum paupertas, pestes, bella, mors aliaque mala eveniunt. Quâ ergo ratione credamus

opportunum medium esse peccatum ad effugiendam infelicitatem, & non potius ad incurrendam? O falsitatem, ô mendacium! Si reproborum ullus è peccato prosperitatem, gloriam nominis famam traxit, id late eventu fortuito accidisse necesse est, exprima enim destinatione ordinationeque contrarium evenire debet, quis autem non videt, illud ut primum accideret, quod primariæ ordinationi congruit, & non metè cui?

VI. Dicitis hæc rationum momenta, & pulchra esse, & bona: vos tamen & sensui, & experientie refutari non posse. Mundo palam esse plurimos in illo Impios felices fuisse, atque hac de causa mille calamos de providentiam impugnasse, mille stemuisse linguas; illum autem, qui hæc inficias ire contendat, debet flammis tradere omnes populorum fastos, Orationum, Declamationum, Poëtarum Satyras, quin & læta Prophetarum, qui identidem exclamant: *Quare via impiorum prosperatur?* Verum, parcius ista: vos quidem me convictum hoc vestro argumento, arbitramini: cum tamen omnino nihil contra me evincatis. Mundus semper felicibus impijs abundavit? Hoc enim vero à veritate alienissimum est, absque comparatione enim plures impij miseri & infelices fuere, quam vis felicitas in infelicibus, utpote valde inconveniens, magis contuerit, quàm calamitas, utpote convenientissima, & per se abjecta facile vilitate suâ involvitur. Hoc te-

amen non obstante, vultis id totum  
 vobis interea concedam? Concedo.  
 Quid inde contra me concluditis?  
 ergo vitium proficuum est? ergo uti-  
 lis impietas? ergo ut felix sis, iuvat  
 esse impium? hoc enim solum & uni-  
 cum est, de quo vobiscum contendo.  
*Nego consequentiam.* Scire vultis erro-  
 ris vestri originem? Ecce illam in  
 promptu. Vos quidem existimatis  
 tales ad felicitatem per impietatem  
 & scelera eluctaros; id ego nego,  
 & pernego. Sed ajo potius, felici-  
 tatem hanc primum quorundam  
 operum bonorum fuisse, quae exer-  
 cuerunt, seu Christiana illa fuerint,  
 seu solum moribus, & naturae con-  
 formia. *Seminanti iustitiam, mer-  
 ces fidelis.* Infallibile axioma est, in  
 proverbiorum libris exaratum. Cum  
 enim Deus fidelissimus bonorum re-  
 munerator sit, sicuti & vindex acerrimus  
 malorum, brevi hac & caduca  
 felicitate, illos remunerari voluit, quos  
 aeternis tormentis ex eorum merito  
 destinaverat. Crudeles fuere Gothi,  
 sed omnis lasciviae inimici, brutales  
 Hunni, sed ab omnibus delicijs ab-  
 horrentes, Vandali rapaces, sed Ido-  
 lorum studiosissimi Mastiges; Ro-  
 mani & contrario, quantum vis super-  
 stitiosi, incredibile dictu est, quam  
 sinceri fuerint, & liberales, recti,  
 fideles, sobrii, magnanimi, & eorum,  
 quos subjugaverunt, amantes. In tur-  
 cis insignis erga Principes obedientia  
 commendatur, in Suecis fides erga  
 thori consortes, atque id, quod ego  
 de omnibus in genere affirmo, illud  
 vos partim singulis applicate: Hic

roni; Pisistrato, Dionysio, Phalari-  
 di, Periandro; Mrio; Sylla, alijs-  
 que quam plurimis, qui felices ali-  
 quantisper, & juxta impij fuere.  
 Fuerunt impij, non eo inficias, sed in  
 singulis eorum locus Paræmiæ fuit;  
*magna vitia, magnis virtutibus associa-  
 ri.* Deus ergo, qui pœnâ diuturnâ in  
 eorum scelera debebat aliquando  
 animadvertere, eorum virtutes brevi  
 præmio mactavit, illasque remunera-  
 tus est populorum imperijs, Principum  
 Diademate, victorijs hostium,  
 trophæis, & thesauris, aliâve felicitate  
 temporali, quæ nil aliud sunt, quam  
 panis miculæ de mensa Domini cadentes,  
 pulveres pedum ejus, & pavimenti  
 quisquiliæ è fenestris palatij  
 divini projectæ. Quis porro non vi-  
 det? id, quod ego intenderam, confir-  
 mari potius, quam prosterni? cum  
 etiam inter gentiles, si bene advertimus,  
 ubi fuerit major felicitas, ut dif-  
 fusè D. Augustinus demonstrat, ubi  
 virtutes erant majores, si non veræ &  
 genuinæ, saltem verosimiles, & appa-  
 rentes.

VII. Nec me latet, Auditores,  
 divino nonnunquam permisso fieri,  
 ut ipsâ impietate adminiculante ho-  
 mines ad muneris illustris possessionem  
 aut census opulentos enitantur,  
 verum nec in hoc casu utilis impietas  
 appellari poterit, ut plurimum enim  
 plus inde mali, quam boni evenit.  
*Prosperitas stultorum, ait Salo-  
 mon, perdet illos, non dicit, perdit, sed  
 perdet; non enim illicd prosperitas ista  
 effectus pessimus exerit, sed sensim ac  
 pededentim. ah prætolamini non-  
 nihil,*

H h 2 nihil,

nihil, præstolamini, inquam, & patet, quem finem sortiatur seu dignitas obtenta innocentium oppressione, seu aurum concussionibus pauperum accumulatum. Nunquam legitis in Iob, DEUM quandoque cum hominibus ludere, & joculari:

Job. 12.  
17.

*Adducit consiliarios in stultum finem, non in stultum principium, minime, sed in stultum finem.* Sinite, sinite, turrim Babylonicam ædificent, sed aliquando confusione dispergentur; sinite turrim Siloe erigant; sed tandem sub ejus ruinis sepeliuntur. Hic enim verò ille error est; quo decepti quàm plurimi fortunatam judicant impietatem, quò Prophetæ ipsi inducti cum DEO amorosis lamentis questi sunt, ejusque Providentiam tantum non accusarunt. Considerabant enim miselli principium, non verò cum Davide respexerunt finem: *donec intelligam in novissimis eorum.* Fixerunt nimirum oculos in sublimi illo, & aureo Babyloniæ Colosso, ibique attoniti & absorpti obliti sunt illos ad pedes luteos despectere. Audite oblecto; & veritas tandem stabilietur.

Pf. 72.  
17.

VIII. Quod si post Christi nates ulli mortalium in mundo fuerunt, qui artibus iniquis ad grandia evecti sunt, fuerunt sanè Imperatores, aut si sic potius appellare libeat, Græciæ tyranni. Verùm an ulla fuerunt imperia fortunæ vicissitudini magis subiecta, aut secliarum tragicarum magis feracia; Nicephorus artibus traditorijs, ac perjurijs imperium usurpavit eliminatâ Irene, quæ justis illud

titulis possederat; sed quo fine & certis calamitatibus agitatus sibi ipsi opprobrium ita factus est, ut novum Pharaonem in adversis induratum se appellaret; tandem triumphatus & occisus à Bulgaris cranium suum ipsi in scyphum reliquit, unde primarij belli doctes, sive in signum lætitiæ, sive in ejus, quem superaverant, contemptum, sibi mutuo propinarunt, Saurazius illegitimis nuptijs, & Leo Armenus concitatis seditionibus sibi solum peperere, sed uterque post pœnas dedit, unus in prælio, alter ad aram trucidatus. Michæl Balbus solenni in suâ conjuratione carceris angustijs ad thronum ascendit, moxque licet catentis adhuc in collo, ac compedibus in cruce sonantibus adorare se præcepit; cum rebus hac felicitate elatus auderet in throno consortem sibi adlegere virginem Deo sacram, subito rebellis ab ipso Sclavonia defecit, dispersoque exercitu, sui impos, abominando modo absumptus contabuit. Theophilus ex rationibus pseudo-politicis sacrorum imaginum cultum, jam omnino pessum dederat, verùm brevi, tristitia & rabie ob infelicem cladem sibi à Saracenis inflictam, extinctus est. Michæl tertius, quem ob crudelitatem & libidinem, novum Neronem dixere, eliminatis tutoribus, ipsam suam matrem in exilium ejecit, ut omni liber repagulo, prolus jura placitum regnaret, sed quanto populi odio, quantis concitationibus rebellium à quibus tandem, dum somno gravatus, & vino ebrius steterat,

teret, est interfectus. Alexander spo-  
 liavit aras, & aurum templis ereptum  
 filio attribuit, verum nox in amen-  
 tiam lapsus, primo principatus anno  
 sanguinem unâ cum vita evomuit.  
 Quid de Romano primo dicam? do-  
 lotis ille fraudibus filium adhuc infan-  
 tem in solio Patriarchæ Constantinopoli-  
 tani collocavit, legitimo possessore  
 expulso; sed eodem adhuc anno  
 ab altero filiorum throno imperiali ipse  
 dejectus, & in Insulam solitariam re-  
 legatus est. Romanus secundus pariter  
 dominandi libidine correptus, Pa-  
 trem veneno sustulit, sed brevi tem-  
 poris intervallo, & ipse toxico propi-  
 nato interiit. Michaë Paph agonius  
 fraudulenti artibus sese in solium in-  
 travit, sed subito Dæmonio correptus,  
 à quo nec exorcismis, nec precibus,  
 nec elemosynis, potest liberari po-  
 tuit. Emergumenus expiravit. Michaël  
 Calophates, pulsâ, ut solus regnaret, in  
 exilium Augustâ, mox à populo fure-  
 nte arreptus, primò lapidatus est, de-  
 iò oculis orbatus, tandem vivus per  
 civitatis compita raptatus. Eandem  
 calamitosissimam mortem Diogenes,  
 & Andronicus subierunt, ambo in  
 thronum cæsareum hic impudici  
 amoris brachiis, ille diræ perfidiæ ad-  
 mniculis evecti. Dicite obsecro, an  
 felicitatis nomine digna est impietas,  
 quâ isti in altum se extulerunt? quis  
 adeo stultus est & amens, ut ipsis for-  
 tem suam invideat? Hanc fortunam  
 subierunt omnes, quicunque modis  
 iniquis emerferunt: prosperitas stulto-  
 rum perdet illos. Nec multum labora-  
 re opus est, in hac veritate asserenda,

clamant, omnes libri, omnes ætates,  
 omnia regna unitis sententijs, pro vir-  
 tute perorant. *Iustitia elevat gentes:*  
 Audite, an verbum sapientius è penna  
 Salomonis egredi potuit? *Iustitia ele-  
 vat gentes.* Hæc exaltat populos, hæc  
 illos resuscitat, hæc vitam inspirat; quid  
 autem miseros illos, & miserabiles fa-  
 cit? solum peccatum: *miseros autem  
 facit peccatum;* quod idem ex  
 eo confirmatur, *non roborabitur homo  
 ex impietate;* & iterum, *in infidijs suis  
 capientur iniqui;* & totus: *in impi-  
 tate suâ corruet impius.* & denuò: *Prov. 22.  
 Qui seminat iniquitatem, metet mala.*  
 Concordat sapientia: *malignitas ever-  
 tet sedes potentum.* nec abludivit Ecce-  
 siasticus, qui dignissima illud docu-  
 mentum reliquit, principatus vagos  
 esse, & in circulum rotari: *Regnum Eccl. 10.  
 à gente in gentem transferetur.* quâ  
 tandem de causa? *propter injustitias,  
 & injurias, & contumelias, & diversos  
 dolos.* Quid ergo? an fallacissimis im-  
 pietatis promissis & blanditijs ita in-  
 escati estis? ut dum illius fastigia ad-  
 miramini, præcipitia minimè confide-  
 retis? Vah renuntiate, obsecro, omni-  
 bus illis dolis & fraudibus (quidquid  
 alij in voluminibus suis, librisque pe-  
 silentissimis obiarent) sitisq; longè  
 certissimi, nihil unquam, quod non  
 honestum est, utile esse posse. *Telas  
 aranea texuerunt,* ait Isaias de hisce  
 Dædalis iniquitatis: *Opera eorum ope-  
 ra inutilia, cogitationes eorum, cogita-  
 tiones inutiles.* Sibi retineant solenne  
 illud expedit, in malam crucem cum  
 consiliarijs hisce inconsultissimis, nos  
 potius cū generosissimo illo Macha-  
 bæo,



baorum Matharia concludamus: *propitius sit nobis Deus, non est utile relinquere legem, & iustitiam DEI.* Promittat nobis impietas, quidquid velit: Fidem ei porro non dāmus. Nunquam sanè proficuum nobis erit posthabere rationem sensui, religionem utilitati, legem affectui, Deum ulli. *Non est non est nobis utile, relinquere leges, & iustitiam DEI.* Quid ergo tandem utile erit? Pietas. *Pietas ad omnia utilis,* teste Apostolo. Hæc enim spes certā divini favoris habet, non solum in vita futura, quæ unicuique & verū est Christianorum primum, sed & in presenti: *promissionem habens vita, quæ nunc est, & futura.* Respiremus.

## P A R S A L T E R A.

## IX. H AECENUS ego vobis haud

aliter sermocinatus sum, ac si ultra hinc, quam in terris hisce vivimus vitam, nulla porro alia superesset. Sed quid hoc Auditores? superest enim vero Paradisus, id est Charissimi mei! & præter hunc superest infernus. Nisi simus Athei, hoc fatendum est. Si ergo vitium, quamvis id minimè concedam, in mundo fortunatissimū esset, anne idēo etiā utile foret appellandum? Heu nos miseros, qui tam altè cogitamus de terrenis ac transitorijs, & æterna non consideramus!

*26. Quid prodest homini, si universum mundum lucratur, animam vero suam detrimentum patiatur? O verba dignissima, quæ ex omnibus excedis voce sonorā iterum, iterumque promulgentur; quin caractere trabali, in omni-*

bus aulis & conclavibus, ne unquam visum effugiant, insculpanitur. Quid si etiam injustis medijs scopam nostram assecuti essemus, Auditores, quid tandem foret? *Quid prodest? Aliquantuli quidem anni voluptatis, & deliciarum nostri forent, sed pendere interea æternitas tota? O si milihodie coram oculis vestris totum referre infernum liceret, & videndas exponere illas æterni horrores caveret, quid non facerem. Enimvero ad unum omnino evocare vellem, illos singillatim, quidum in terra viverent, alium præter commodum suum, Deum non adorarent, illosque adjuratos adigere ad respondendum, quis modò ipsis scelus sit de felicitate præterita. Ubi estis, ubi estis? Jeroboami, Tiberij, Julij, Henrici, omnesque alij scholæ hujus quondam discipuli? venite, egredimini, licet flammis circumdati, serpentibus incincti, catenis onusti? nostra enim interest, vos contueri. Ego quid dicitis? implevistis sanè, quidquid perversa voluntas imperavit, & dixistis: *sit fortitudo nostra laus iustitia.* Nunquid ita est? nec Deum reveriti estis, nec hominum timuistis, sed solis intenti commodis domesticis, extorquistis illa oppressionibus pauperum, innocentium calumnijs, amicorum, proditoribus, æmuloz ruinis, populorum sanguine, & conturbatione universi? Ego quid tandem est præteritarum voluptatum memoria emolumentum capitis? An propterea gelū vobis fortè minùs rigidum est, an flammam*

flammae minus voraces? memen-  
tote, quanti vos adoraverint in aulis,  
quanti vos comitati sint in compitis,  
quanti vobis applauserint in triumphis.  
Scientissimis vos alij penicillis pingebant  
in telis, alij scalpro formarunt in  
marmore, & nescio, pluresne quoti-  
die in vestram felicitatem sacrificave-  
runt vitam in praelijs, an victimæ ceciderint  
in aris. Tota hæc felicitas, quid  
prodest modò? respondete, quid pro-  
dest? si reditus vobis in hunc mundum  
relumptis corporibus indulgeretur, ad  
retexendam vitam telam, quem obsecro  
fortunæ tenorem eligeretis? An ad eam-  
dem regias rediretis, eadem sceptrum  
capesseretis, eosdem thronos conscen-  
deretis? **O DEUM** immortalem! vider  
mibi audire miseros, in blasphemias  
solutos, ululatum pro vocibus,  
fremitus pro verbis effundere.  
Quid? exclamant infelices, quid re-  
gum, quid sceptrum, quid throni? maledi-  
cta dies, quæ illos conscendimus, sub-  
diti, quibus imperavimus maledicti  
maledictum cælum, quo exaltati sumus,  
silvæ, spelæa, antra, ropes, horrores,  
sepulchra, ubi sunt? ibi absconderemur  
singuli, si ad vitam redire daretur!  
Ita si fallor, miseri illi responderent  
& merito: *verè mendacium possederunt,  
vanitatem, quæ eis non profuit;*  
O miserandi! quàm præstabat nasci  
servos & mancipia potius, quàm  
grandes! *ubi sunt Principes gentium?*  
de quibus vobis sermo erat? *qui  
dominantur bestijs terra, quiq; ut  
carpentis vehantur, tot equos nutriunt?  
qui in avibus cali ludunt? & ut  
venatione fruuntur, tantas canum*

cohortes sustentant? *Qui argentum  
thesaurizant, & aurum, in quo con-  
fidant homines, & non est finis acqui-  
sitionis eorum. qui ad locupletan-  
das domos suas & familias, non hor-  
rent gemitus integris civitatibus ex-  
torquere. Ubi sunt? ubi sunt? ex-  
terminati sunt, ait Propheta; Ex-  
terminati sunt, & ad inferos descen-  
derunt, & alij loco eorum exsurrexerunt.  
Purpuram, aurum, sceptrum  
reliquerunt, posteris, & ipsi inter per-  
petuas torquentur flammæ. Ita om-  
nibus illis evenit, qui æquis legibus  
non paruerunt. O nos felices, si  
eorum damno, & interitu saperemus.  
Nos autem insensati, antiquæ eorum  
felicitati invidemus, & ad præsentem  
eorum calamitatem non respicimus:  
*quid prodest, quid prodest homini, si  
mundum universum lucretur, anima  
verò suæ detrimentum patiatur.* An  
non fide certum est, nullam penitus  
propositionem esse inter ruinam ani-  
mæ & inter omnem alterius boni  
possessionem, sive throni sint, sive  
Tiaræ, sive clamides, sive scep-  
tra, sive coronæ, sive mytræ, sive pal-  
lia, sive pedum pastorale, sive to-  
tius monarchiæ, quam vel Augustus  
possederat; an non iniquum, de fi-  
de est, nullam esse proportionem in-  
ter horum honorum omnium posses-  
sionem vel perditionem, & inter rui-  
nam animæ? Quæ ergo ratione felice  
& illam impietatem existimabimus  
tanta secum damna ferentem? *Non  
potest ulla compendij causa consistere,  
dicam liberè cum S. Eucherio, si  
constet anima intervenire dispendium.**



X. Verùm dicetis mihi, Auditores, non nisi de Principibus utriusque sexûs me hodie verba fecisse, vosque, qui sermone meo indigeretis, uti fortunâ & conditione minores, ita & periculis minùs esse subiectos; vestras enim politicas artes aliò se non extendere, nisi aut ad æmulum in aula excuneandum, aut aliquem vobis parem in contractu quodam circumveniendum, nec talium noxarum ergo vobis infelicitatem cum temporariam æternam timendam. O superi boni! utinam suis huic sequelæ locus esset! sed hoc enim vero pessimum est, Auditores, quòd ob rem nauci, & nihili Deum offendamus, vilipendamus ejus mandata, sanguinem conculemus! Etiam si ob lucrum momenti maximi illum pessum daremus, faceremus pessimè, quis dubitet? quanto magis, si ob rem levissimam, rem flocci, & nihili? nunquid enim hoc ipsum est, quod Deus Ezechielis ore deploravit, *violabant me propter pugillum hordei, & fragmen panis.*

Ezech.  
13. 19.

Quasi Deus paucis vellet, quid aliud hoc erat, dicere: Audi cælum, audi terra? & vos abyssi audite? Ecce, ille populus meus, tam dilectus, tot eximijs à me favoribus exornatus, à servitutis jugo durissimo in libertatem vindicatus, ad tantum potentia exaltatus; hic populus meus, hic, inquam, populus meus, ingrattissimus acerbissimis in me sævit injurijs, at ob quæ sua emolumenta & divinate! An forsitan exercitus debellatj immensa spolia sibi attripuit, uti Saul, Hoc sanè tantæ mihi ignominia

non ducere. An principatum legitimo hærede vacantem invasit, ut Achab? Id sanè tantam injuriam non reputarem. An civis innocui præda, suburbana, & vineas depeccatus est, ut Achab? hoc minori mihi confessioni foret. An fortè auri avaritiâ tunc electus, contabuit, ut Giez? hoc tantum mihi dedecus non inferret. Ob quod ergo, commodum suum me usque adeò offendit? ego etiam, propter pugillum hordei & fragmen panis. Ob rem tam nihili mihi terga verterunt, ingratiissimi enormia contra me effuderunt mendacia, intulerunt calumnias turpissimas, prodiones abominabiles patrarunt, & hos ego sustineam? Ita sanè Deus olim lamentabatur. Scire vultis, quomodo plangat modò? ad hoc sufficeret, visitare plateas magis præcipuas intrare reconditoria, lustrare officinas, inspicere mensas & trapezæ ibi animadvertere, quantæ pro modicis emolumentis noxæ lethales committantur. Quæ mendacia, quæ contentiones, non audiuntur? quæ impostitæ, qui doli? quæ fraudes ibi non absconduntur? & Deus, qui etiam illic præsens est, æquo animo his sibi injurias ob exiguum lucellum insultu perferat? Quid? si tam acerbâ penâ in eos animadvertit, qui ob thesaurum integrum pejerant, an non gravius puniet perjuriam unius teruntij causâ patratâ? Etiam Ethnicis idem criminosum, minùs grave videbatur, unde unus eorum consuevit dicere: *si violandum jus est, regni causâ violandum est.*

est. Nunquam quidem peccare licet, ubi verò minus illicitum est, cæteris paribus, gravior culpa est; Deus enim posthabetur tunc bono magis vili, magis ex quo, magis contemptibili. Concludamus igitur, si adeo in inferis ululabant illi, qui Deum unius provinciarum, aut Principatus causâ perdidit, quid de miseris illis fiet, qui idem damnatum passi sunt, sed ob quam causam? ob turpem paucorum nummularum uluram, ob injustum cambium, ob iniquum censum, aut alium contrarium,

de numero eorum fraudulentorum, qui vobis magis, quam mihi perspecti sunt. An non præ furore infremet miseri, magis quam aut Esau, aut Lisimachus, quorum ille primogenita, hic regnum vilissimi vendidit? Et hæc sunt damna, hæc jacturæ, in quas proprii commodi scelerata studia involvunt magnos & parvos, & plebejos. Vos perpendite, an bonum aliquod tantis malis æquivalcat, & tunc decernite, an ut felices sitis, juvet esse impios, ac sceleratos.

## SERMO TRIGESIMUS

## Q V A R T V S.

## DOMINICA PALMARUM.

*Dicite filie Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.*

Matth. 21.

**S**I quid usquam invenire est, è quo summa mortalium vanitas magis elucet, meo iudicio, fastuosi honorum tituli sunt, quibus longa pompa solet adornari. Sapor Persarum Rex, cum litteras ad Constantium Imperatorem exararet, se solis Germanum fratrem appellavit. Solimannus Turcarum Tyrannus se terrarum dominum, & dominatorem mundi indigitavit. Salamandrus Egypti Sultanus se præfectum inferorum, & Paradisi Patronum nominavit.

R. P. Segneri Quadragesimale.

Quid de rege Bisnagensi? ignoto pænè Monarcha, dicam? qui tales hodie dum sibi honorum titulos arrogat, qui sine risu & cachinnis audiri non possunt. Fortunæ se bonæ sponsum vocat, magnarum Provinciarum DEUM, omnium eorum, quæcunque oculis aspicit, possessorem, omnium Idiotarum magistrum, fortissimorum quorumcunque victorem, Equitem, qui parem non habet; occasus, meridiei & septem trionum, omniumque marium Dominum, coram quo octo mundi partes contremiscant. Tituli sanè adeò stulti, ut

ii

ijs

ijs collati dici possint modestissimi, aut quos Attila usurpavit, qui flagellum Dei aut Demetrii Poliorcetes, qui expugnator urbium, aut Caii Cæsaris, qui Pater exercituum, voluit appellari. Quod si animum advertere placet, Auditores, videbitis, mortaliū superbiam semper titulos terrore plenos ambivisse, quasi fastigium gloriæ in eo consistat, ut subjungentur omnia, prosternantur, ac dejiciantur universa. Quid hodiernā die Christus faciet, qui, cum Hierosolyman triumphans ingreditur, etiam vultuum habere titulum, sicut alij? At quod sibi nomen vindicabit? an dici volet Terribilis, an formidabilis. O quantum à vero aberramus, si hoc vel suspicemur quidem! sed *Rex mansuetus*: hic, hic est ille titulus, quem sibi assumit; *dicite filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi mansuetus*. Aspicite; non ingreditur triumphali curru sublimis, nec jugales habet Tigres, ut Caligula, nec Leones, ut Marcus Antonius, nec Elefantos, ut Pompejus, nec cervos, ut Aurelianus, sed humili insidet jumento. Non petit, ut currum præcedant expugnataram urbium imagines, aut ponē sequantur captivarum gentium catervæ; & quamvis palmas non dedignentur, illas tamen non vult, nisi olearum ramis intertextas. Agite, Auditores, si ita est, Deum tam ferocem non habemus, quam sibi quidam fingunt, quin ille potius totus mansuetus, totus pius, totus amabilis est, imò totus mansuetudo, totus pietas, totus amabilitas est. Quare videor mihi

operæ pretium facturus hodie, si ad ejus me genium efformans, quam bene mansueti titulus eidem conveniat, vobis demonstrarem: *ecce Rex tuus venit tibi mansuetus*, quod idem est, ac compati paratior, quam irasci, benefacere potius, quam nocere. Verbo, à natura magis inclinatus ad pietatem exercendam, quam ad infligendam supplicia. Ut tandem ex hisce pramissis sequelam deducam, inexpectatam quidem, utilem tamen illi, quicumque animum adverterit.

II. Ut verò discursum incipiam, ex quo fundamento existimatis, me vobis primò probaturum propositam veritatem? ex aliquo vobis minime expectato; ex eo nimirum, quod Deus sit potentissimus, nunquid facillime mihi conceditis, tantæ potentia Dominum esse, ut cæcis ambulans contremiscere sub se faciat firmamenti Bases? ad cujus vicium aspectum sol percussus formidine colorem vultus immutat? ad cujus notum mare reverens retrocedat? cupit cursores venti sint, qui per orbem terrarum effusi Divinae voluntatis edicta enuntient? cujus vox tonitruum? cujus gladius fulgura? sub cujus signibus conscripti nimbis, nives, turbines ac tempestates militent? Ex hoc factum vobis apporto nuntium, nimirum alienissimum esse à Dei genio, supplicij in nos animadvertente. Audite, obsecro. Docet Aristoteles, cum quo Plutarchus & Seneca concordant, Ethicorum Principes; si quis pronus ad iram sit, debilitatis ad iudicium esse: *maximè ob imbecillitate*

tem nascitur ira. Et ratio est, quia debiles contemni se facillimè existimant, si ignoscunt, timentque, nisi ipsi sevet vindicent, id vilitati potius ascribendum, quàm clementiæ, necessitati magis, quàm Electioni. Unde palam est, mulierem maximè iracundam esse, non est ira, super iram mulieris, cum ex sua natura debilissima sit: unde & infirmi faciliùs concitantur in iram, quàm sani & senes præ juvenibus, & calamitosi citiùs, quàm felices; quin & inter animalia, pronissima ad morsum, si tactu lacellus, vespas esse aspides, & mures notissimum est. Qui autem longè potentior est, alium genium habet: quousque est major, magis est placabilis ira. Ovidius cecinit, qui enim magnæ potentiae est, vindictam in sua se novit potestate habere pro libitu; hinc sæpe illam negligit, sæpe dissimulat; nec gloria sibi ducit, contra inferiorem insurgere. Id quod Adrianus Imperator apposite expressit tunc, cum jam regis honoribus auctus, obriam haberet illum, à quo in gradu fortunæ inferiori constitutus, injuriâ passus erat; nec tamen alio modo se vindicaret, quàm unico verbo *scissisti*. Præterea sunt leges naturæ non scripta litteris, sed impressa moribus, ait D. Ambrosius, ut leviores ad puniendum sint, qui maximâ potestate potiuntur. Certe generosissimus quisque leonum ad catelli latratu non se dignatur demittere; & palam notum est, Cælos sublimissimos minime nubibus exasperari, ac profundissima maria tempestatibus minime turbari.

Jam ad rem: an non DEUM præ omnibus potentissimum esse concessistis? ergo convenit, ut supra cunctos alios pronus sit ad clementiam & pietatem. Proin uti ab ipsius genio alienissimum est punire & offendere, ita vel maximè proprium est condonare atque tueri. Cogitatio sane excelsa hæc est, Auditores, sed desideratis, ut candidè aperiã, à quo illam mutuam sumplerim? dicam: ex ipsis sapientiæ oraculis *Sapient. 11. 24.* Ubi Sapiens ita ratio-cinatur: Tu enim verò ò DEUS, humanissimus es erga omnes, tu mitis & misericors! ex hac causa, quia omnipotens es, misereri omnium Domine, quia omnia potes, non quia omnia diligis, sed quia omnia potes. Quod si veritatem penitus perferuari lubet, cur quæso quoties culparum veniam supplices à DEO publicè efflagitamus, non confitemur ipsi tanquam bono & benigno, verum tanquam omnia potenti? *Confiteor DEO Omnipotenti*, nisi, quod eidem quodammodo in memoriam reducamus, grandis potentiae esse, rigore abstinere: quod si alium agendi modum asumeret, nil aliud fore, quàm ut Hussæus vates advertit, contra folium à ventis dispersum aut culmum aridum palcæ per auras reptæ, belligerare: *contra folium, quod vento rapitur, ostendit potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Job. 13. 25.*

III. Manet ergo solidissimâ non minus, quàm excellenti ratione demonstratum, castigatiões & supplicia hominum non esse juxta DEI

Genium. Sed quid in quaestionem vocare necesse est, quod in Isaia Oraculis verbis planis ac dilucidis, nec ulli amplius altercationi subiectis, certum est? Nuntiavit Prophetes iratum tandem populi sui delictis Dominum; *Dominus irascetur, vix tamen haec verba protulit, cum illico protestatus est, hanc quidem actionem à DEO proficisci, esse tamen contra Divinae naturae inclinationem: alienum opus ab eo, peregrinum opus ab eo.* Usque adeo verum est, ut subjungit D. Hieronymus: *non est opus Domini, perdere, quos creavit, & punire peccantes, peregrinum & alienum ab eo, qui salvator est DEUS* Creator est? Gaudium ergo eorum interitu habere non potest, quos creavit. *Salvator est?* interitum ergo eorum non potest velle, quos debet salvare.

IV. Quod si ad auctoritatem Prophetarum indicia placet adjungere ingenium sapientiae, attentis illa animis auscultate, nec enim crediderim illa displicitura. Unde enim colligitur, belli Ducem, non nisi invitum munerae cuidam urbi excidium inferre? nunquid ex eo, quod primo eam certis sibi legibus dedendam petierit? unde infertur, medicum tenitenti animo ferrum & ignes aegro applicare? nunquid ex eo, quod primo medicis lenioribus morbi vim restringere tentaverit? unde truitur, hortulanum arborem quandam non nisi coactum ad ferram aut securim damnate? nunquid ex eo, quod ad illam primo vigori restituendam, dia-

cultrum & culturam adhibuerit? Ita sane quicumque multo tempore suavis remedijs usus est, satis superque ostendit, invitum se ad supplicia induci. Jam per fidem vestram tunc dico, quis unquam suavissimus tractandi modus, ad corda hominum sibi devincienda inveniri potest, quem Deus non adhibuerit, antequam deprecatoris flagris manum armarit? quibus nos beneficijs non cumulat? quibus licia non proponit, quas inspirationes non mittit? quae exempla non exhibet? quas non praemittit invitationem? *Dulcis & rectus Dominus, ait Psalmista, non rectus & dulcis, sed dulcis & rectus.* Semper enim DEUS, peius dulcis est, quam severus. Non inanimatum reperio discrimen geminarum inter artes, ad eundem tamen finem ordinatas, piscatum, & venationem; utriusque finis est, praeda: at quae diversa? Piscator sane pisces, aut deliciae, aut pastillis medicatis, aut alia esca gratam & amabilem decipit, tantumque abest, ut illos terreat, ut potius ne ipse videatur, nodis tenebras eligat ad insidias struendas; & profundo silentio nassas occultando, cooperiendoque hamos protrahat, ut ipsimet in eos sese induant; tantaque dexteritate illos circumvenit, ut etiam capri multoties, calamitatem carceris sui ignorent. Non ita venator, hic certe palam in campum egreditur, sonoro equorum canumque strepitu circumsonata, venatorium cornu animat, & quasi bellum saltui illaturus clamore ferat ad pugnam provocat.

Isa. 28.  
21.

Isaiam.

ut desertis antris egrediantur uisi, è  
 dumetis apri; hastas arripit, lanceas  
 torquet; bombardis se opponit, mox  
 que feras in fugam concitatas ad pla-  
 garum & indaginum confinia præsto-  
 latur, tum affilit, transfigit, sistit, il-  
 lasque eum in modum laniat, ut ea-  
 rum sanguine stillent manus, & indu-  
 menta conspergantur. Hæc ergo, si  
 res bene consideretur piscatorem in-  
 ter & venatorem differentia est, quòd  
 prior, ad prædam capiendam utatur  
 modo suavi, alter violento utramque  
 in nobis capiendis methodum DEUS  
 adhibet. Sed quam primò? Illam  
 sanè piscatoris, primò enim nos ad se  
 attrahere nititur promissis, munificen-  
 tiâ, favorum suorum ubertate. Si  
 autem hæc omnia cassa sunt, tum  
 enim verò artem contrariam Venatoris  
 assumit, tunc nos terrefacit, tunc  
 confertnat, tunc aggreditur quodam  
 quasi sanguinolento nos confictu,  
 quo nos domat & subigit. An mihi  
 non creditis? Audite ergo, si pla-  
 cet, Jeremiam: ecce ego, inquit Deus  
 per Prophetam, mittam eis piscatores,  
 & piscabuntur eos, & post hæc mittam  
 eis venatores, & venabuntur eos, an  
 obervastis vocem, post hæc, primò  
 enim, ait DEUS, Piscatorem agam,  
 id est, primo blanditiis utar, & hu-  
 manitate; Dulcis Dominus, quod si  
 verò hæc irrita sint, post hæc irascar.  
 rictus Dominus, tunc venatoris par-  
 tes assumam qui sanguini non parcat.  
 Id autem ita contingere, discemus ex  
 sacris scripturis. Primò enim DEUS  
 septem annos integros, fertilitatis &  
 abundantia Egypto concessit, mox

septennium sterile indoxit; Primò  
 florentissimum statum Davidi indul-  
 sit, mox eum pestilentia vexavit. Pri-  
 mò ærario divite ac locuplete Ezechia  
 domum beavit, postea eandem spo-  
 liari permisit. Primò domum Achab  
 numerosâ prole ditavit, deinde illam  
 ingenti strage subvertit. Ira ab ipsa  
 mundi origine primos parentes, pri-  
 mò piscari voluit, tantâ selectissi-  
 morum fructuum copiâ, quos in pa-  
 radisi terrestris pomario, largè pro-  
 posuit, primò replevit eas deliciis, do-  
 ravit sapientiâ, & intellectu, primò  
 illos ad immortalitatem destinavit;  
 cùm autem hac suavi piscatus industria  
 prædam non fecisset, tum demum  
 venationem adhibuit: ejecit eos è pa-  
 radiso, cùmque geminos feroces ver-  
 tagos in eos immisisset, laborem &  
 dolorem, tandem cepit. Et sanè,  
 si veritatem eloqui volunt, quotquot  
 usquam sunt peccatores, fateri cogentur,  
 prius mihi se modo à DEO tra-  
 ctatos, dein primò se vero. Quis  
 ergo dubitet, acerbiter ipsi displicere  
 unde merito dixit Author operis  
 imperfecti: paratior semper est  
 DEVS ad benefaciendum, quam ad  
 puniendum. Id est, libentius piscato-  
 rem blandientem agit, quam venato-  
 rem crudellem. Unde quoties in  
 sacra pagina gemina hæ voces uniu-  
 tur, misericordia & justitia, primas  
 semper misericordia tenet: misit Deus Ps. 56. 5.  
 misericordiam suam, & veritatem Ps. 60. 6.  
 suam, misericordiam & veritatem quam Ps. 100.  
 requirit? Misericordiam & judicium  
 cantabo tibi Domine, & multo clarior:  
 ad annuntiandum manè misericordiam Ps. 91. 5.

tuam & veritatem tuam per nossem. Ut omnibus perspectum sit, supplicia non nisi vesperi & serò ventura, manè autem & sub auroram non nisi gratias progredi.

V. Pergamus porrò quisquis aliquid juxta inclinationem suam machinatur, non sinit se facillè impediri ullo obice, quò minus id exequatur, quin omnes difficultates superat & contraria quævis perfingit. Deus autem, quàm facili de causa suspendit pœnas, jamjam nobis infligendas? quovis exultationis prætextu ac colore contentus est, & levi quacunq; ratione in contrarium allata mitigatur. Eja speciem illustre videamus. Sæpe DEUS populi Israëliti per deserta proficiscientis & ob delicta enormia planè intolerabilis, exterminium decreverat, nec enim aliud in dies, quàm intemperantia ac ingluvies turpissima, seditioes execrandæ, perfidiæ, ac blasphemiarum personabant. Sed Moyses identidem se Divino furori scutum opposuit; at quâ ratione futurum dicebat, ut Egyptij audito hoc nuntio scandalum conciperent, murmurarentque DEUM fraudulenter Israëlitas ex urbibus in deserta, ex domibus in solitudines protraxisse, ut ibi turpè eos interimeret: Ne quæso dicant Egyptij, calide eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleter de terra. O Moyses! parcus ista! an hæc tibi ratio æqua videtur & digna, quæ in DEI conspectu proferatur? coram mente tam sublimi, tam sapiente. Quid? ne alter citra omnem rationem murmuret, quispiam ab officio suo desisteret? An

ideo Princeps in rebelles & perfidos non animadvertet? an ideo nullus pœdes reum condemnabit? an ideo Belli Dux seditiosos non compescet? murmurent alij quicunq; & quantumvis que; hæc scandala passiva nuncupentur, ad quæ, quicunq; respicit, ne bonum quidem, ne dum grande quidpiam operabitur. Et tamen quis credit? ratio licèt tam frivola, Divino tamen furori extinguendo nunquàm par erat. Cur hoc obsecro? an quòd fortè Deus hæc obtrebantium detraha magni æstimet? Nihil mirius. Murmurabant equidem multi cõtra Christum, quòd Sabbatho curaret infirmos; an ideo à curandis languentibus destitit? murmurabant, quòd Publicanos ad penitentiarum gratiam admittet; an ob id quemquam exclusit? murmurabant, quòd Magdalenam exquisitâ humanitate reciperet? an ideo illam rejecit? minimè. Sed illud diligenter observate! murmuraciones quidem sæpe numero DEUM retinuisse, ne pœnis in eos fulminaret, nunquàm verò, ut gratias & favores suspenderet. Quis porrò nõ videt, id inde solum venire, quòd quemadmodum natura pronissimus est ad dandam gratiam, ita alienissimus sit ad sumendam vindictam. Ira in indignatione ejus, & vitæ in voluntate ejus.

VI. Verùm quid dico? parùm foret etiã quavis levissimâ oppositione, DEUM à castigando desistere plus facit, dum ipse anxie quærit, qui sese, castigare nolenti, interponat? Quis vi virum qui interponeret sepem, hæc verò cum minimè reperiret, o quanto

Exod. 32.  
22.

17. 20.

17. 20.

dolore, quantā mæstitiā, quanto animi angore id tulit? *Vidit, quia non est vir, ut Isaias testatur. Atque ea propter quid fecit? Aporiatum est, id est deliquitum animi passus, & aporiatus est, quia non est, qui occurrat, id est, quia nō est, qui oret, ut Pagninus explicavit, quia non est, qui intercedit, ut septuaginta interpretati sunt. Vos ergo ex hoc iudicate, an Deo placeat severitas? Certè personæ nimium iratæ gravior nil potest accidere, quàm si quis exardelcenti sese opponat, quando vehementi vindictæ calore agitur; quicunque aut arma eripere, aut continere manum libratam audet, iisdem sanè se exponit incautus ictibus, qui in alterum destinabuntur. Testis est Jonathas, Davidi, ut palam est, in paucis chorus, hic cum Saulem Patrem foribandum contra Davidem animadverteret, muneris sui esse censuit iratum placare. Cumque mensæ accumberet, opportuna, quam sapiens Princeps vidit, occasionem, horamque; prope iam nactus, in amici salutem hæc solium verba Patri dixit: *Quare morietur? quid fecit? Quis crederet parum aberrat, ut ne mortem pro responso reciperet, & quamvis filius esset dilectissimos, successor & hæres regni, parum absuit, ne lanceam transfossum trucidaret. Et arripuit Saul lanceam, ut interficeret eum. Ita sanè pariter accidit, ut Visigothi regem Ataulphum barbarè interimerent, cum illos arma contra Romanos capta ponere juberet; ita Dani Regem suum Henricum perfidè trucidarunt, cum inter eos pacem cum Wandalis stabilire tentaret; ut taceam**

plures alios, quos adducere possem. Nec, id vobis mirū videri debet: Nunquamne torrentem è montis jugo præcipitem, magnoque impetu devolutum vidistis, quomodo, ingenti undarum strepitu exterminium campis, depopulationem herbis, excidium caulis minetur? Quis omnium primò ejusdem furorem sustinet? ripa nempe illa, quæ ejusdem furori coercendo prima objicitur; hic enim verò prægrandi alveo intumescit, hic spumat, hic furit, hic infremiscit, collectisque omnibus undarum copijs non nisi ripa perturbata, & aggere dissipato quiescit, longè minori strage per camporum planitiem debacchaturus, nisi ex opposito sibi obice magis efferus & indomitus evaderet & victoris instar insolentis stragem duplicaret; idem in casu nostro accidit: Quisquis seriò irascitur, omnis fræni impatiens est, nec intercessores admittit, nec mediatores, & quemadmodum appositè dixit Seneca: *Habet iracundia hoc mali: non vult regi. Quid ergo de Deo sentiendum, qui non solum libentissimè admittit, qui ejus furorem mitiget, sed sollicitè inquit, qui se opponat: Quæstui vitium, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inveni. Num dicere possumus Deo volupe esse, nos punire, aut deletari nostris supplicijs? quin potius fateamur necesse est, Deum non irasci, nisi coactum: Nunquid voluntatis mea est mors impij, dicit Dominus Deus?*

VII. Bene est, dicetis, si Deus tam mitis est, cur ergo sacra Oracula tam

tru-



truculentis metaphoricis utuntur, ut irā  
Ejus describant? an quidquam fero-  
cius est urſa, raptos ſibi catulos perfe-  
quente? & tamen DEUS. Illi ab Oſea  
Oſe. 13. aſſimilatus eſt: *Quaſi urſa raptis ca-  
tulis.* An quid magis formidandum  
leone, qui prædæ captæ irrugit; huic  
Iſa. 21. tamen comparatus eſt ab Iſaia; *Quo-  
modo ſi rugiat Leo ſuper prædam.* Quid  
igne horribilius, torrentis; inſtar ex ar-  
dentibus Aethæ caminis ebulliente; &  
tamen huic DEUM Prophetæ Nahum  
Nahum. ſimilem eſſe dicit: *Indignatio eius ef-  
fuſa ut ignis.* Quid turbine magis tre-  
mendum, qui ſtrages & excidia mina-  
tur? & tamen Jeremias ait: *Ece tur-  
bo Domini furor egrediens, procella  
ruens.* Quomodo ergo DEUS à ſuppli-  
cijs inſtigendis tam alienus eſt, ſi tam  
crudelibus ſymbolis ejus naturam no-  
bis ſuam & indolem repræſentat? Sed  
ego dico vobis, inde vel maximè con-  
firmari, Eum ſummè eſſe alienū, quod  
demonſtrare aggredior: Dicite, quem  
è duobus inimicis magis formidan-  
dum, veſtramque in perniciem magis  
jurāſſe cenſetis? an illum, qui vitæ ve-  
ſtræ clam inſidiatur, qui ore b'ando,  
fronte ſerena, & verbis melleis ami-  
cum mentitur, & ad amœnam vos de-  
ambulationem Caini inſtar invitāt:  
*Egrediamur foras?* an verò illum, qui  
feroci ſupercilio palam inſurgit, aper-  
to Marte vos aggreditur, & ictum  
eminus intentat. Non dubito, vos ito-  
ros in ſententiam S. Leonis, quod *plus  
periculi eſt in inſidiatore occulto quam  
in hoſte manifeſto;* hic enim perveniri,  
declinati vel opportunè placari poteſt;  
ille autem furorem ſuum ſolenter fo-

vet, & velut ignem cineribus conſi-  
git, ut magis vivum conſerret, & in-  
cautos obruat. Si ira eſt, ſi ira, DEUS  
induat formas terribiles, & ſi minus  
ſufficiant, quas adduximus, urſæ ni-  
mirum, leonis, ignis, turbine; adju-  
gite alias à Davide in psalmis com-  
moratas: *imagina mini vobis, Eum  
cutrum caligine & nubiſus formida-  
dum conſcendere, ſolem mundo em-  
pere, tonitrua ingeminate, montes  
concurrere, arcum intendere, ſagittas  
expedire, & ad retrorem angendum,  
jamjam fatalem & cum minari, iten ad  
ejus nutū circumquaq; legiones ful-  
minatrices, graſſetur fames, vaſtent  
campi, paupertas depopuletur familia,  
bella civitates devaſtent, peſtis provin-  
cias & regiones exhauriat; quid tam  
dem hoc ſtrepitu intendit DEUS? Au-  
dite Davidem reſpondentem: *Dat me-  
tuentibus ſe ſignificationem;* admonet  
nos nimirum, ut in tutum nos recipi-  
mus, ſcuto ſanctæ orationis nos tegi-  
mus, lorica Sacramentorū muniamur,  
remq; ſuam placare ſtudeamus: *Tu-  
ret ut corrigat; admonet, ut emendet;  
prevenit, ut ignoſcat, ut Ambroſius  
vertit.* Quod ergo porro dubium ſu-  
per eſſe poteſt, DEUM minime de-  
ſerari vindictā; *Qui enim vult ſer-  
vare, ait D. Auguſtinus, non dicit cave!* Mi-  
lites intuemini, qui caſtrum hoſtile  
ferro & flammis vaſtare moluntur:  
Clandeſtinas ad ejus conſilia inſidiat  
locant, denſis ſuivarum umbris ſe oc-  
condunt, vijs ſubterraneis, & ad occi-  
dunt occultis cuniculis ſibi aditum parant,  
at ſultum nocte intempeſtā tentant,  
& ne armorum fortè fulgore pro-  
clantur,*

Serm. 9.  
de Quā-  
drag.

dantur, sollicitè cavent. Nihil ho-  
rum facit Deus; vult ille urbem Jeri-  
cho capere ac diruere; quid, obsecro,  
facit? clarà die & sole lucente exerci-  
tum ad urbis mœnia deducit; per diem  
volantia vexilla explicat, tubis, & lituis  
insonat, strepitum sonorum, & clamo-  
res imperat: *Clamate & vociferamini.*  
Cur hoc? ne miseros cives ex impro-  
viso opprimat: *Clementia Dei erga*  
*homines peculiare hoc est,* ait D. Basi-  
lius, *non clam aut silenter ingerit sup-  
plicia, sed ea per comminationes tradi-  
tu, sic peccatores invitans ad peniten-  
tiam.* Dei ergo minæ non gaudium  
de nostris ærumnis, sed aversionem  
potius indicant.

VIII. Verùm quid ultra dubita-  
mus, an non palàm videmus, Deum  
post minas etiam intentatas supplicium  
diu differre? quantum enim non mo-  
ræ, quantum induciarum nobis in-  
dulget? vos igitur iudicate, an gra-  
tum ipsi accidat, ferire, si fulmen adeo  
pigrum intorquet. Notum vobis est,  
Auditores in sumptuosa aliqua fa-  
brica extruenda multum temporis po-  
ni, multum moræ in prima delinea-  
tione, multum in iaciendis fundamen-  
tis, multum in erigendis muris, mul-  
tùm in ijs regendis, multum in or-  
mando ædificio, multum denique, dum  
manus ultima, & totius operis coro-  
nis imponatur. Si autem diruenda est,  
modico temporis spatio absolvitur,  
exiguo labore, & horarum brevium  
intervallo prosternitur. Creditisne  
id etiam à Deo fieri? contrarium  
propterea. Nos tardè ædificamus, citò  
diruimus; Deus citò ædificat, &  
R. P. Segneri Quadragesimale.

tardè diruit: cum fruit, velociter  
fruit; cum destruit, tardè destruit, ait  
D. Chrysostr., si specimen desideratis,  
proponam: quot dierum spatio exi-  
stimatis immensam hanc universi  
fabricam absolvisse Deum? Nemo  
ignorat, sex dierum impendio can-  
dem stetisse; cum verò postea de-  
struere vellet, non mundum, sed  
civitatem unicam, eamque non de-  
primis, non magnam, nec spatio-  
sam, septem dies insumpsit. An me-  
ministis urbis Hierichuntinæ paulò  
ante memoratæ? Ite, ite, dicebat  
Deus belli ducibus, circumdate  
eam, ac septimo tandem die demo-  
liemini: *septimo die muri funditus cor-  
ruent.* Septimo die? Ubi est po-  
tentia tua ô Deus! exclamat Chry-  
sostomus, ubi robur brachij tui?  
*mundum universum sex in diebus con-  
struis, & unam urbem septem in die-  
bus solvis?* An non tu ipse es, qui sex  
dierum intervallo machinam hanc  
mundi vastissimam erexisti, mon-  
tium juga ad nubes usque sustulisti,  
& valles ut abyssum depressisti? Non-  
ne tu es, qui intra tam breve spatium  
mari terminum fixisti, fluminum al-  
veos excavasti, campos floribus ve-  
stivisti, silvas feris & auras volucri-  
bus rep. evisti, & stellas in cælo ac-  
cendisti? cum ergo toti mundo for-  
mando sex dies tibi sufficiunt, quo-  
modo uni civitati destruendæ septem  
dies insumis? *mundum universum sex  
in diebus construis; & unam urbem  
septem in diebus solvis?* Nolite mira-  
ri, Auditores; demonstrare nobis vo-  
luit Deus, quod paulò antè affirma-  
bam;

K k k

bam; cum struit, velociter struit, cum destruit, tardè destruit. Nobis ædificare majoris stat, quàm diruere; DEO verò pluris destruere, quàm fabricari; illud enim non nisi coactus & dolens facit, lento pede incedit, multoque plus temporis insumit, quàm potenti ejus brachio necesse sit.

*Isa. 1. 24.* Heu consolabor, audite, quomodo per Isaiam loquatur. *Heu consolabor in hostibus meis, & vindicabor de inimico meo:* quasi diceret: ergone rem mihi tam acerbam & ingrattam exequi cogor, ut occidere necesse sit inimicos meos? cur non longiores illis moras & inducias indulgere licet? forsan emendabuntur? fortè plangent, & resipiscunt? O infinitam DEI nostri clementiam! an non verissimum agnoscitis, Auditores, à DEI genio nimium quantum alienum esse, pænis & supplicijs in nos sævire? Ille sanè totus pius, totus amabilis, & dignissimus est titulo Regis mansueti: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Sed spero, ne vinè vestrum futurum, qui non alteram quoque sermonis mei partem patienter sustineat; quod enim hæcenus dixi, inutile vobis, & fortè perniciosum videbitur: brevem ergo quietem mihi concedite, & tum palàm fiet, quantum inde emolumenti & lucri in vos dimanet, quod vobis aut noxium, aut minus utile videri poterat.

PARS ALTERA.

**IX.** Quid ergo, dicetis forsan, emolumenti ex hoc sermone in nos redundat? demus, DEUM natu-

râ suâ ab inferendis supplicijs alienissimum esse; quid inde? licebitne ego nobis majori securitate & libertate peccare? Minimè, minimè, Auditores: aliam longè, eamque veriorum sequelam ego inde deduco. Equum illam? malum sanè gravissimum peccatum sit, necesse est; si enim, expendite diligenter, quod dico, si enim DEUS, à castigando adeò alienus & verè Rex mansuetus, ob noxam civium venialem pœnas tam graves, tam publicas, ac frequentes immitit, uti novimus & experimus, necesse est peccatum esse malum gravius, quàm mens humana assequi possit.

**X.** Quæ non supplicia inflixit Deus ob culpas, quæ vix culpæ nomen mereri videbantur? Ducebatur quoddam Arca Domini per terras Bethemitarum, cujus fama ob Divinam responsa, quæ DEUS inde reddebat, & ob victorias ad ejus præsentiam relatæ, passim celeberrima erat: universus igitur populus Arce videndæ desiderio excitus concurrat, quia verò ter rigidissime sanxit, ne Laici Arcam telamine nudatam intuerentur, gravissimè DEUS temerariam hanc curiositatem castigavit. Septuaginta enim Personarum illustrium, de plebe autem, quis crederet? quinquaginta milia morte repentinâ cecidèrunt? Exigua sanè noxa erat Nadab & Abiu, cum ea inadvertentia potius, quàm temeritate igne profano acerras & thuribula repleverunt; & tamen ob hoc solum delictum flammarum erumpentium incendio exusti sunt. Levis culpa erat Moylis & Aarons, cum ex in-

patientia potius, quam dissidentia  
pigro verberare silicem percuterent,  
& tamen terram promissam propterea  
exclusi sunt. Quid de Oza dicam,  
Levitas inter celeberrimo? an non  
repentina morte sublatus est, cum  
manum irreverenter extenderet, ut  
Arcam titubantem & ad lapsum in-  
clinatam retineret? David Rex po-  
pularis auræ gloriolâ tactus, Joabo  
imperavit, ut populi sibi subiecti  
numerum iniret; & in pœnam  
vanitatis videre debuit, omnem il-  
lum populum sevâ contagionis luc  
confumi, Ezechias parvis vanitatis stu-  
dio abreptus, Regiæ suæ thesauros  
Legatis Babylonæ vidēdos exhibuit,  
meruitque ijsdem, expilatâ omni Ga-  
zâ Regiâ, expoliari. Similibus ex-  
emplis non Divina solum oracula; sed  
etiam Ecclesiæ fasti & annales adeo  
abundant, ut plura addere necesse  
non sit, nisi quis eruditionis popu-  
laris famam vanè affectet. Jam ego  
id unum percontor: unde, quæso,  
accidit, ut culpæ quantumvis le-  
vissimæ, tanta à DEO severitate pu-  
niantur? an fortè, quod severi genij  
Deus sit, velox ad supplicia, pronus  
ad rigorem? minimè profectò, ut  
demonstravi. Id unum ergo super-  
est, ut dicamus, id peccati atrocita-  
ti esse tribuendum. Ecce ergo ser-  
monis hujus emolumentum, ut dis-  
camus nimirum peccatum debite  
estimare, nec illud jocum aut lu-  
dum credere. Quid enim; DEUM  
naturâ suâ adeo mansuetum ob pec-  
catum in tantum agi furorem, ut  
sua ipsemet opera dissipet, opera ma-

num suarum. Solem obfuscet, ob-  
scurec Lunam, stellas extinguat, &  
nubibus ignem depluat, orbem in  
cineres redigat, campos depopula-  
tur, fontes obstruat, saltus extir-  
pet, dejiciat montes, pretiosissimos  
thesauros ignibus absumat, civitates  
terrâ dehiscente absorbeat, nationes  
& populos disperdat, nec templis  
aut aris parcat? Et nos ad peccata  
rideamus, eaque quod omnino stul-  
tissimum est, nobis gloriæ duca-  
mus?

XI. Sapienter D. Bonaventura ob-  
servavit, neminem Principum ex ho-  
stium suorum odio, proprias posses-  
siones destruere, sed hostiles duntaxat  
terras depopulari, ibique ferrum, flam-  
mas, omnemque indignationem ef-  
fundere: Reges & potentes in præju-  
diciū inimicorum depopulantur terras  
eorum; DEVS autem dissipat terram  
propriam: tanto enim in peccatorem  
odio fertur, ut illius causâ etiam ter-  
ras proprias, sua sanctuaria & aras,  
quin regiam suam & cælos ipsos de-  
struat: quàm grande malum ergo  
peccatum esse necesse est?

XII. Et tamen, quæ nostra est  
perversitas, difficillimè ad hoc cre-  
dendum induci nos patimur; unde  
mirum non est, si nec DEO fulmi-  
nanti non dicam benigno & clemen-  
ti, nos submittamus. O superbiam  
non ferendam! exclamat Salvianus,  
plurimi panas peccatorum suorum per-  
ferunt, & intelligere causas peccato-  
rum suorum nemo dignatur. Et quan-  
do tandem ad saniores mentem re-  
dibimus, Auditores? nimis sanè gra-  
ves

yes & intolerabiles nos esse necesse est, cum nec Deus ipse, tam bonus, ceteroquin & tam benignus, nos potius valeat sustinere. Ille peccata nobis exprobrat, sed furdis; minas intendat, sed stupidis; flagellis caedit, sed obstinatos. Quid erit tandem & ecquando tandem victas Deo manus dabimus, saltem nos expugnati patiemur, cum amanti nos submittente detrectemus?

XIII. Nunquam in sacris paginis lego, quod de Rege Nabuchodonosore commemoratur, quin in ipso superbiae, aut stupiditatis potius nostrae vivam imaginem expressam videam. Audite rem ratam & singularem: comparet in regis superbissimi conspectu Daniel Propheta, eaque Authoritate, quam & vitae integritas, & infraeta animi libertas illi conciliabat, tristissimum somnium liberè exponit, Regisque palam denuntiat, illum solio brevi deturbandum, in bestiam deformandum, per silvas & saltus erraturum, ferarum pabulo cibandum, usque dum factum suum exueret, Deumque caeli terraeque Dominum pronus agnosceret: *donec scias, quod dominetur excelsus, si autem consilium meum sequi placet: peccata tua Eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordias pauperum, forsitan ignoscat delictis tuis.* Nabuchodonosor Danielis verba non aliter, ac oracula venerabatur; longam enim experientiam noverat, Eum prophetiae Spiritu pollere, atque eam ob causam, velut Deo terrestri, victimas ei imvolavit, & incensum adoleri iussit.

Quid ergo ad tam tristem nuntium facere Regem oportuit? non quod è throno suo praecipis potius, quam descendens, ad caelestis interpretis genua supplex advolvi debuit, oblativaeque prout pmissis thesauris omnibus tam grave supplicium redimere? non quod debuerat cum sacro purpureo, cum cineribus Diadema regium, factum cum demissione commutare: vah nimium quantum aberratis! Iam enim Theodoretò credimus, nec factum posuit, ne dolentis animi figura praebuit, sed nova in dies impietatis argumenta dedit. Integri anni indicias ad paenitendum ei Deus indulgit, verum cum tantum spatium ei datum esset ad respiciendum, male deputatum tempus paenitentiae consumpsit. Ecce ergo, cum die quadam immenso factus timidus Regiam obambulet, suaeque aulae majestatem, ac potentiam magnitudinem superbe jactaret, *ex deo ruit: tibi dicitur, Nabuchodonosor Rex, cum bestias erit habitatus tuas.* Quis unquam famosas metamorphoses Poetarum lyrics decantatas audivit, Aetionis in cervum, Cadmi in Draconem, Lycionis in lupum, Hippomenis in leonem, in canem Hecuba, Calistus in Ursam? Haec Poetarum figmenta ad imitationem Historiae contexta sunt, quam ego vobis commemoro. Vix vocem hanc caelestis allapsam impius Princeps audivit, cum illico & formam, & voluntatem, & mores sensit immutari, dispersit vestes, pro voce humana mugitus edidit, capilli in villos abièrunt, succreverunt ungulae, serosi rigebant crines, pro-

Dan. 4.

22.

Dan. 4.

24.

ad 10

ad 11

quom hūmī corpus manibus pedibū-  
 que incubuit, humanum confortium  
 instar bestię & grandini. gela & æstui  
 expostus vixit. Si verò meminisse pla-  
 cet, Auditores, significaverat Regi  
 Daniel, tamdiu illum in hoc miserri-  
 mæ vitæ genere perseveraturum. *Do-  
 nec scias, quòd dominetur excelsus.* Un-  
 de sapienter meo quidem iudicio col-  
 ligunt Interpretes, Cornelius præser-  
 tim, & Makdonatus non omnem illi  
 humanitatis sensum ereptum, sed tan-  
 tum rationis relictum, ut inmutatam  
 staturū sui conditionem agnosceret, de-  
 licti sui pœnam apprehenderet, atque  
 quod subinde fecit, Deo demissè sub-  
 mitteret. Quantum temporis arbitra-  
 mini impendisse miserum, usque dum  
 id opere completeret? An menssem  
 unum? amplius: an geminos? am-  
 plius: & quandiu tandem expectavit?  
 Audite, obsecro: septem annorum  
 spatio opus erat. O Pervicaciam! ô  
 perfidiam! ô perversitatem! quis un-  
 quam crederet, Auditores, quempiam  
 mortaliū tam pertinacem & obsti-  
 natum esse posse, usque dum sese ad  
 Deum converterat? Superi boni! sub  
 flagello tam duro, tam acerbo præ-  
 stolari septem annis, & tum primū  
 exclamare humilem ac demissum: *Glo-  
 rioso Regem cali!* an non hoc prodi-  
 gium contumaciæ & portentum du-  
 ritiei videtur? Fatendum omnino est,  
 impium hunc Principem summè de-  
 spuisse, magisque sensum bestię,

quàm hominis retinuisse. Sed de No-  
 bis, ô miseri peccatores, porro quid  
 dicam, qui sapientes nos jactamus,  
 & tamdiu tamen non resipiscimus?  
 Quorsum enim tanta flagella, quæ  
 identidem Cœlum iratum in caput &  
 dorsum nostrum depluit? quorsum  
 hæc omnia nisi ut consteamur, quòd  
*dominetur excelsus!* hoc bella illa hor-  
 rida, quæ nobilissimum Europæ san-  
 guinem ad ultimam ferè guttam ex-  
 hauserunt, annuntiant; hoc ingemi-  
 nant onera, sub quibus ingemunt ci-  
 vitates; hoc clamant calamitates, qui-  
 bus oppressæ jacent familiæ; hoc lo-  
 quuntur populorum ruinæ, ac interi-  
 tus, quos nostrâ ætate debiscens tel-  
 lus absorpsit; hoc rerum omnium pe-  
 nuria & egestas; hoc pestilentia &  
 frequentissima contagia testantur. Et  
 quis nostrum est, qui ex tantis sup-  
 plicijs sapere didicit? quis è gravitate  
 pœnæ culpæ magnitudinem sapienter  
 æstimavit? *Attendi, auscultavit,* dice-  
 re liceat cum Jeremia, *Nullus est, qui  
 agat penitentiam, super peccato suo, di-*  
*cens quid feci?*

*Jerem. 8.  
 6.*

XIV. Ita est, ô peccatores contu-  
 maces! dominatur Excelsus, domi-  
 natum. Agite, quod libet, lubèrque,  
 nisi huic ventati subscribatis, de sa-  
 lute vestra actum est. Dic lascive &  
 luxuriose! quousque duraturæ sint  
 infirmitates tuæ, quæ virium tua-  
 rum vigorem non sine dolore depa-  
 cunt, *donec scias, quòd dominatur  
 Excelsus,* quique, nisi matura  
 emendatio sequatur, pejus adhuc  
 in te animadvertet. Dic, aubitio-  
 se! quousque linguarum maledica-  
 rum

rum aculei contra te prevalitura sint? donec scias, quod dominatur excelsus, qui te magis adhuc dejiciet, & deprimet, nisi te ipsum in demissione componas. Dic, mercator & institor inique! scire cupis, quamdiu consilia tua casta & inutilia rationes fallaces, infaustra negotiatio futura sit? dicam, dicam, donec scias, quod dominatur Excelsus, tibi que certo persuasum habeas, è malo te ruiturum in peius, nisi in DEUM reverentior, benignior in pau-

peres, liberalior in dicatos Deo vos efficiaris. Quid ergo tandem sciendum nobis est, o Deus, & Domine! deijci coram te, & humiliari, hoc porro faciendum restat, errorum nostros agnoscere, tuam Justitiam adorare, & tibi similes effici, ut, qui Regis mansueti titulo gaudes, posthac secundum benignitatis tuæ amabilissimum genium nos tractes, non secundum furorem, ad quem nostrorum flagitia cogunt.

## SERMO TRIGESIMUS

## Q V I N T V S.

## DIE VENERIS SANCTO

*O vos omnes, qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis, sicuti dolor meus.*

I.  Icistis, peccatores, vicistis! exultate in die hoc funestissimo, canite triumpham, & cum festu vobis applaudite!

En voti damnati estis, successit intentum! innocentem DEI Filium è medio tollere, affligere, & eliminare laborastis. Eia salva res est: *Abscissus est, abscissus est de terra viventium!* Ecce enim à Golgothæ jugo redux lætum vobis nuntium fero, vosque certissimos reddo, eum præsentem innumerabilis populi coro-

nâ, nudum, derelictum, despectum, post trium horarum difficillimum agonem animam tandem in probolæ Crucis trunco exhalasse. Eia contentine estis, o crudeles? an vestris desideris satisfactum est? quid poterò desideratis? an forte ipsimet in rem præsentem venire cupitis, tam funesto spectaculo mentem facere, ejus supplicij oculos pascere, & contemplatione vulnerum, quæ vestrali malitia inflixit, carnis, quam vestralibido laceravit, capitis, quod superbæ vestræ aculeis perforatur, & labrorum, quæ lingua vestra maledicta

Isa. 53. 8.

amarissimo felle potavit, vos vultis recreare? Venite ocyus, venite; ego enim, ut gaudium vestrum plenum sit, vos illuc manducam: *venite, & ascendamus in montem Domini!* Nescio tamen, an, si illuc pertigeritis, in vestra potestate futurum sit, vobismetipsis à lachrimis temperare. De Rege Seleuco memini me legere, cum regno pulsus, naufragus, & nudus, in maris littore, quo illum tempestas eiecerat, jaceret, rebelles subditos, ad spectaculum lætissimos accurrisse; cum verò exportectum in arena, derelictum, & calamitosum, sine veste, cibo, & fovea, omni que destitutum auxilio intuerentur, versis in commiserationem animis, tantà erga Principem pietate vel invitos fuisse commotos, ut eum à terra sublatum in Regiam sedem humeris suis deportarent, palamque ostenderent, multa non rarò præcipiti furore barbarè ab hominibus tentari, quæ minimè auderent, si eorum enormitatem, ante patratum scelus satis, superque agnoscerent. Id ipsum sanè vos hodiernà die cum Rege vestro facturos existimo, si ulliùs adhuc opis à vobis recipiendæ capax foret. Verùm ille, Eheu! in amplissimo dolorum suorum Oceano non luctatur solus, sed submersus est, ut nihil porò de eo præter solum cadaver spectandum supersit. Quantum vis autem tygide sæviores, aut silice duriores sitis, unam saltem lachrymulam Ei utique non denegabitis? Quis crederet? ipsi tortores, & carnifices, qui suis Illum manibus peremerunt, venas se-

cuerunt, lacerarunt carnes, & luxarunt ossa, demisso capite descenderunt de monte, & repetitis ictibus pectus percusserunt, ut solent, quos facti revertebantur percussientes pectora sua. An non ergo & vos commovebimini, qui utique tortoribus mitiores estis? video enim verò, video jam suffundi oculos lacrymis, & uberem paulatim fletum stillare: laxate fræna gemitibus, & finite, ut amarus ex oculis torrens prorumpat; si enim unquam justam plangendi materiam habetis, hanc vobis spectaculum istud suppeditat. Quem autem esse creditis, qui vestro scelerere, ô peccatrices, & peccatores durissimi, interemptus est, quem, inquam, esse creditis? Si dicerem, fuisse juvenem, omnium venustissimum & amabilissimum, speciosum formâ præ filiis hominum. in cujus frontè, residebat majestas, sed absque fastu: è cujus labris stillabat dulcedo, sed sine tædio & satietate; ad cujus aspectum delertis officinis artifices, mercatores relictis negotijs, sæminæ debilitatis & sexus, omnes alij cibi, suisque obliti, per longa viarum spatia accurrebant; qui omnibus, salutem & solatium, nemini damnum aut molestiam intulit: verbo qui fuit *totus desiderabilis*; an non intima vobis commoveri viscera experiremini, quamvis nec affinitatis, nec necessitudinis, nec gratitudinis vinculo Eidem essetis devincti? Sed, heu! nequaquam Ille persona tam vilis est, sed est Pater vester, Creator vester, servator vester, & quod hisce omnibus majus est, Deus vester, cujus bene-

Luca 21.  
48.

Ps. 44. 3.

Capit. 5.  
16.



beneficio recepistis auram, quam spirantem, solem, quo illuminamini, terram, quā nutrimini, animam, quā informamini. An non ergo iusta vobis dolendi causa est, si cogitatis, vos ei vicem tam acerbam rependisse? Quin Ego vos ab omni debito commiserationis absolverem, si morte vulgari perfunctus esset: verum illa omnium probrosissima & crudelissima fuit, & necdum in lachrymas & plangētus abitis? quot vulneribus & plagis transfossus corpus hiat, rot linguis vobis acclamat: *O vos omnes, qui transitis per viam, attendite. & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus!* Quasi diceret: heu crudeles & barbari! ut quid transitis, nec ullo compatentis oculi ictu dignamini. Sistite tantisper gressum, & si quem mortalium pares pœnas sustinuisse videbitis, eja, per me licebit iter proseguimini, nec ullas à vobis lachrymas exspecto, quos tamen tam prodigè aliàs profunditis jam super colla fallacis proci, jam super tumbam amici vel heri: quòd si dolores omni alio dolore graviores, deprehenditis, firine potest, ò Christiani, ut nec pium quidem suspitium in supremam orientis solatium mitatis? Hoc enimvero est, Auditores, quòd Redemptoris nomine hodie à vobis effragito: suspendite tamen tantisper lachrymas, dum palàm fecero an ullus unquam mortalium ob dolorū & tormentorum, quæ passus est, vehementiam Christo possit æquiparari: *si est dolor similis, sicut dolor Christi.* Id ubi demonstravero, nolite mihi cum Davide dicere. *Potum nobis dabis in la-*

*chrymis in mensura; ad tantum enim dolorum, & noxarum excessum omnis mensura est nimium avara & pœca: statuat modus & mensura lamentis, in morte Filij Unigeniti, in morte sparsæ paucis amatæ, in morte charissimorum amicorum, morte autem plangendi mortem Dei bonis, est plangere absque modo: sed quæ erit virga illa, quæ, reorato Moysis miraculo, è durissimis hominū cordis peris tantam posse aquam extorquere? Virga illa est lignum Crucis Augustissimum! ad illud ergo, antequam dicere exorbar, oculos, mentem & preces noctes convertamus, & unanimes voce exclamemus, *da nobis aquam!* salam, inquam, & amarissimam, quæ ex afflicto hominis corde scaturire potest. Receperint sanè Hebræi per Virgam, quæ Tui figura & imago fuit, aquam mellis instar dulcissimam, de petra mellis saturabis eos; nos absinthio & helle tinctam desideramus, qualis hodie trimenti Deo oblata est: Hæc vobis dies tristitiæ, acerbatis & amaritudinis est, *omnis anima, omnis, in die isto per figuram dictum est, omnis anima, quæ non afflicta fuerit in hac, peribit de populo suo!* Tu es, ut in tanti tamque iusti doloris testimonium in uberes planctus ac fletus solvamur, ut illa nobis verba applicari possint: *Quo fonte manavit usque, fluent perennes lachrymæ, si virga penitentia, cordis rigorem conterat, & men.**

## P A R S P R I M A .

O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor similis, sicut dolor meus.

II. **N**on me latet, Auditores, plurimos alios gravissima queque sustinuisse; plerumque tamen deprehendimus, dum corpus affligetur, animum à cruciatibus fuisse immunem, aut dum pareretur animus, corpus liberum fuisse. Christus in utroque est passus, ut adeo merito per antonomasiam *Vir dolorum* appellaretur: si enim animum illius confidero, omnes certe malorum furia, timores, & trepidatio, anxietates & dolores, desolationes & gemitus in eum conjurant: si verò corpus inspicio, nullam omnino ejus partem invenio, quæ suo careat tormento: quod simplici quidem, sed formidabili dictione expressit propheta dicens: *attritus est propter scelera nostra*. Oculi pugnorum ictibus tumidi, genæ colaphis liventes, fauces siti aridæ, labra felle infecta, tempora spinis perfossa, manus, pedesque clavis perforati, brachia fumbus, venter & arteriarum meatus nervis arctè restricti, collum catena tum pondere curvatum, humeri gravissimo Crucis pondere fracti, nervi atrocissimè in Cruce extensione distorti erant; in horrenda flagellorum tempestate supra dorsum Ejus effusa, nec lateribus, nec lumbis, nec ventri, nec genibus, nec pedori parebatur, totumque corpus unicum esse vulnus videbatur: *vidimus eum, & non erat asperus*. Nec tamen velim credatis, me in hac dolorum congerie rei summam constituere, cum etiam in alijs hæc tormenta non pauciora fortè fuerint, nec minùs acerba: minori tamen doloris sensu tolerari poterant à quovis alio, quàm à Christo, cum concurs omnium sit opinio, Christi corpus ob summam humorum temperiem, & organorum singularem perfectionem, fuisse delicatissimum optimè dispositum, atque adeo tactus sensusque tenerissimi; omnia enim, quæ Deus supra naturæ vires operatur, in suo genere perfectissima sunt; ut patet universali inductione: sic manna divinà virtute Hebræis paratum gustus sapidissimi fuit; vinum in nuptijs Canæ prodigiosè genitum, generosum fuit ac suave; panis, quo Christus in deserto famelicos pavit, ex mente interpretum sapidissimus fuit. Si ergo hæc opera, licet conditione & gradu longè inferiora, summam tamen in ordine suo perfectionem acceperunt, quia Divinæ artis & Magisterij veluti specimen quoddam esse debebant; quis dubitet, summam Sacratissimi Christi Corporis perfectionem fuisse, quod in virginicis visceribus Dei manu formatum

LII formatum

formatum est, ut animæ inter omnes  
 3. p. q. 46  
 a. 6. m. C. & nobilissimæ pulcherrimæ,  
 & nobilissimæ domicilium præberet :  
 confirmat hoc D. Thomas, qui ex eo,  
 quod Christi Corpus actione superna-  
 turali formatum est, arguit, fuisse per-  
 fectius omni alio, quod sit actione  
 naturali, *quæ enim per miraculum fiunt,*  
*ait, sunt alijs potiora.* Perpendite ergo,  
 quàm vivaces fuerint Christi sensus  
 ad omnes suas functiones; quàm ten-  
 ner & acutus fuerit tactus flagello-  
 rum, quanta gustûs acrimonia in potu  
 fellis & absynthij; quantum tormen-  
 tum odoratus ex foecentissimis mili-  
 tum sputis & salivâ. Accedit, Chri-  
 sti corpus, at docent Viri doctrinâ &  
 sanctitate conspicui, in prima sui for-  
 matione ad patiendum singulariter  
 fuisse aptatum, quod in nostri corpo-  
 ris generatione natura facere non so-  
 let: quamvis enim & nos innumera-  
 bilibus doloribus, molestijs ac morti  
 obnoxij simus, eum tamen in finem  
 conditi non sumus; imò, ut ab his ma-  
 lis immunes essemus, Deus nobis in  
 Paradiso voluptatis tale alimenti genus,  
 tam aptam climatis temperiem, tam  
 benignos stellarum influxus, tantam-  
 que aëris cælique salubritatem paravit,  
 ut omnis omnino doloris expertes  
 nos redderet & immortales: *Creavit*  
 5ap. 2.  
 23. *Deus hominem inexterminabilem.* Nec  
 in ipso inferno diabolos inter ac dam-  
 natos inveniemus ullam creaturam, ex  
 primaria Dei intentione efformatam  
 ad patiendum, præter solum Christi  
 corpus, qui eo duntaxat sine humanam  
 carnem induit, ut nostri amore more-  
 teretur: *Venit, ut daret animam suam*

*demptionem pro multo.* Ideo Christi  
 corpus ita formatum est, ut in illud,  
 velut vas capacissimum, totum dolo-  
 rum mare ad infinita hominum pec-  
 cata abluenda derivaretur, eumque  
 in finem ad omnem doloris sensum  
 summa aptitudo collata est, quæ ve-  
 à sanguine subtilissimo, vel spirituum  
 delicatissimo vigore, vel carnis savi-  
 tate ac teneritudine poterat oriri. Nec  
 caret hæc opinio sacrae scripturae au-  
 thoritate, nam sicut Psalmista in Chri-  
 sti personâ dicit: *sacrificium, & obla-*  
*tionem noluisti, aures autem percipisti*  
*mibi,* ad demonstrandam obedi-  
 tiam, quâ Christus passionem accep-  
 vit, ita Apostolus de illo dicit: *Ho-*  
*stiam, & oblationem noluisti, corpus au-*  
*tem aptasti mihi,* ut Christi ad patien-  
 dum aptitudinem denotaret. Sic  
 ergo, ô delicatissima Jesu mei Caro,  
 quis tibi doloris sensus erat, cum impo-  
 tuosus ille plagarum turbo uno fuit  
 impetu in Te effunderetur, ut nec mi-  
 nima quidê Tui portio, aut ab idua  
 sævitiâ, aut à vulnere immantem  
 fuerit intacta? Unica sæpe spina plati-  
 tæ pedis incauti infixæ, adolescentem  
 teneros, aut matronas delicatas in ille-  
 tabiles clamores coëgit; quin & le-  
 ones ipsos doloris vehementiâ in furi-  
 egit, & rugitus expressit: quid ergo  
 in Te, Servator mi, septuaginta duo  
 spinæ fecerint, non calloso pede, sed  
 ipsi cranio, temporibus, ac cerebro in-  
 fixæ, ubi vel levis plaga letalis  
 est? quid in te effecerint clavi per  
 tenuissimas musculorû fibras adacti  
 flagellorum ictus, quibus viscera, &  
 intestina detecta sunt? fuerint ergo

aliorum tormenta temporis morâ & diuturnitate productiora ; id enim verò non contendo : sed , intensiorem doloris si spectes , in nullo alio , quàm in Christo , acerbiora & graviora invenies .

III. Verùm dicite Christiani , an in ullo unquam , qui passus est , diuturniora fuerint tormenta ? Nemo sanè sibi persuadeat , Christi passionem intracam duntaxat temporis moram aritari , quo intra tortorum manus tenebatur : ah hîc potius patendi finis erat , quàm principium . A primo conceptionis momento futurorum tormentorum scena horrida Christi animo aperta est , juxta illud Davidis : *Dolor meus in conspectu meo semper* ; nec id in genere duntaxat , & sub confusâ quadam imagine , sed distinctissimè & ad omnes usque minutias . Vidit ille singillatim plagarum , colaphorum , distortionum , & tuum ac violentorum impulsuum numerum , & auctores illorum ; vidit , quot spinis crudelissimè transfigendus esset , quot sputis deformandus , quot sublannandus ludibrijs , quot crudelitatis modis torquendus , ita quidem , ut Christo æquè , imò magis doluerit , tormenta ista eminus contemplari , quàm nobis dolore soler , illa præsèntia intueri ; nobis enim , si gravis delicti causâ carceri mancipamur , etiam convictis & confessis etiamnum spes affulget , aut fugâ evadendi , aut libertatem pecunijs redimendi , adhuc in Magnatis cujusdam intercessione confidimus , qui se pro nobis interponat , quem admodum pöllator ille Ægyptius in Josephi gra-

tiam fecit , aut si tandem nil aliud spei superest , saltem judicem precibus ad pietatem , aut ministros promissis ad misericordiam flectere speramus ; Christo autem perfectissimè perspectum erat , quidquid necesse fuit evenire :

*Iesus autem sciebat omnia , quæ ventura erant super eo , ut probè D. Ioannes observavit : quæ ergo Christi angustia fuerunt , cum palàm notum sit , fuisse nò neminem , qui ad solam mortis denuntiationem subito canesceret , alium , qui deliquitum animi pateretur , alium , qui omnino expiraret ; aliù , qui alio ferali eventu doceret , quam vim habeat vel sola imminentis mali apprehensio . Ego sanè minimè miror , Christum nunquam risisse , & de se dicere potuisse : Totâ die contristatus ingrediebar , & defecit in dolore vita mea , & anni mei in gemitibus .* Perpendite , quæso , an unquam lætari potuisset Rex ille Balthasar , improvulis pugionum ictibus in lecto suo trucidatus , si à prima pueritia nudos semper pugiones oculis suis obverari vidisset , sua inter præcordia olim mergendos ? O miserum Sisaram , si clavum illum semper oculis præsentem habuisset , quo ad torrentem Cison caput sibi erat perforandum ! Miserum Abimelechum , si semper intueri coactus fuisset saxum illud , quo illi , dum turrim Thebeam subiret , cerebrum elisum est . Christus autem verè dicere potuit : *Dolor meus in conspectu meo semper , omnino semper ; & vigilantis , & dormientis , & sedentis , & ambulantis , semper passio coràm & præsens obverlabatur : hinc toties lamentabiles illas*

*Pfal. 55.3* voces ingeminavit : *Conculcaverunt*  
*Pfal. 87.* me inimici mei tota die : tota die cir-  
 18.  
*Pfal. 101.* cum dederunt me ; tota die exprobra-  
 9.  
*Pfal. 66.* bant mihi ; tota die verba mea execra-  
*Pfal. 72.* bantur : fuit flagellatus tota die. Quid  
 14.  
 enim ? ane Christi flagellatio inte-  
 Ibid.  
 gram diem duravit ? imò diem vix at-  
 tigit, erat enim diluculo : *Castigatio*  
*mea in matutinis.* Quid ergo his ver-  
 borum formulis Christus aliud insi-  
 nuavit, quam quòd omnibus diebus  
 vitæ suæ in imaginatione & spiritu  
 passus sit omnes illas pœnas, quas po-  
 stea in Corpore suo verè pertulit ? unde  
 multorum Patrum opinio est, quòd  
 illa animi deliquia, illi tremores, tædia  
 & conflictus, quos in horto expertus  
 est, non fuerint Christo insoliti, sed  
 frequentes & usitati, & quidem in  
 tanta intensione, ut semper sanguineo  
 sudore manasset, nisi altissimo suo,  
 quo pollebat, dominio illum conti-  
 nuisset. An non hæc tormenti, Marty-  
 rij mortisque proluxæ species videtur,  
 triginta annis tormenta & mortem  
 præstolari ? Nihil adhuc dixi de tristitia  
 illa, sensuque acerbo, quem in  
 Christo continuò excitârunt, tot Di-  
 vine Majestati illatæ injuriæ, & gra-  
 vissimæ calamitates, quæ genus hu-  
 manum propterea expectabant. Fuit  
 quondam ex toto mortalium genere  
 electus Noë, ut fragili in ligno univer-  
 sale diluviū evitaret, ac mare illud im-  
 mensum securus trajiceret, in quo  
 omne reliquum hominum genus tri-  
 stissimo naufragio periit ; & tamen sa-  
 cræ paginæ testantur, Deum ipsam  
 manu propriâ fenestram Arcæ clau-  
 sisse : *Et incluserunt eum Dominus de foris,*

*Gen. 7.17*

ut non spectaculi, ut ait D. Hierony-  
 mus : *ut non spectaculi tristis aspectus*  
 Noemus magis cruciaretur. Solus Jesus  
 erat, cui omnes aditus & portæ mundi  
 relinquebantur apertæ, ut ante tempus  
 stragem charissimorum suorum intro-  
 retur, nec oculum in ullam partem  
 posset defigere, ubi non lachrymarum,  
 sanguinis, mortis, & quæ morte terri-  
 bora sunt, materiam inveniret. Si ex  
 sola Lazari sepultura tanta turbati-  
 mi signa dedit, ut in suspiria, singu-  
 tus, & fremitus cum præsentium ad-  
 miratione erumperet, *Infremuit spiritus*  
*in* ; quid quæso fecerit, cum tot Marti-  
 rum carnificinas, qui Dei amore  
 jugulati aut discerpti, aut igne absum-  
 ti sunt, tot Anachoretarum rigores, tot  
 afflictorum calamitates, tot pauperum  
 miseras, tot fidelium excidia, ab heret-  
 icis, & gentilibus illata, tot piorum per-  
 secutiones, tot denique supplicia, quæ  
 in Inferno multi damnatorum in hor-  
 nes sustinent, pro quibus ille non ni-  
 nus, quam pro Electis sanguineo  
 fundere, & in crucis trabe pendere  
 debebat, contemplaretur ? merito ergo  
 incomparabilis illius dolor dici potest  
 rat, non est dolor similis sicut dolor Chri-  
 sti ille enim non suos solum dolores,  
 sed dolores cæteris omnibus homini-  
 bus communes, velut proprios susti-  
 nuit : *Verè languores nostros ipse susti-  
 nit, verè dolores nostros ipse portavit !*

IV. Ut verò passionem hanc co-  
 cultam, quam toto vitæ decursum  
 diebus carnū suæ tulit, prætercunctis  
 nosque unice ad illam, quæ hujus  
 diei propriæ & manifesta est, referre  
 gamus : edicite, an unquam fuerit

rit, contra quem omnis conditionis, strus ac ordinis Personæ, ut gradu differentes, ita impietate concordēs conjuraverint? Non neminem personæ Ecclesiasticæ persecutæ sunt, sed Laici protexerunt; alium Laici insectati sunt, sed clerus tuebatur; contra alium plebs furiosa insurrexit, sed Principem defensorem nactus est; in alium sæviebant populares ac contemnerant, sed ab exteris receptus est. Atque hæc ut plurimum inter homines viget aut studiorum & affectuum diversitas, aut contentionis æmulationis, ut vix sit invenire miserum, qui ob id non hoc ipso patronum inveniat, quin alios adversarios experitur. Elias eo ipso tempore, quo Achab persecutionem passus est, viduam invenit, quæ illum & lare & victu adjovit; David à proprio suo Rege ejectus, à Rege extero susceptus est; Jephthæ à fratribus in exilium actus, vigos quosdam & incerti laris homines invenit, qui ei adhærent; Jeremias, cum suimet populares persequerentur, Æthyops quidam ope & auxilio adjovit; Susanna, cum à geminis senibus calumniam sustineret, à juvene quodam vindicata est. Ita innumeros in medium proferte possem; sed regula tam vulgaris in solo Christo fefellit; ad eum enim obsequendum, consensu prorsus mirando, conspiravere, & gentiles & Judæi, Romani ac Barbari, plebs & nobilitas, Sacerdotes & Laici, Judices ac milites, senes pariter & juvenes, simplices & astuti, docti & ignorantēs; id quod ipse expressit,

cum diceret, in suam perniciem canes & tauros, animalia naturâ suâ adeo diversâ operam junxisse: *circum-* Ps. 21.  
*dederunt me canes multi, tauri pin-* 13.  
*gues obsederunt me!* Verum quis dolor, videre se in tanta omnium abominatione constitutum, mortemque suam concordis discordis ceteroquin populi voto expeti? certe barbaries portento similis videri debuit, vel unicum hominem in toto terrarum orbe reperiri, qui Christum odisset: *stemus simul, qui est adversarius meus, accedat ad me.* An fortè Principes? verum quantam non reverentiam Christus illis exhibuit, dum suis sanctissimè edixit, ut omnem illis honorem deferrent, tributa solverent, ad omnem modestiam, pacem & concordiam subditi se componerent, omniaque Principibus suis officia & obsequia redderent. Forfitan sacerdotes? sed ad quantum ille fastigium eorum potestatem extulit? An fortè Pharisæi? verum quàm fervidè obedientiam eorum jussis præstandam commendavit? An publicani? verum an non palam notum est, quantopere illis Christus, etiam cum existimationis suæ dispendio sa- verit? Nec sanè plebs cum odisse poterat, cum totum se ejusdem utilitati impenderit, rudes docendo, solando afflictos, infirmos sanitati restituendo & famelicos pascendo. Nec avari de Nobilium numero odij causam habebant, cum eorum opibus minime inhiaret; sed nec ambitiosi, ad quorum honores non aspiravit; nec literati, quorum applausus nunquam

ambivit. Cùm ei sifteretur femina, adulterij rea, an non subito modum invenit, eam in libertatem asserendi? Cùm infame scortum ad ejus se pedes advolveret, an non promptissimè illud absolvit? ad summam: nunquid longè æquius Jobo gloriari poterat, se pedem claudo, oculum cæco, ducem erranti, panem famelico, Patrem orphano, vitam mortuo fuisse? Grande ergo prodigium erat, invenire vel unum hominem, qui se Christi inimicum profiteretur: *stemus simul, quis est adversarius meus? accedat ad me.* Cogitavit ergo, quantum Christo doluerit, tot hominum millia omnis conditionis ac statûs in caput, & vitam suam

*ps. 68. 5. conspirasse: multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis!* O portentum! ad necandos gravissimorum scelerum reos, vix pretio conductus carnifex haberi potest, cum quis horreat, ministerio tam dito manus admoveere, maximè cum id sole claro, in plateis publicis, ac numeroso hominum conspectu exercendum est; & tamen, cum mors Christo inferenda decernebatur, si B. Mathildi fides est, tantus carnificum numerus erat, ut ad quingentos excreceret, cum omnes certatim eorum numero intrudi potius, quàm accenseri allaborarent, idque tantâ contentione ac studio, velut si quis oecisi Christi gloriam ac decus ab alio sibi eripi metueret. Non dubito, etiamnum vobis, nec immeritò horrere animum, cum in memoriam revocatis, non ita multis ab-

hinc annis, in tantam temeritatem subditos insurrexisse, ut in amplissimo Londinensis urbis foro Regi suo Carolo impiâ securi caput demerere: verum hi personati comparere, nec unquam sperabant, facti sui æquitem quæstis rationum coloribus palliari posse, quin executioni saltem eos puderet. Nihil horum Christi interfectores fecerunt: sed libertatis, sine ullo horrore aut respectu, & impudentissimè comparuerunt: *erant rursus caput: nisi dicere libent, tunc vel maximè personam suam simulasse, & larvam induisse, cum gestu, voce, oculis & immani furore diabolos potius, quàm homines se exhiberent: deglutiamus eum, sicut infernus viventem!* An non estimatis, ex horum numero fuisse non paucos, qui singulares à Christo factores & beneficia obtinuerunt? quidam haud dubiè manûs aridæ usum à Christo quondam receperunt, quam modò ad vellendos impiè capillos extendunt; alij contra dros pedes miraculo sibi à Christo restitutos experiri sunt, nunc calces illi illidunt; alij linguam in Christi ludibrium impudenter exerunt, cujus vinculum non ita pridem Christi prodigiosè solvit; alius, qui Christi beneficio vitam receperit, jam benefactoris sui oculos obnubit; alius, qui ipsi vitam debet, nunc vitæ authorem in Calvarie verticem & Crucem rapuit; atque adeo omnes cum summa ingratitude notâ abusi sunt gratiis, quas paulò ante à Christo liberè obtinuerunt. Hæc sanè Virorum

sanctorum contemplatio est, putantque, Christum id expressisse, cum dixit: *retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Fateor tamen, me huic opinioni, quantumvis communi minimè subscripturum, nisi viderem, quòd aliquis ex charissimis discipulis, atque intimis Christi amicis, homo unanimis, tragediæ usque adeo funestæ primam telam sit orsus; *Et magnificavit super eum supplantationem.* O sortem Redemptoris mei dolendam.

V. An non hoc solum sufficeret, ut summâ ipsius compassione dignum censuerimus? Non me latet, similem calamitatem alijs etiam evenisse: Cæsarem Brutus, Sardanapalum Arbaces, Gandaulem Giges, omnium, quos habebant, amicissimi prodiderunt. Verùm quis unquam Regum illorum proditorem suum ad tam sublimem conditionem elevavit, ut Christus Judam? è plebeja, sordida, & centonibus consutâ fortunâ, eum in numerum duodecim Senatorum adlegit, qui maximum totius mundi Principatum, & operâ suâ stabilire, & consilio regere debebant. Destinabat illi adorationes populi, Sacerdotum obsequia, templorum & altarium magnificentiam; amplissimam illi potestatem in naturam concessit, subiecit morbos, mortem tributariam ei fecit, totum inferni saltum ejus nutui obedire coëgit, & ne ullam suæ de illo existimationis aut fiduciæ demonstrationem omitteret, tenuis etiam,

quod habebat, peculij sui dispensatorem & eleëmofynarium constituit; ad pedes ejus vilissimi instar servi procubuit, illos magnâ animi demissione abluit, magnâ teneritudine dissuaviatus est, nullisquæ amicitia signis satis contentus, tandem inventione amoris inauditâ, se totum illi, Corpus nimirum & Sanguinem suum, Humanam Divinamque simul substantiam sub Panis ac Vini specie intimè communicavit: quis, unquam principum ad tantam excellentiam proditorem suum elevavit? Considerandum præterea neminem istorum unquam fuisse proditum, nisi eum ingenti proditoris evolutamento: Brutus Cæsarem tradidit, sed ex ambitione vindicandi patriæ libertatem; Arbaces Sardanapalum, sed ut Medorum Imperium occuparet; Giges Gandaulem, ut Dominum Lydiæ sibi vendicaret. Judas autem cur Christum tradidit? aures obturare, ô fideles! ne scelus hoc audiat: *pro triginta argenteis!* *constituerunt illi* Matth. 26. 10. *triginta argenteos.* Verùm erravi; nec illud quidem pretium proditor respexit; an non enim notum est, quòd eum publicè venalem expulserit, amplâ illâ ac indeterminatâ proclamatione: *Quid vultis mihi dare, & Ego eum vobis tradam?* Matth. 26. 15. *cumque vel tantillum offerretur, acquievit illicò, & licet avarissimus esset, non contradixit, non contendit, non vilitati pretij obnuntiavit, cum faciè potuisset reponere, olim in Samaria sub Rege Joram caput asini.*



ni plaris stetit: verum protinus in contractum stipulatam manu consentit, minoris etiam Christum haud invicem venditurus, ut palam faceret, se praeter vendentium morem non tam lucrum suum spectare, quam mercem ementibus consignare. An unquam vilius & probrosius res ulla venum exponitur? an non vitulo & jumento major honor habetur? quis enim quovis oblato pretio contentus esse solet? an non magis emptores difficiles sunt ad offerendum, quod petitur? nunquid quotidie videmus, litigari ac contendere de pretio hordei, faeni, & olerum, ut in rebus etiam vilissimis vendendis vel unum nummulum ultra sortem communem extorqueamus: *Supponamus stateras dolosas*, dicebant nequam illi apud Prophetam Amos, *supponamus stateras dolosas*; sed quorsum tandem nequitiae tam subtiles? *ut quisquili ut frumenti vendamus*. Tanta libido est, lucrari vendendo. Christus vero ad primam triginta nummorum oblationem ultra additus est: an non perspicue apparet, eum ex livore & odio venditum fuisse?

VI. Sed quid dixi? pejora longè, magisque insolita in Christi venditione acciderunt: novi equidem, etiam Josephum à perfidis fratribus ex odio & livore venditum: summum tamen video in hac venditione discrimen; Josephus enim è cisterna quidem sua extractus est, ut Ismaëlitis mercatoribus venderetur; inde mancipij instar ligatus, Dromedarij impositus, & in Aegyptum

abductus est; illud tamen calamitatis solatium habuit, quod venditus quidem sit, sed ideo solum, ne cogatur mori: *melius est, ut venundetur*, ut Judas, sed Judas melior ac mitior, *melius est, ut venundetur*, quam proprio cruore. Tum enim verò magis miserabilis fuit Joseph, si venditus esset, ut in carcere; sed ab hac injuria usque adeo in libertatem liber fuit. Haec nempe veritas inter omnes homines illi soli reselecta est, qui *Filius hominis* appellatur: *Filius hominis tradetur, et crucifigatur*. An non id verissimum est, Auditores? quotquot enim post conflictus & pericula venditi sunt, mortem venditione redemerunt; unde et leges docent, *servos*, per accumbentem & benigno vocabulo dictos à servando, quia venditione vitam servabant, atque ideo in proposito dictum est, *in servum venundatus est Ioseph*; hunc enim vendere, fuit servare. Sed longè aliter cum Christo actum est; hic enim venditus est instar bestiae in macellum destinatae: & haec inopia an non merito nos percellat? Vah! Juda, Juda, traditor sacrilege! necdum penetras, quid sit, *Dat Filius ex fine tam sathanico vendidit*; in quantum non desperationem, in qua non furias ibis, cum scelestis horum enormitatem agnosces? Tum enim verò æs omne, quod iniquissimè peracti, perlibenter expenderes ad eandem carnificis operam, qui te in poenam mactaret; sed non obtinueris: tu tibi carnifex & tortor es; neque id te affligat, quia nomen

te ipso huic muneri aptiorem invenies. Ad rectum, ad rectum! homini enim tam perfido spes nulla porro superest pietatis: *Hac dicit Dominus*, ait Deus per Prophetam Amos, *super tribus sceleribus Israel, & super quatuor non convertam eum, pro eo quod vendiderit pro argento justum.* Vos autem inter hæc quid dicitis? an non Jesu nostri fors pessima, & iniquissima vobis videtur? O ignominiam! ô injuriam! ô iniquitatem!

VII. Nec tamen velim vobis profoadentis, proditionis hujus injuriam hic sistere: latet sanè aliud quiddam, quod Christo longè gravius doluit. Et quid illud? fuit, ni fallor, infamia illa, quæ ex Proditoris persona in Christum resolutabat; an non enim ille Discipulus erat à Christi schola recens egressus? felix sanè educatio & præclara instructio, trium annorum spatium, curaque tam soletis nil aliud efformasse, quàm avarum Euclionem, ac perfidum latronem! Miseri illi, quos memoravi, Principes impudentissimi quidem traditi sunt, sed à subditis, servis, aut amicis; non tamen à Discipulis, quorum mores formabant, nec à Discipulis charis, quibus confidebant: certè hæc calamitas non probrosa vniùs est quàm noxia; qui enim à discipulo traditur, commiserationem sperare non potest, præsertim à rudi & crudâ plebeculâ; quidquid enim discipulus gravius delinquit, magistro partim apto ad instruendum, suspectæ ejus doctrinæ, & instructioni partim sinceræ tribuitur, & insultus unius discipuli eventus, toti il-

R. P. Segneri Quadragesimale.

lico scholæ maculam & notam facit. Gravissimum igitur illud scandalum, & ignominia, quæ ex improbi Judæ facinore etiam in probos dimanavit, hæc enim verò, si mea me non fallit opinio, acutissimo doloris sensu Christum lauciavit, quem ex D. Hilarij mente expressit, cum dixit: *Tristis est anima mea usque ad mortem*, ob Judæ scilicet perfidiam & prævaricationem. Certè cum vel obiter ejus mentionem faceret, *turbatus est spiritus, & protestatus est*, nullam sibi delicti hujus culpam adscribi posse; protestatus est, ut Lorinus interpretatur, *omnia se, quæ corrigendo discipulo apta erant, fecisse.* Hoc denique scandalum erat, quod malevolorum in Christum linguas solvit, ob hoc triumphabant æmulis, trepidarunt Christi fautores, & dissipati sunt sequaces; si enim tam indignè de Christo sensit discipulus in paucis dilectus, homo unanims, & intimâ miraculorum ejus notitiâ instructus, conscius sanctitatis ejus & sapientiæ; quid ab illis sperandum erat, quibus hæc omnia minus perspecta erant? Ne, quæso, ad id porro explicandum me cogite, Auditores, aut si tantopere id scire desideratis, modicam, mihi priùs tantisper respirandi moram indulgete; aliàs enim vires me deficiant ad ea, quæ supersunt, declaranda, antequam Calvarix verticea attingam.

M m m

PARS

## PARS ALTERA.

VIII. **S**I scire cupitis; Audite-  
res, quanti Christum fe-  
cerint illi, qui Judæ minus eum ag-  
noscebant, considerate probra & in-  
jurias, quibus ad sic dicta Justitiæ  
tribunalia affectus est, atque inde  
vilissimam, quam de ipso conceperant,  
æstimationem colligite. Et  
ubi, obsecro, mos unquam obti-  
nuit, ut Justitiæ ministri manus  
injiciant homini, & sanctitatis fa-  
mâ, & populorum veneratione con-  
spicuo, nisi gravissimorum delicto-  
rum suspicione gravato? fuit quid-  
em carceri mancipatus Iosephus  
non sine ingenti injuria, sed in-  
tentati adulterij argumentum Iose-  
phi chlamys apud sæminam inven-  
ta est: *in argumentum fidei reten-  
tum pallium ostendit*, atque adeo  
vulgatâ jam delicti famâ, & præ-  
viâ necessariâ accusatione ad rei in-  
carcerationem perventum est. Cùm  
autem Christo vincula injicerentur,  
quæ accusationes, quæ præjudicia,  
quæ infamia, quod delicti saltem  
probabile argumentum præcessit?  
binis antè diebus acclamationibus  
publicis cæli Prophetes, & veri-  
tatis præco proclamatus est, om-  
nis populus in ejus occursum effusus  
est, & virentibus olivarum ramis,  
ac festivis canticorum triumphalium  
hymnis apotheosin ipsi adornavit,  
*Benedictus, qui venit in nomine Do-  
mini*: cur ergo in tanti applausus  
fastigio illum latronis instar carce-

Gen. 39.  
16.

Joan. 12.  
29.

ri mancipare? quasi verò infamili-  
lis delicti indicium foret, con-  
stantissimâ Sanctitatis opinione pol-  
lere, *Ecce mandus totus post eum  
abit*; tota ergo captivitatis causa  
erat, mundum totum habere seque-  
cem.

IX. Verùm modum insolitum,  
quo ipsi vincula injecta sunt, non-  
nihil considerate: si enim satellites  
& ministri in hortum Gethsemane  
ablegati, non reum, cujus dubia  
etiamnum causa pendebat, sed con-  
victum jam latronem & sicarium  
aggressi essent, an peioribus magis  
que indignis modis eum habere po-  
tuissent? certè officij ipso-  
rum solam erat, cautè illum ducere, & judicio  
fideliter sistere: cur ergo illum præ-  
terram bestia instar ad macellum es-  
tinatæ raptant? *Sicut ovis ad occisio-  
nem ducetur*; cur pugnis obruantur?  
cur calcibus illis feriunt? cur riu-  
lenter impellant ac trudent? cur bu-  
cullis & fustibus cædunt? hoc fuit  
carnificis officium erat, non truci-  
ministri. Quid autem Justitiæ ma-  
gis potest esse adversum? omnium  
enim gentium leges requirunt, ut pri-  
mum processus fiat, & tum de-  
mum pæna infligatur: quâ ergo na-  
tione, quo jure Christo soli, præ-  
supplicia, & tum primum Iuris pro-  
cessus adhibetur? Heu nimium ver-  
cum Isaiam mihi licet exclamare: *ex-  
pectavi, ut facerent judicium, & ecce  
iniquitas, justitiam, & ecce da-  
mor!* Certè aliter legi in Christo causæ  
locus non erat, quàm odio publico,  
& furori populari; Iidem in hoc  
judicio

judicio erant Actor & Iudex, accusatores & fiscales, æmuli ac testes, cumque in alijs judicijs ea testimonia non admittantur, ut valida, quæ non sunt manûs propriæ subscriptione firmata, nec publico juramento roborata, in hoc legitimæ probationis vim obtinet omnis vox, & clamor confusus? fides plena adhibetur plebi vilissimæ, infamæ, perjuræ, sacrilegæ, livore ac invidiâ corruptæ, atque adeo omni jure ad ferendum testimonium inhabili, & inidoneæ: *insurrexerunt in me testes iniqui.*

X. Sed utique Iesu Christo tandem licebit, se defendere, causam suam agere & in medium proferre excusationis suæ momenta. Omnino. Inter primos Quæstionis articulos erit, ut rationem reddat de discipulis, & de doctrina sua; vix autem cœpit labra aperire, & responsum summa cum modestiâ, ac verborum compendio reddere, satellitum unus excussissimum illi pugnum inflixit: *unus ministrorum assistens dedit alapam IESU.* Intolerandam judicij iniquitatem! si enim audire renuunt, cur interrogant, cur auscultare detrectant? Iustitia, ô cæli, Iustitia! Rex enim vester non iudicium duntaxat minoris ordinis, sed & satellitum vilissimorum arrogantia iniquissimè obruitur: non amplius est quæstio de vita ejus & libertate; hoc enim potest sperari non potest: sed id unum petitur, ut si damnandus sit, ea saltem Christi ratio habeatur, quæ latronum, & adulterorum: cui enim horum unquam ab ullo tribunali negatum est, ut vel

simplici verbulo se defenderet? *Nunquid lex judicat hominem, nisi prius audiverit ab ipso?* ait S. Ioannes; nunquid omnibus reis licet, & temporis moram ad respondendum poscere, & causæ advocatum ad defensionem quærere: Christo non solum non loqui, cum necesse judicabit, permittatur, sed nec respondere, cum fuerit interrogatus? Quid ergo illi iniquos inter Iudices faciendum est? an tacere debet, & obmutescere? & iteratò, licet interrogatus, ne hincere quidem audebit, *sicut homo non habens in ore suo redargutiones?* Bene ergo est, taceat: sed heu miseram Christi conditionem! si taceat, stultus censetur, ejusque silentium aut intellectus hebetudini, aut frontis proterviæ, aut animi vilitati adscribitur, nec desunt, qui illud tacitam delictorum confessionem interpretentur. Quæ ergo hæc judicij forma est, in qua reus & prohibetur loqui, & punitur, cum tacet? Edicite, Auditores! qui Historiarum, ac rerum gestarum notitia polletis, an ullum unquam reum crudele magis ac iniquum tribunal expertum esse legistis? Cum nautæ sortis beneficio Ionam periculosè illius tempestatis, quæ omnes in præsentaneum vitæ discrimen adduxerat, reum esse intelligerent, inauditum tamen, in mare demergere minimè sunt ausi, sed legitimum ex juris præscripto processum, & accuratum, licet in præsentem naufragij periculo minus opportunum, ex ætate instituerent: *Quod opus tuum, qua terra Ionæ tua, quo ex populo tu es? cumque*

M m m 2 etiam

etiam damnandus esset, à sententia tamdiu abstinuere, eum ore proprio contentem reum haberent; *propter me tempestas hac grandis venit super vos!* Uique adeo, ut acutè notat S.

Joan. Chryso-  
stomus, etiam barba-

ris indignum videbatur, in condemnatione judicij formam negligere, tametsi interea cælum tonaret, sæverent Austri, spumarent undæ, & in extremo omnes naufragij discrimine versarentur. *Sed & hi Nauta, ait, quamvis barbari, eum, qui in judicio optimus est, ordinem imitantur, & id quidem tanto pavore, tot fluctibus, tantâ in ipsos circumstante procellâ.*

Rom. 1.  
de peni-  
tent.

Quod ergo grande delictum JESU mei erat, ut solus ipse hoc beneficio indignus haberetur, & quamvis nulla in judicij celeritate utilitas, nec ulum in mora periculum foret, nullum penitus illi legis adminiculum servaretur, quod vel inter tempestates rebellis & refractario Prophetæ concessum est, nec respondendi facultas daretur, quin & ipsum silentium in partem culpæ traheretur? *Nonne disimulavi, nonne silui, nonne tacui? dicere meritò poterat, & venit super me indignatio!*

Job. 3. 26

XI. Necdum tamen injuriæ apicem attingi, iniquissimam nimirum latæ in Christum sententiæ formulam: probe mihi perspectum est, innocentes quàm plurimos ad diversa supplicia, exilium, confiscationem bonorum, carcerem, furcam, & ad venena damnatos, nec id solum errore inculpabili, sed ex odio & perversissima malignitate. Ita ab Atheniensibus

Socrates & Aristides, Camillus & Scipio à Romanis, ab Herode Mariamne, Thrafeas à Nerone, Mezius à Domitiano, Boëthius à Theodorico iniquè condemnati sunt, sed quid hoc? Omnes quidem isti forent innocentes, sed nullus eorum ut innocens condemnatus est. Hæc enim vero est injustitiæ inauditæ impudentiæ incredibilis & portentosa, quæ extremis Christi, Ejusque pretiosissimæ viæ contemptus demonstrabatur, qui verè factus est eorum risus & opprobrium, quorum summa gloria est opprobrium hominum. Habent homines insitum ferè horrorem, vniuiliissimis etiam animalibus admodum, si minimè nociva sint, sed manifesta ac modesta; quàm vilis ergo fuerit Christi vita, necesse est, cui iniquissimus Judex in immani populi corona fateretur, eam quidem jure eripi illi non posse, velle se tamen illum ad mortem ex officio condemnare: audite, obsecro, judicium sententiam, à Pilato palam & dilectè & quod magis admirandum est, pro tribunali sedente promulgatam: *Nullam causam mortis in eo inueni!* Vivat ergo Christus tranquille, & vinculis solutus discedat; hæc enim verè ex hisce præmissis legitima, & ab omnibus expectata consequentia foret. Verùm enim verè, ô insolentiam Judicis impudentissimam! sequelam profus contrariam intulit. Tradatur ergo, ait, in manus carceris, rapiatur in Calvariæ verticem, è crucis patibulo suspendatur: *Et ad judicium*

judicavit fieri petitionem ipsorum. Quid ergo opis Christo commiseratione dignissimo superesse poterat apud illud tribunal, ubi non solum satis non erat, esse innocentissimum, sed nec innocentem apparere, & innocentiam liquido constare. Nec quicquam sanè supra dolui, nullum Christo fuisse advocatum, qui causæ ipsius patrocinaretur; an enim plus desiderare potuisset, si ad illum defendendum surrexissent Hortensij, ac Cicerones Romani, Isocrates, & Demosthenes ad innocentiam ejus palam contestandam. Hoc enim verò unicum erat, quod ab Oratorum maximo poterat expectare. Hæc autem innocentia Judici perspektissima erat: sciebat enim, quod per invidiam tradidissent eum: Nihil invenio causam in hoc homine: Nullam invenio causam in homine isto: Quid enim mali fecit? Id tamen totum, exemplo hæctenus inaudito, ad eum à morte liberandum minimè sufficiebat.

XII. Quin hæc potius unica causa erat, mortem ipsi crudelem inferendi. Auscultate, obsecro, considerationes admirandas non minùs, quàm verissimas: si Christus rei instar condemnatus esset, supplicium delicto conveniens sustinisset, juxta legis mandatum: *Pro mensura peccati, erit & plagarum modus.* Si ergo blasphemie ipsum convicissent, Nabothi instar lapidibus fuerat obruendus: si homicidij, jugulandus cum Joabo: si perduellionis, plectendus capite cum Siba, & sic de cæte-

ris. Nec facilè ex arbitrio Judicis supplicia hæc immutari poterant, cum perspicuum esset, certo cuius delicto certam per leges pœnam esse taxatam. Cum autem Christus nullius criminis reus declaratus sit, quid consequitur? id unum sanè, licuisse Judici, nullum in tormentis modum, nec legem, nec terminum servare, sed in eum effundere, quidquid flagrorum, spinarum, furcarum, ludibriorum, contemptuum, fellis, & absynthij, aceti, & quorumvis tormentorum poterat excogitari, atque in manu & potestate cujusvis tortorum ac carnificum esse, pro uniuscujusque libitu tormenta augere, multiplicare, & extendere. An unquam de ullo reorum audivistis, fuisse illum in tortorum manus traditum, ut pro libitu suo in eum animadverterent? Quod genus delicti usque adedò novum est, cui pœna tam insolita decreta sit? quæ leges id unquam permisere, quæ regiones, quæ ætates, qui populi? In Christum solum, nisi fallor, potestas hæc arbitraria, tam iniqua, tam traditoria est exercita: *IESUM verò tradidit voluntati eorum.*

XIII. Sed forsàn Christus humanos tortores nactus est, qui executionis moderatione sententiam iniquissimè latam mitigarunt? Vobis id relinquo judicandum: hi quidem ut plurimum erga reum dolentes magis, quàm severos exhibere sese solent, quin & officij, quo invitati funguntur, veniam à

M m m 3. sco

Zuc. 23.

25.

reo petunt, nec ullum facile periculum est, ut supplicij decreti qualitatem aggravent, quin enses & secures exacuant, ut ictus lethalis majori velocitate & minori sensu doloris succedat, rectim unguunt, ut opus breviori morâ conficiant: adversus Christum autem, quâ pietate processerint iniqui illi tortores, auscultate Christiani, & cohorrescite. Per legem cautum erat, ne si quis ad flagella damnaretur, quadraginta ictuum numerum rei supplicium excederet: *Quadragenarium numerum non excedant*: quod si quis vel semel ultra hunc numerum caderetur, perpetuâ infamiâ notam passus est, atque omnis honorati muneris incapax habebatur; unde quoties Iudæi flagellis in Paulum seviebant, id quod quinquies factum est, studiosè cavebant, ut potius unâ minis plagarum infligeretur: plagæ autem Christo inflictæ non solum quadraginarij, sed etiam inaudito exemplo millenarij numerum excedebant, ut gravissimæ ac perpetuæ infamiæ notâ apud omnes laboraret: impiissimus Iudex nec flagellorum modum, nec cædentium numerum, nec supplicij moram determinavit, ut decuit, sed hæc omnia tortorum iudicio ac discretioni barbaræ reliquit: *Voluntati eorum*. Ecce ergo, quid temerarij hi fecerint! Novi identidem & recentes succedebant fatigatis, nunc virgis, nunc nervis bubulis, nunc funibus, nunc catenis armati; ru-

perunt venas, denudârunt ossa, artusque omnes crudelitate summi consciderunt, & cum caro pomb flagellanda non superesset, *super dolorem vulnerum addiderunt*, sequentibus, mutò animârunt, ut vulnera vulneribus, plagas plagis adjicerent, & in ipsa etiam viscera grassaretur. Superi! quod tandem genus hominum hoc erat? quæ rumpes caucea eos genuit? quâ tigride lactati sunt? fierine potuit, ut ad conspectum corporis nudi, candidissimi, immaculati & puri, flagella manibus non elaberebant, langueret omnis brachiorum vigor, & lacertorum sensus stupesceret? Etsi non Deus, qualis tantum erat, sed homo duntaxat fuisset, an non eximia corporis forma, cujparem mundus non vidit, animos eorum ad teneritudinem inflectere debuisset? illi tamen commoveri se passi non sunt, sed quemadmodum nec florum pulchritudo, nec fructuum amœnitas contortidis nubibus par est, ne aut hortorum topiaria, aut prata græcæne flagellent, ita nec Christi pulchritudo, quantumvis Divina, barbaros illos poterat retinere, Inde accidit, ut, cum caput sacratissimum solum in tanta plagarum & currentis sanguinis procella maneret intactum, in illius etiam supplicium conspiraverint, & propria autoritate, ac inconsulto etiam Iudice, coronam pungentissimis spinis exasperatam violenter sacro vetitici impresserint, quasi verò in rari-

Deut.  
25. 3.

Theophyl.  
lact. in  
2. Corinth.  
v. 11.

ta silvarum copia non haberet Palæ-  
stina pro Christo aliam magis decen-  
tem magisque honorificam; mōx-  
que velatis oculis, velut scenico  
Regi turmatim circumfusi, hic in-  
jectis faciem sputis deformavit, hic  
colaphis genas percussit, ille bar-  
bam inhumanissimē evulsit: cum-  
que etiam dirissimis tortoribus in  
more positum sit, pænarum instru-  
menta à reorum oculis absconde-  
re, isti tamen nihil similis pieta-  
tis Christo exhibuere; nōtis enim,  
iplummet fuisse coactum, crucem  
humeris suis imponere, eamque  
non Isaac instar, ligna sua horā  
dei jam serā, per semitas solita-  
rias, & procul ab hominum con-  
spectu portantis, sed clarā die,  
per mediam Hierosolymam, præ-  
vijs tubicinibus, stipantibus ad la-  
teru tympanis, & immensā popu-  
li coronā circumfusā ad locum  
supplicij deferre. Eō ubi perven-  
tum, minimē sanē contenti erant,  
vestibus suis indutum ē crucis trun-  
co suspendere, sed ad ignominie  
incrementum, penitus denudarunt,  
innovatis violentā vestium avulsio-  
ne laceri ac saucij corporis vulne-  
ribus, quibus vestes sanguine &  
sanie concretæ adhærebant. Inde  
supra crucem supinē sternunt, te-  
nerissima membra distendunt, ma-  
nus pedesque adaectis per repetitos  
malici ictus clavis perforant, ac  
postea (ignoscite properanti, ne  
corda vobis, nisi narrationem ac-  
celerem, dolore rumpantur) in-  
ter barbaros clamores, ad quos

sol ipse, tam crudele facinus dete-  
statur, profugit, Regem gloriæ  
furiosi simul & hilares in altum  
levârunt, & ex infami signo spe-  
ctandum proposuerunt, idque, si  
diem consideres, maximē solenni,  
si locum, probrosissimo, si situm,  
maximē sublimi ac conspicuo, si  
modum, summē intolerabili; cum  
enim ex legis mandato funibus de  
cruce rei suspenderentur, cum Chri-  
sto clavis ferreis, iisque obtusi  
acuminis ad vulnus sensumque do-  
loris exasperandum usi sunt. Eja  
tortores, quibus crudelitate pares  
non vidit orbis terrarum, exerite  
omnem, quam concepistis, iram,  
exfariate furorem vestrum; sed cur,  
obsecro, in medio duorum latronum  
eum suspenditis? hoc certē non  
Iudicis mandatum, sed carnificum in-  
ventum erat, qui, insolitā authorita-  
tis sibi arrogatæ licentiā, suæ in  
Christo torquendo libidini indulle-  
runt: *fecerunt in eo, quæcumque vo-  
luerunt.* Sed qua de causa id fece-  
runt crudeles? dicam: animadver-  
terunt quippe mortalium pessimi,  
Christum in prolixo tormentorum  
& passionis suæ decursu, de nullo  
unquam conquestum, nisi cum vin-  
cula eidem in horto injecturi, fusti-  
bus, hastis & lanceis armati, velut  
ad capiendum latronem properarent:  
*Tanquam ad latronem existis cum Math.  
gladibus & fustibus comprehendere 26. 55.*  
*me.* Eja, dicebant mutuo, summē  
illi dolet, latronis instar tractari,  
ergo, ut latronem, ut latronem de-  
cet, tractemus. Itaque haud con-  
tenti.



tenti, latronem ipsi Barrabam præposuisse, geminis insuper scriptum latronibus, ad mortem rapuere, ac intra latrones medium in cruce suspendere: tanta carnificum rabies erat, & tam insanum desiderium, ut acerbissimo doloris sensu Christum torquerent: *Morte turpissimâ condemnemus eum.* Hoc unum illi contendebant, ut ab omnibus Rex esse crederetur, sed non nisi Rex latronum. Crux ipsa se solâ quidem turpissimum supplicij genus est, unde Tullius Cicero indignum truncum, Livius verò truncum infamem appellat; D. Augustinus ait: *illâ morte nihil est pejus, in omni genere mortium: quid ergo, si tot insuper infamiæ appendicibus augeatur?* Pendebat è trunco illo nudus Redemptor, confertissimi populi oculis expositus, loco alto ac eminente, ut profus credam, tormentorum omnium dirissimum confusionem illam fuisse: *gravissima omnium penarum pudor*, ait D. Chrysostomus; unde & hujus solius mentionem facit Apostolus, dum ait, *proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusionis contemptâ.* Quid enim! an non Christus mala plurima contempsit, ut crucem amplecteretur? Contempsit sanè angustias animi, sprexit funes, vincula, flagella, clavos, derelictionem, amarorem, agonem; hic tamen suppliciorum contemptus generosæ Christi patientiæ non fuit præcipuus effectus: majus his omnibus fuit, contemnere confusionem; quemadmodum igitur,

si multorum hostium victorem Davidem laudare cupio, satis est exprimere principalem, eumque Gigantis victorem appellare, ita pariter de Christo in cruce triumphante dicendum est, eum triumphasse, *confusione contemptâ*, hæc enim confusio identidem oculis ejus observabatur, veluti superato difficillima: *Tota die verecundia mea contra me est.* Hanc sæpius æterno Patri velut hinc gravissimam repræsentavit, *Oportuit confuso faciem meam; quoniam sustinui propter te opprobrium: confusio faciei meæ cooperuit me; hæc à Deo solo condignè concipi, & hominibus comprehendi posse affirmat: Tunc scilicet improperium meum & confusionem meam & reverentiam meam.* Hoc tandem erat, de quo Ieremias ait: *Saturabitur opprobriis.* Nunquam sanè dictum est, Christum doloribus, plagis, aut ictibus letandandum, quin omnes credunt, eundem majorum & plurium tormentorum sitientem mortuum esse, quamvis mari sanguineo totus immittaret: *Sitio, sitio!* sed unius confusionis satur mortuus est; usque adeo suprema erat, & summa dolorum: *Saturabitur opprobriis.*

XIV. Dicite modò, Auditores, quis unquam hominum fuerit, cujus passio non fuerit mitior, magisque tolerabilis hac Christi passione, quantumvis & Anthropophagorum fustos, & Lestrigonum annales evolvatis. Ego sanè, si hodiernâ die, non dicam ad tigres aut serpentes, sed ad truncos & filices verba fecissem, præ-

Sapient.  
2. 30.

Epist.  
110.

Tract. 30  
in Ioan.

Ad Heb.  
12. 2.

aff. & tunc teneritudine eos rupissem, aut emollissem, neque id novum eis foret. Nescio tamen de quot, quantisque vestrum affirmare possum, vel unicam me lachrymulam expressisse; quin animadverto potius, vos animo immoto, sicis oculis, & fronte intrepidâ me auscultare, quasi nihil eorum, quæ dixi, in animos vestros penetraverit. Neque id admittor; hoc enim expectabam. Hoc sanè ultimum colophonem doloribus, injurijs, & ignominijs Jesu mei imponit, neminem inveniri, qui eidem compatiatur: *sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inveni?* Certe lobo in sineto suo non deest tergeminus amici, qui calamitatis, & nuditatis ejus adpectu commoti, scissis vestimentis septem dierum & noctium spatio unâ cum ipso jacebant humi; ululantes præ dolore, & in summi ludæi testimonium, pulvere comas conspersi. Cùm Cato minor è rostris detractus, Cæsaris jussu in carceres & vincula conjiceretur, Senatus Romanus universus, eorum quo tunc perorabat, calamitatis ejus indoluit, eumque moestus comitatus est. Cùm Dionysius tyrannus regno exul à Timoleonte solam veterere cogere, tota, cùm appulisset littori, urbs Corinthus obviam egressa, & stupore attonita, lachrymantibus oculis iniquæ ejus sortis compulsa est. Tu autem, Redemptor mi, quem tandem habuisti, qui vel verbulo te solaretur, *R. P. Segneri Quadragesimale.*

vel ullum humanitatis signum exhiberet? Ah videor mihi te videre languentem, ac gyratis in orbem oculis dicentem: *Circumspexi. & non erat auxiliator!* Etiam è dilectissimis discipulis unus te tradidit, alius negavit, ille aufugit; ipse Pater Cælestis, velut tui oblitus, curam omnem deposuisse, teque tortorum potestati reliquisse videtur. Mater quidem tua dolentissima pauculis, quas eadem pietas movit, mulieribus stipata te subsequitur: sed quid miseræ istæ in tuum favorem potestati reliquisse videtur. Mater quidem tua dolentissima pauculis, quas eadem pietas movit, mulieribus stipata te subsequitur: sed quid miseræ istæ in tuum favorem potestati reliquisse videtur. Mater quidem tua dolentissima pauculis, quas eadem pietas movit, mulieribus stipata te subsequitur: sed quid miseræ istæ in tuum favorem potestati reliquisse videtur. *Marci 15, longe aspicientes? inter licetorum & 40. satellitum ferocem ac petulantem turmam, in medio plebis te iridentis, carnificum te torquentium, militum tibi insultantium, sacerdotum, scribarum, ac Phariseorum te blasphemantium? Et praterentes blasphemabant eum moventes capita 27.39. sua.*

XV. Verùm quid mirum est Auditores, crudeles illos vivo tam parùm compassos, qui nec mortuo quidem pepercerunt? Etiam cadaveri ferocientes insultant, & quidem in oculis genitricis: an major barbaries vel cogitari possit? Planxit sanè Cato, cùm Romanorum cada- *Plut. in Cato.* vera aspiceret, contra quos arma moverat; lachrymatus est Titus, cùm Judæorum corpora intueretur, in quos tanta strage desævijit; Alexander ipse Macedo, qui tantis *Joseph. de bell. Jud. 1.7. c. 24.* sumptibus, sudoribus, laboribusque Dariam è medio tollere laboraverat, *N n n* cùm

cum corpus tandem exanime, & exsanguie videret, à lachrymis sibi temperare haud poterat, quin propriam ex humeris detractam chlamyde involutum operuit, usque dum decenti tumulo conderetur. Carissimo autem corpori IESU mei, quamvis omnino lacerato, plagis subacto & saucio, adactam lancea transfodiuntur

Sab. 1. 4.

Jo. 19. 34.

In Jo. 19.

hom. 48.

costam, & pectus aperitur: unus militum lanceam latus ejus aperuit. Quae rabies haec, quis furor, quae impietas erat: Illudere mortuo? Ita enim Chrysostomus ait, illudere mortuo, quam ipsum crucis supplicium, longè pejus est. Me certe spiritus & vires deficiunt, ad tantam barbariem poterò exaggerandam: Tu illam Sol obscure deplora, vos caeli tonantes, vos tumuli aperti, vos petrae scissae, vos montes concussi, vos maria tumultuantia, vos flumina cursum sistentia, vosque creaturae sensus expertes, clamore, gemitu, & fremitu dolorem vestrum testamini; nisi enim vos plangatis, nescio unde lachrymas tumbae IESU mei affundam. An viduas forsitan ad lugendum invitabo? Sed illae omnes lachrymas suas maritis unice dilectis se consecrassent respondent. An forte juvenculas? Sed & ille lachrymas omnes amantissimis suis, quos toto corde deperunt, addixisse fatentur. Matres autem afflictiissimae alteri tumbae illachrymari posse negant, quam quae amissos filios tegunt. Vestrum ergo est, o rupes, o saxa, o speluncae, vestrum

est, plangere, nisi funebres Christi exequias omni compassionis honore destitui velitis: ego certe, nisi fallor, palam demonstravi, Christi morti nullam unquam fuisse similem: Non est, non est dolor similis, sicut dolor CHRISTI.

P A R S A L T E R A.

XVI. N Ollem sanè, totum animi fructum, qui è dolentis Servatoris nostri passione colligitur, inter lachrymas & plangentem stare; id enim ex naturali affectu, sensuque pietatis, qua quisvis alienae calamitati indolere solet, oriri posset: neque etiam eum in modum, quo agnello jugulato tenerè computimur, mors Christi plangenda est. Vellem potius, ut contriti animi dolor cum verecundo pudore in nobis excitaretur, ex consideratione summæ nostrae erga illum ingratitude, qui tanta nostri amore est passus. D. Paulus Apostolus ad Romanos magni momenti sententiam scripsit, quæ quia intellectu difficilis est operæ pretium est, ut in nostram utilitatem declaretur: ait ille, verbum Patrem Verbum incarnatum proposuisse mundo, propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem justitiae suae, propter remissionem praecedentium delictorum. Quod enim Christus morte suâ Misericordiam & Iustitiam simul mundo palam fecerit, id enim vero probe assequor: manifestavit ille justitiam pro-

ij rigore, quod ad mancipij redemptionem impendit; manifestavit Misericordiam amoris excessu, quo se pro perfido & perduelli in mortem obtulit. Cur autem Apostolus dixit, mortuam esse Christum in remissionem præcedentium peccatorum, non verò eorum, quæ futura sunt? propter remissionem præcedentium delictorum: an non enim in cruce pro nobis obtulit pretium, omnibus Dei offensis ad perfectam æqualitatem compensandis sufficiens, etiam si mortalium numerus infinitus foret, aut mundus æternum duraret? Id sanè verissimum est: cur ergo Apostolus non est usus verbis magis illimitatis, quibus non præteritum duntaxat & actuale, sed futurum & possibile tempus complecteretur? Non me latet responsum, quod à Pererio commendatur, scilicet quòd eùm secundum naturam impossibile sit, effectum causâ suâ priorem esse, capi non potuerit, quomodo peccata ante Christi adventum commissa, virtute sanguinis nondum effusi, jam deleta fuerint intuitu pretij nondum soluti; atque ideo Apostolus, qui animis gentium implantare debebat difficillimas fidei veritates, specialem mentionem fecerit eorum peccatorum, quorum remissio aut minùs nota, aut intellectu imperceptibilis videbatur, qualis erat remissio præcedentium peccatorum. Sed ultra hanc expositionem literalem placet adjuungere morale, & mysticam,

non solùm à Salmone, & Salsbourno, verùm & ab alijs præstantissimis interpretibus approbatam, qui dicunt, Apostolum expressè scripsisse: *propter remissionem præcedentium, & non sequentium delictorum*, ne credere possemus, ulli porro amplius peccata futura: cùm enim Apostolus Cor Jesu Christi amore inflammatissimum, & reverentiam sacratissimæ passioni summam, atque unâ divini sanguinis æstimationem inexplicabilem haberet, capere non potuit, quâ ratione ullus hominum, post tam acerbæ passionis pretiosum lytrum, peccare amplius possit. Satis ergo esse censuit, si meminisset præcedentium peccatorum; de sequentibus enim id scribere, superfluum judicabat: *Dum præterita peccata solùm recenset, indicat quodammodo, peccati statum præterisse.*

XVII. Et sanè quis unquam credidisset, nisi experientia docuisset, contrarium, reperiri porro posse hominem tam impium, tam indocilem ac inhumanum, qui, cùm fide certam teneat, Dei filium ob peccata nostra occisum, illud tamen in cordis sui sinu fovere, Christi que carnificem hospitio suo amicè excipere velit: hoc sanè tantæ inhumanitatis prodigium est, ut, nisi frequentissimè fieri videremus, non solùm crederetur monstrò simile, sed omnino fabulosum, commentitium ac impossibile. Et tamen, horret animus dicere, infinitus quasi eorum

*Salmor. disp. 28. ad Epist. ad Rom. 3. Adam. Salsb. in Epist. ad Rom. 3. Corn. à Lap.*

*Ben. Justin. in hunc loc.*



numerus est, qui non solum divinis  
offensis gaudent, sed illis etiam pas-  
cuntur, suosque omnes redditus,  
facultates & opes inde colligunt.  
Unde enim tot Comici lascivi vi-  
vunt, tot notarij fraudulentij, tot

of. 4. 3.

venales sicarij, tot meretrices pro-  
stitutæ, tot lenones impuri? unde,  
inquam, hi omnes vivunt, nisi ex in-  
jurijs, quæ DEO inferuntur? *Peccata*  
*populi comedunt*; hoc enim verò eor-  
um patrimonium, eorum summa  
capitalis, hi eorum fundi sunt, adeo,  
ut si in mundo non essent, qui  
DEUM potè offendere vel-  
lent, hi omnes brevi tempore ad  
incitras redigerentur. Egre dimini  
in compita & publicas plateas,  
& dicite, cujus sit nomen illud,  
quod in momenta singula male-  
dicitur, nisi nomen divinum? quis-  
quis insanum cordis sui furorem ex-  
pectorare cupit, injurias in DEUM  
evomit, quisquis fidem mendacio  
cupit astruere, DEUM in testem  
invocat, quisquis nugari, ludere,  
ridere, jocari desiderat, DEUM  
risuum suorum & cachinnorum ob-  
jectum assumit, adeo ut hac ætate  
insulsi sint joci, insipidi lepores, &  
scurritates absurdæ, nisi simul di-  
vinus honor laceretur: *Nec putatur*  
*gaudium tanti esse, liceat Salviani*  
*verba apponere, nisi DEI in se ha-*  
*beat injuriam. Quin ipse Sanguis*  
*Christi, redemptionis nostræ pre-*  
*tium, an non omnibus quisquilijs &*  
*luto platearum vilior habetur? non*  
*solum à Nobilitate, sed & à plebe*

Lib. 6. de  
Provid.

infima calcatur, à fæce navigiorum  
& triremium mancipijs, ab arare-  
bus, sulcosque per arva ducentibus,  
à vilissimis mercium propolis & lic-  
tatoribus, mediastinis stabuli, à fer-  
vis & pueris officinarum, à caupo-  
nibus & tabernarijs blasphematur,  
adeo quidem, vestrà tamen pace de-  
veniã dixerim, Auditores, ut nemo  
per publicas plateas possit incidere,  
quin totus horrore percellatur; tanta  
est irreverentia, quã à nonnullis ad  
tertium quoddam verbulum Sanguis  
Christi contemneratur, aut ut melius  
eloquar, profanatur, conculeaturque,  
quasi verò tam largè illum Chri-  
stus effluere voluerit, ut luto  
inde confici possit; ut ponat illam  
verba sunt Isaïæ, ut ponat illam  
*in conculeationem*; quasi luto platea-  
rum.

XVIII. Ah DEUS meus! quid  
quid pro hominibus adeo ingratis &  
discolis crucifigi voluisti? Ignosce  
audaciæ meæ! zelus enim honoris  
tui, hæc mihi verba extorquet: *Filius*  
*DEI es, descende de cruce*; *Filius*  
*DEI es, descende de cruce*!  
Quid enim in cruce facis, Filius DEI?  
an ideo sanguineo torrente manas,  
ut minùs æstimèris? quis ille fre-  
ctus est, quod emolumentum?  
quæ utilitas in sanguine tuo? *Ab*  
*descende!* Ita enim verò, *descende*  
*de cruce!* quid enim ab hominibus  
potè speras? an fortè, ut ipse  
te æstiment & magni faciant? ab-  
erras, & nimium quantum decipe-  
ris! Te enim omni stulto de-  
deris.

derio, & cuius levissimæ voluptati, omni stimulo honoris & vanitatis postponent: quod si forsitan in comparationem venias cum scorto & meretrice ( ah nolo dicere, ne publico te dedecori exponam ) noli tibi nimium tribuere & blandiri, causâ cades, & postponeris: olim triginta denarijs venditus es; modò, cheu! non deerunt Christiani, qui te triginta solidis tradent; tam parvi enim æstimatoris, ut si in publico mercatu venalis prostrares, minoris frumento, oleo ulvâ passâ, alijsque rebus vilissimis vendereris. Frustra Osæ verbis, lamentaberis, quòd populus tuus diligit vinacia avarum; lamentari enim & plangere te finet, quotiùm liberit, modò illi commodis suis fruantur. Et tu his insuper habitis, etiamnum è cruce pendes? Ah descende, descende de cruce! tametsi enim, pro bono forsitan quis audeat mori, ut Apostolus dicit, sed pro gente ingrata, perfida, impia, injurijs infectâ, quis possit mori? Verùm enimverò, cui ego hæc ingemino? Dico nempe id Deo, qui tametsi satis id agnoscat, distinuat tamen, seque cruciari patitur, ac torqueri eorum ipsorum amore, qui eum tam parvi æstimator, nec solùm moritur propter remissionem precedentium delictorum, sed quod magis admirandum est, etiam in remissionem futurorum. Cùm autem ipse taceat, ego saltem apud vos illius partes suscipiam, vobis-

que supplex accidere, vos adjurare non desistam, ut tandem saturati offensis præteritis à futuris abstineatis.

XIX. Verùm quâ tandem ratione id meliùs præstabo, quàm ob oculos vestros tremendum illud spectaculum ponendo, in cujus præsentia hodiernâ die cælum inhorruit, tellus tremuit, & universa natura turbata est. Eja ergo popule amate! si mihi non credis, quòd Christus tui amore tanta pertulerit, tuismet oculis eundem aspice; an non summum ardentissimi amoris apicem Divina tibi bonitas attigisse videtur? Ecce *vita tua*, non amplius quasi pendens ante te, ut tot antè sæculis promissum est, sed verè pendens ante te. Edic, quid porò expectis à DEO pro te crucifixo, pro te lacerato, pro te integro sanguinis diluvio inundante? Ediffere, num summo amoris excessui aliquid adhuc addi posse credas. Quod si tuo etiam judicio nihil porò desiderari posse agnoscas, æquo saltem animo lamentantem ausculta: *Popule meus*, sic enim ille te verbis D. Bernardi alloquitur, *popule meus quid causa est, quòd inimico meo vestroque libet potius servire, quàm mihi? Eja responde, popule fidelis & dilectissime! quid causæ est, quòd magis inimico tuo, meoque servias, quàm mihi? An ille creavit te, sicut ego te creavi? an conservavit,*

ut ego te conservavi ? an necessarium tibi victum subministravit, ut Ego ? si parva hæc videntur ingratis, certè non ille, sed ego redemi vos ! Edicite, obsecro, quis omnia bona sua in vestri gratiam profudit ? Ego, an sathanas ? sathanas an Ego ? respondete : non ille, non ille, sed ego redemi vos ! Novi, quanti mihi steterint animæ vestræ, quantum sustinuerim, quantum vestri amore expendim. An parum id vobis videtur ? sic sanè levissimum ; assentiar vobis : verum an tanta amore vestri fecit inimicus meus ? quod si tantumdem ille præstitit, per me licet ; terga mihi vertite, illius partibus adherere ; si autem perdidit, & pernox in vestram solùm perniciem incumbit, quid causa est, quid causa est, quod inimico meo, vestroque libet potius servire, quam mihi ? Eja, enarret ille itinera vestri causâ suscepta, vigiliis enumeret ad vos docendos continuatas, sudores exaggeret in vestrum solatium sparsos, narret impotentiâ in vestri emolumentum exantlata, ostendat transfossam caput, membra distorta, manus clavis perforatas, hians è vulnere & apertum pectus, ut ego palàm exhibeo. Ah non ille, non ille, sed Ego redemi vos ! In eo solo forsitan erravi, quod, cum alij pereantari primum soleant, an is, quem ab hostili ferro redimere cogitant, servire sibi velit, ac tum primum

necessarium pro eo lytrum perficiant, ego autem prius vos redimerim, ac postea primum peccatus sum, an servire mihi velint. Revertere ad me, quoniam redemi te ! Ah Christiani ! necdum vobis commoventur, imò rumpuntur viscera, dum hæc vobis à Redemptore vestro auditis exprobrari ? Enim verò dignissimi essetis, quod ille penitus desereret, earumque nozarum veniam negaret, quibus cum offendere ausi estis, postquam illum è Cruce pendentem vidistis. Verùm hic ultimus tandem insatiabilis amoris excessus fuit, ut omnium offensarum præteritarum, & futurarum veniam liberalissimè vobis concederet : *dimitte illis* ! Hac enim deprecationis formulâ ulus est, nullâ factâ exceptione.

XV. Venia ergo, & indulgentia plenissima vobis conceditur, o Peccatores, gravissimorum licet delictorum rei ! modò ea cum sententia dolentis animi sensu detestemini. Venia vobis lusoribus ob blasphemias, quas effudistis ; venia vobis mentoribus ob tot perjuria, quæ fecistis ; venia vobis libidinosis ob effrenis vestræ lasciviæ turpitudines, cui immergi estis ; vobis quoque detractoribus, & vindictæ cupidis ; vobis homicidis, & sicarijs : ne porò dubitetis, omnia peccata plenissimè vobis condonantur : & quid dieo, condonantur ? non est hæc factis propria loquendi formula : apertis plenariam hanc nozarum veniam expresse

preſſit Propheta Nathan, cum Da-  
videm delicti ſui pœnitentem: & in  
amaras ſolortum lachrymas, dicentem  
audivit: peccavi Domino, illico ſub-  
iunxit, Dominus quoque tranſtulit pec-  
catum tuum. Non dixit, Dominus  
remiſit, delevit, condonavit tibi pec-  
catum tuum, ſed tranſtulit, quia  
graviffimum noxarum onus ex hu-  
meris noſtris in Chriſti humeros  
tranſlatum eſt: poſuit in eo Dominus  
iniquitatem omnium noſtrorum. Popule  
mi! Dominus tranſtulit peccatum tuum  
à te. Gaude & exulta, eſti dies  
iſta non niſi pijs planctibus deſtinata  
ſit. Peccata tua in humeris Domi-  
ni tui ſunt, onus Domini; Ille ex te-  
neritimo, quo te complectitur, amo-  
re ſua fecit peccata tua; pro te vult  
pati, pro te cruciari: tibi interea Eo  
loquente ridere licet, ſi libet: ſed  
quis tam inhumanus & ingratus erit?  
Nondum eſt tempus ridendi, mo-  
riendum prius eſt, moriendum. Re-  
cedite à me, amare ſtebo, nolite in-  
tumbere, ut conſolemini me! Ego ſa-  
ne nolo porro vivere, Deus meus,  
niſi vivam, ut amem te! Charitas  
Chriſti urget nos, ut, qui vivunt, jam  
non ſibi vivant, ſed ei, qui pro ipſis  
mortuus eſt. Quid? an ego mihi  
porro vivam, ne dicam inimico meo  
peſſimo? Ego ne vivam deſiderijs  
meis? ego voluptatibus? hoc enim  
verò Superi avertant! Quin mori po-  
tius eligo, aut, ſi non moriar, ſal-  
tem ejus ſol in amore vivere, qui  
pro me mortuus eſt; Illi laborare,  
illi ludare, totam illi vitam & vires

impendere: *anima mea illi vivet*, Pf. 21. 39  
*anima mea illi vivet!* An non & vos  
Chriſtiani, Chriſto ſoli vivere eligi-  
tis? quid porro præſtolamini? Eja  
venite, & duriffimo Crucis lectulo  
advoluti id ipſum palam proteſtemi-  
ni, veniam petite, miſericordiam im-  
plorate, aut ſi placet, ſinitè vices ve-  
ſtras ego ſuppleam, & omnium ve-  
ſtrum nomine perorem.

XXI. DEUS MAJEſTATIS ÆTERNÆ!  
ecce nos omnes mortis tuæ reos ag-  
noſcimus, & proſitemur! quid opus  
eſt diſſimulare? culpa enim verò no-  
ſtra eſt, ſed multò, ſed multò ma-  
gis Divini tui in nos amoris, qui te  
rigido Crucis trunco affixit? ſi enim  
amor tuus permiſiſſet, ut omnes in  
infernum detruderemur, ſicut ſum-  
mo jure merebamur, tum nulli pro  
te clavi, nulla flagella, nulli fu-  
nes, nulla ignominia, ſed ſola, &  
pura gloria fuiſſet. Tantine tibi  
erat ſalus hominum miſerrimorum,  
perfidorum, & perduellium, ut pre-  
tium tam eximio compararetur, pre-  
tium Sanguinis tui? O charitatem in-  
ſinitam! o amorem incomparabi-  
lem! Si mentes Angelicæ hac pri-  
mùm die orbem terrarum intrarent,  
& nec tui nec noſtri notitiam aliun-  
de haberent, o quantum decipe-  
rentur! certè longe majorum de no-  
bis æſtimationem conciperent, quam  
de te ipſo, dum te noſtræ cauſæ mo-  
ri viderent. Id ſaltem nobis gra-  
tiæ indulge Domine, ut tanto  
amori respondeamus. Pereat bar-  
barus ille, pereat, qui te non  
amat!



1. Cor. 16  
22.

amat ! Si quis non amat Domi-  
num nostrum J E S U M Chri-  
stum , anathema sit ! E consor-  
tio hominum expellatur , qui te  
non amat , cum feris habitet , &  
intra furias Acherontis ardeat ! In-  
ter homines , pro quibus mor-  
tuus es , porro non vivat , qui non  
decrevit , tibi soli vivere ! Quid  
ergo amplius expectatur. Si quis hoc

nondum statuit , deceat illico ; qui  
illud firmè proposuit , confirmet , &  
de novo contestetur. Tu vero Do-  
mine Deus , dignos nos fac tuâ ben-  
dictione , quam omnibus pariter ap-  
precor , omnibus impetior novita-  
tæ hoc momento auspicandæ feix  
initium, in nomine Patris, ut vigorem  
addat, Filij, ut nos illustret, Spiritus  
Sancti, ut nos inflammet. Amen,



SERMO

SECUN  
CONCORDIE  
INSTRUC  
POENIT  
CONFESS  
PANDI

## SERMO TRIGESIMUS

## S E X T V S.

DIE SOLENNI PASCHATIS.

*Oportet corruptibile hoc inducere incorruptionem, & mortale hoc inducere immortalitatem.*

2. ad Cor. 5.

I. Nter omnes, quas gentes & populi secuti sunt, Religionem, quæ veteres, quæ modernas, nullam, si Christianam solum excipias reperire est, quæ non singulari studio carni faveret; singulæ enim admiserunt quaslibet corporis voluptates honestas, plurimæ etiam inhonestas, Sola nostra Religio tam rigidam semper ac difficilem se carni exhibuit, ut merito non nisi in odium carnis & persecutionem nata credi possit. Vix illa in mundo apparuit, cum stricto ocyus acutissimo gladio, bellum, bellum, ait, hoc enim solum hominibus annuntio. Quicumque me sibi amicum desiderat, nullam mihi molliciei, nullam deliciarum, nullam quietis & otij faciat mentionem, palam enim prorester, in hunc finem me in mundum non venisse. *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Mox ordinatè ac distinctè legum sacrum formulam promulgat. Vos, inquit, qui quàm plurimas hæcenus thori consortes vobis adjunxistis, præter unam solâ, quam vobis indulgeo, dimittite universas, atque hanc ipsam ad desiderium prolis legitimæ, non verò ad effrænis abusum libidinis adhibere. Quod si verò gratiam meam, & favores singulares inire placet, etiam huic grandi, vos ipsos propagandi privilegio à natura concessò, haud grave vobis accidat renuntiare. Omnem sensuum voluptatem, quæ brutis communis est, sponte vestrà repudiate: quod si verò caro recalcitret, mihi obsecundare; commoda illi paupertate voluntaria subtrahite; victum frequenti abstinentia minuire; somnum importunis vigilijs intercidite; id si necdum sufficiat, ejusdem audaciam flagris etiam sanguineis retundite. Si quam usquam Ægyptus horridam silvam continet, intra illius horrores meo vos consilio abscondite, tum enim vero charissimi mihi eritis, si aliam præter scopulos & sepulchra domum non habeatis, ibi pro

O o o socijs

socijs vobis offero indomitas fer-  
 ras, pro victu amaras radices, pro  
 potu aquas inspidas, pro tegumen-  
 to fetas pungentes, pro lecto acutissi-  
 ma testarum fragmenta, quia verò  
 probè scio, vobis non obstante mo-  
 rum & vitæ innocentia plurimos ad-  
 versarios minimè de futuros, qui vos  
 à cultu meo intentis viribus avocare  
 perpetuò laborabunt; studiosè ca-  
 vete, ne me ullis aut precibus aut  
 promissis, aut minis inducti defera-  
 tis; quòd si quis ad fidem mihi ju-  
 ratam perfidè negandam vos impel-  
 lat, velim, ut promptissimè carnem  
 vestram ad lanienam, nervos ad tor-  
 menta, ossa ad ferras, dentes ad for-  
 cipes, oculos ad subulas, collum ad  
 enses, & secures offeratis. Exhibe-  
 bunt hinc vobis ardentes rogos, hos  
 illicò accepate; inde stagna gelu &  
 glacie adstricta, in hæc prompti vos  
 immergite; nec unquam vos, aut præ-  
 cipitiorum barathra, aut ferarum fa-  
 mes, aut rotarum, tormenta, aut sa-  
 gittarum acumina, aut rubentes igni  
 craticulæ absterreant, ut earum metu,  
 vel uni, quòd vos docui, dogmati  
 renuntieris. Hæc publica legum in-  
 timatio est, quam jam inde à prim or-  
 dio fides vestra sui sequacibus instil-  
 layit: Nolite timere eos, qui occidunt

Matth.  
 10. 23.

corpus. Ecce auditores, qui placent  
 ista? anne vobis animus est man-  
 dandi hæc executioni? Videor mihi  
 ad hæc nuntia, vos, videre animo tur-  
 batos ac mutos, ut nec hiscere qui-  
 dem præ pavore sustineatis. Sed ecce  
 animos erigite alacres; jam enim vul-  
 neri Panacæa paratur, & Aconito vici-

num solet in pratibus gemitare Antido-  
 tum. Illa enim ipsissima lex, quæ cor-  
 pus jubet odio haberi, malè tractari,  
 flagris cædi, & suspendi etiam, si opus  
 sit, cum Christi corpore è crucis  
 trunco: illa, inquam, ipsissima est, quæ  
 illud nobis restituerè parat, ut Christo  
 hodie restitutum fuit, ex lacero inte-  
 grum, ex infirmo sanum, splendens  
 ex livido, ex caduco immortale, et  
 patiente doloris expertus, adeo ut grati  
 instar sub terra Marci emoriatur, sed  
 ut reviviscat; putrescat, sed ut reho-  
 reat; perdat, sed ut in melle longè  
 pulchrius, vegetiusque, quam un-  
 quam erat, resurgat. *Oportet utrius-  
 que horum in hoc induere incorruptionem,  
 & mortale hoc induere immortalita-  
 tem.* Erit ergo hodie muneris mo-  
 succinctè vobis demonstrare, quæ  
 æquum sit, ut in partem præmij re-  
 niat in paradiso corpus, quod tan-  
 tam dolorum partem sustinuit in  
 mundo; ut certi sitis, si sacratissimo  
 hoc quadraginta dierum spatio mor-  
 tum in carne passi estis, jejunijs,  
 abstinentijs, asperitatibus, vos quoque  
 in eadem carne, sed gloriosa, æternam  
 in cælis gaudia percepturos.

II. Pyrrhus in Epiro celeberrimus  
 belli Dux, cum se à militibus aquilam  
 honorificè appellari audiret, ob celo-  
 ritatem, qua solitus erat repente re-  
 pervenire, configere, debellare: Ego  
 quidem, ô milites, inquit, aquila sum,  
 vos vero alæ meæ estis, quibus ad  
 excelsa enitor. Quod Duci sunt mor-  
 tes, id ipsum, ni fallor, dicere poterit  
 anima, sibi esse membra corporis,  
 esse nimirum alas, quibus in cælo

quom perpetuo occupatis anima se-  
ipsum in statum sublimiorem extol-  
lit. Si enim verum eloqui placet,  
quæ tandem vel levissima operatio  
est, quæ anima absque corporis ad-  
miniculo perfungi nunc posset? nec  
vocem formare articulatam, nec pe-  
dem figere, nec ullam mente cogita-  
tionem concipere potest. Si afflicta  
dolorem vult exprimere? lachrimas  
& suspiria à corpore mutuat; si gavi-  
sa cupit gaudia sua explicare? risus  
& tripudia à corpore accipit. Frustra  
ipsi tot stellæ lucent in firmamento,  
si corpus oculos non indulgeat ad  
caelum contuendas. Corpori debet  
omnem, quem à ciborum gustu reci-  
pit saporem; omnem, quem auri-  
bus bibit, sonorum ac concentuum  
Harmoniam; omnem fragrantiam  
ab odoriferis; omne gaudium à lu-  
sibus; omnem requiem à somnis:  
utque totam cum Tertulliano in  
compendium redigamus: *Quem na-  
tura usum, quem mundi fructum,  
quem Elementarum saporem non per  
carnem anima depascitur?* Vobis er-  
go, considerandum relinquo, quo  
amoris affectu anima corpus prole-  
quatur, à quo brevissimo temporis  
spatio tam utilia recipit obsequia: cer-  
te tam arcto fraterni amoris vinculo  
eisdem copulatur, ut nihil magis,  
quam ejusdem damna timeat, nil po-  
tius desideret, quam ejusdem emolu-  
menta. Hinc quàm ægré inducere-  
tur anima ad corpus spontè subjicien-  
dum tam gravibus difficultatibus, quæ  
nostra Religio vel docet, vel præcipit,  
vel consulit, si non etiam in illud ali-

quis fructus redundaret? Magnani-  
mum quendam belli ducentem con-  
siderate: hic certe non est contentus,  
prædâ victoriæque laureâ, quam  
præliando consecutus est, solus po-  
tiri; verum vult præmij partem pa-  
titer dispertiri in eos, qui cuniculos  
egerunt; & in eos, qui primi in mœnia  
eluctati sunt; & in eos, qui turmarum  
ordines direxerunt; & in eos, qui in-  
cedentem exercitum duxerunt; & in  
eos tandem pedites, qui ad sarcinas &  
impedimenta remanserunt custodes.  
Ita sanè David fecit, cum mediocri  
etiam num dignitatis Ducem ageret;  
movit is quadam die sexcentis suorum  
stipatus in turmam quandam Amale-  
citarum: qui terras suas suppellectilis  
expilatione, armentorum spolijs, fœ-  
minarum & infantium raptu devasta-  
verant; ad torrentis crepidinem dela-  
tus ducentos suorum ita defatigatos,  
ut fluvium trajicere non possent, ad  
illius littora reliquit; cum reliquis ve-  
rò quadringentis, superato alacriter  
torrente, hostem recenti adhuc vi-  
ctoriâ elatum, ac palantem impro-  
visò invasit, obruit, dissolvit, fugavit,  
profligavit, omni rursus prædâ re-  
cuperatâ, Jamque eam victores se so-  
los inter partiri decreverant, cum Da-  
vid: minimè verò, inquit, id fiat, ô mi-  
lites! quantumvis enim partem præ-  
dæ vestræ vobis libenter concedam,  
ubi tamen remanet sua pars illis, qui  
lassi ad torrentis ripam perstitere?  
quid? reponcbant illi: ignavis illis &  
nauci hominibus partem prædæ? quæ  
enim illis spoliiorum portio debetur?  
qui dum calor pugnæ ferveret, inter

arborum umbras, & murmurantium undarum tepores delituerunt? Ego autem, respondit David, sic & non aliter fieri præcipio; atque ab eo tempore edicto publico sanxit, quod dein apud Hebræos inviolabili lege stabilitum est, ut ex omni præda hostibus erepta, pars æqualis cederet ijs, qui in prælio conflixerunt, & pars æqualis ijs, qui ad exercitus impedimenta remanserunt: *Æqua pars descendens in prælium, & permanentis ad sarcinas.* Jam ego hunc in modum discuro: si rationi congruum est, ut pars præmij etiam illi cedat, qui conflictus tempore nil aliud egit, quam custodiam impedimentorum in tentorijs derelictorum, quia & hic comparandæ victoriæ quadantenus cooperatus est; an non pariter æquum est illum præmiari, qui vulnera recepit? qui sparsit sanguinem? qui membra mutila retulit? qui vitam exposuit, & dedit? an non autem hæc omnia corpori incumbunt, sive pro fide, sive pro Justitia decertemus? corporis sanè, non animæ sunt illa vulnera, quæ enses & lanceæ infligunt; corporis est ille sanguis, qui substratam tellurem irrigat; corporis sunt membra illa abscissa, quæ satiant leopardos; corporis est vita illa, quæ morti immolatur; & præmij expers corpus sit? certe si res ita se haberet, animus à corpore tantum non auderet expetere, atque adeo perpauci forent, qui Religionem vel ad Judicium tribunalia defenderent, vel illam in carceribus retinerent, vel perpetuo commodorum suorum dispendio ejusdem emolumenta procura-

1. Reg.  
30.24.

rent. Bene ergo, justeque decernit Deus, ut & corpus unà cum animæ æternis præmijis mactetur, quodque in labore fuit conjunctum, etiam in præmio percipiendo non separetur. *Oportet, oportet, corruptibile hoc indantem incorruptionem, & mortale hoc indantem immortalitatem.* Cur autem oportet? Si Nazianzeno assentiri placet, quia æquum est, & rationi consentaneum, *Ut cum anima cognatam carnem receperit, eam quoque ad gloria celestis hereditatem secum admittat & jucunditatem suas cum ipsa communicet, quæ arunarum particeps fuit.*

III. Hinc ego amplioreni dicendi campum nactus, sic porro sermoneis prosequor. Notum vobis est, Audientes, nos ob singularem, quæ est sensibus dependemus, necesse sit, ut non moveri ab objectis sensibilibus, quæ spiritualibus & abstractis, Examinate, si lubet majorem hominum partem, etiam non trivialium, videbitis, sicut ipsos plerumque minimè comprehendere posse, quomodo tandem tantam voluptatem in litterarum studio invenire sit, ut nonnulli sese spontè includant, intra musæi angustias cum mortuis cõversentur, tenuerit ne solas venationes dedigne nent, obliviscantur cibi potusque, & si forte de Phæacis tantæ famæ scriptore dici audiant, cum, licet fame bene extenuatum, nihilominus oppiparum convivium, quod illi in Phæacia adorabatur, ideo reliquisse, ut elegantissimè confectas Homeri lucubraciones evolveret; id totum risu & cachinnis explodunt, velur verborum jactantiam, ut

dictu facilem, ita difficilem expugnatum. Hoc posito, dicite obsecro, quâ ratione Deus à tanta hominum etiâ rudissimorum, & disciplinæ expertium multitudine obtinere potuisset, ut sui amore sponte suâ corporeorum, sese honorum voluptate privarent? qualia sunt divitiarum splendor, commodi proprii abundantia, illecebrarum copia; si eorum loco præmia ipsis promississet qualitate quidem sublimia, à sensibus tamen non comprehensibilia? Ignosce magne Deus, si penitius in hanc materiam audeam dicendo penetrare, minimè me latet, Beatitude, qua in caelis beati quietissimi fruuntur, esse visionem vultus tui remoto omni velamine, & distinctam notitiam arcanorum tuorum; Tu ergo oculis hinc meis concedas, ut ad felicitatem tuam quondam te contueri possint, quando aliud bonum non curabo. Tuum enim vero mens mea & cogitationes vasto illo magnitudinis immensæ oceano absorptæ, ubi non invenerint nec litus, ad quod appellent, nec fundum, in quo firmetur, plenam mihi facultatem relinquent, jucundo hoc voluptatis æternæ naufragio me submergendi. Admirabor ibi ternarium Personarum ineffabilem, qui quamvis numerum addat, Essentiam tamen non multiplicat: contemplanter tantas relationum formas, nulla tamen subordinatio nis dependentiâ imperfectas; tantos oppositionum terminos ab omni discordiâ periculo remotos, Primum videbo, qui secundi Principium est, nec illud tamen præcedit, agnoscam

secundum, qui à primo ducit originem, nec tamen ab eo dependet: intuebor tertium, qui à primo & secundo procedit, nec tamen secundi frater est, nec primi filius. Ibi intelligam, qui fieri possit, ut in Deo perennis inveniatur fecunditas, cum tamen non nisi unicum filium possit generare; qua ratione fecundia perfecta sit, cum tamen non nisi unicum Verbum possit exprimere. Circa illa verò quæ ex Divinis scripturarum Oraculis hinc didici, ibi intelligam, quomodo Deum pœniteat, nec tamen ille voluntatem mutet; quomodo irascatur, nec tamen impugnetur; quomodo contristetur, nec tamen affligatur, quomodo proficiatur, nec tamen mutet locum? quomodo totam universi molem uno digito sustineat, nec tamen sentiat onus; quomodo provideat omnibus & singulis actu unico, nec tadio afficiatur; quomodo liberalissimus sit, sed sine damno? liber ex toto, at sine mutatione, intelligens omnium absque recepta specie; ubique præsens, sed omnis loci expers; antiquissimus dierum, sed absque tempore; novissimus omnium, sed sine initio. Hoc enim verò, non eo inficias, bonorum omnium summum erit, quod me, si dignus esset, æternum fortunatum efficiet ac felicem. Sed quid vos ad ista auditores? video hinc non neminem somno indulgentem, alterum ad somnum se disponentem, nec desunt in ævoto famineo sexu, quæ censoriâ armatæ virgulæ se continere porro non possunt, quin intra semetipsas dicant, me niuis alta

tentare. Nec sanè id mihi mirum accidit, qui ea ipsa bona, de quibus vobiscum differo, minimè comprehendo. Infantis instar agglomeratis vobis balbutio, quò magis ob suam oppositionem admirandis, eò minus à me ob suam profunditatem intellectis. Ponite ergò, aliam Deum felicitatem in caelis non proposuisse seruis suis, quàm haec omnium maxi-

1. Cor. 2.

9.

Num. 21.

5.

ma: quam *oculus non vidit*, quam *aure non audivit*, heu ! timeo sanè, ne dicant quàm plurimi, se illam minimi facere: *Nauseat anima nostra super cibo isto levissimo*, propterea se cum Hebræis nolle propter cœlette manna relinquere sturnos & coturnices, seu quod idem est, pro bono nimium quantum à sensibus remoto, atque ipsi intellectui imperceptibili nolle se tot alia bona, quæ perspicua sunt, ac sensu palpabilia deserere. Quid ergo fecit errorum nostrorum patientissimus Deus? debilitati nostræ sese accommodavit; atque ea paravit in caelis, quæ non solum corporeis æquivalent, sed & qualitate forent similia, adeò ut hæ quoque manus, hæ aures, hæ nares, hoc palatum, hi oculi, proprijs suis illecebris perferentur, ut innato cuius desiderio fieret satis. *Oportet, oportet, corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Id quod probè advertit beatus Laurentius Justinianus, cum scriptum posteritati relinqueret, quòd *caro spiritualis effecta, nihilominus tamen per omnes sensus suos multumodis exuberabit delicijs.*

Lib. de  
discip. &  
perfect.  
monastic.

IV. Hac ipsa de causa inexcusabiles

penès DEUM sunt omnes illi, qui æterna salute privantur. Quid enim? dicite, amabo, Christiani! quid mihi opponetis, si ad reportandum de vobismetipsis victoriam vos adhorter? ut ijs nimirum voluptatibus renuntietis, quas laxatis habentis vestris sensibus indulgetis? an vos torquere; an resistere poteritis? posse equidem; non eo inficias, durum vobis videri, illo aures vestras solatio privare, quod percipiunt ex vocum muliebrum harmonijs, quibus crebè personant aut theatra vestra, aut vestra convivia, aut vestra vigiliæ: si omni simili illecebrâ potest hac carendum foret. Verum dum ego vos securos reddo, eodem voluptatis genere vos fruituros, modo profus perferiorem, ac sensus suavissimè mulcente, nec brevis durat horulæ spatio, sed totâ rem æternitate, ubi ad nutum promptissimos habebitis cœlestes muscos, persolutos Choraulas, & instrumenta paratissima; cur usque adeò molestum vobis accidat, id solatij genus, non dicam perdere, sed solum differre? An non sæpius audivistis? primum sonum chelis, plectro à manu angelica percussæ, animam Divi Francisci Seraphici febricitantis in profundissimæ voluptatis & gaudij torrente adeò submersisse, ut ruptis animi aggeribus, etiam in corpus regurgitaverit, adeò quidem, ut omnes morbi licet contumacis, quibus momento temporis absterentur, nullo vel debilitatis, vel doloris signo relicto. Hac ipsissima voluptas

te etiam vestrae aures gaudebunt, non tamen ut Francisci, momentanea & fugaci, sed permanente & stabili. An non ergo illius amore, quamdiu vita superest, omni mundanae vanitatis harmoniae repunctiabitis? Vos quoque gastrimargi & epulones, minime velim illa voluptate aeternum privemini, quam in tanta saporum ciborum varietate gustatis; sed id unum cupio, ut tantisper praestolemini, usque dum caelestis illa mensa adornetur, de qua dum raptim, & primis labris gustasset Abbas Salvius, cibos omnes morales hinc aliter, quam Aconita Tartari comedebar. Nec animus mihi est, o Juvenes, ut aeternum illi delectationi renuntietis, quae gaudetis modo, dum illecebram formae ejusdem pulchritudinem contuemini, parvulas à vobis desiderio inducias, usque dum ad illa speciosissima consortia introducamini, quibus cum per visiones tantum quondam Abbas Silvanus gavisus esset, omnem faciem humanam lrvæ instar diabolicæ exhorruit. Quid quaeso ad hæc respondere poteritis? an enim aliud à vobis exigo, quam ut id ipsum obtineatis, quod modo tam avidè exardetis? Hæc enim vero genuina persuadendi forma est, ad id ipsum vos exhortari, quod ipsimet anhelatis: *Vera ratio persuadendi est, cum id poscitur, ut impetremus à vobis, quod concupiscitis*, dicebat quondam & perbene D. Eucherius. An non enim solatijs corporis vos satiare cupitis? & ego volo, ut eisdem satiemin; hoc solo

discrimine, quod vos impurissimas illas delicias velitis, ego verò purissimas, vos defectivas, ego perfectas, vos breves, ego aeternas. *Hec quod exiguum amatur, & insinuamus, ut ametur aeternum.* Id unum me inter & vos discriminis interest, quod, ubi vos id quod minus est, exposcitis, ego offeram, quod est amplius. An id vobis adhuc negligendum videtur?

V. Id equidem non negaverim, expectandas etiamnum paulisper delicias illas, quas vobis adpromitto; *Patientia vobis necessaria est*, dicebat *Ad Hebr. 10. 36.* Apostolus, *ut reportetis promissionem.* Si verò cambium longè magis proficuum est, tamen si tardius non nihil reddatur, quis illud acceptare renuit? Ponite, quaeso, vitorem ad initium mensis Augusti, cum uva etiamnum parvula est, & acerba gustatu, vindemiam auspicari, ut cellas quamprimum vino repletas obtineat. Ponite illum congregate vindemiatore, dispersi cultellos & falculas, truncare botros, implere corbes, & gementibus torcularibus mustum cogere, quid quaeso ad hæc diceretis? An stultam hanc celeritatem, & insanam avaritiam probaretis? nunquid clamaretis potius? Abstine manus, siste grellum inconsultissime & bonorum tuorum prodige economæ! nunquid melius est, vinum paulò tardius recondere, quando nimirum erit dulce & generosum, quam illud citius quidem inferre cellarijs; sed acerbum, immite, ac immatuum, atque adeo proximum corruptioni? Id ipsum diceretis hortulano, poma necdum matura decerpere



cerpere paranti, diceretis messorum, spicas nondum flavescens falce secanti, id ipsum venatori, silvas & saltus nondum feris habitatos importunis clamoribus pervaganti. An non idem de vobis mihi dicere liceat? qui in hac presenti vita, tanto cum dispendio illas voluptates anticipare vultis decerpere, quas tanto vestro emolumento futurae vitae servare deberetis? Ut enim acutissime dixit Philo Hebraeus: *Oblectamenta praesentis vitae, quid sunt, nisi furta delectationum vitae futurae?* Si ergo ita se res habet, respondere, obsecro, Christiani mei! An non Deus, cum etiam corpori sua praemia reservet, illudque in partem gloriae, quali hodierna die Christi corpus dotatum est, admittat, an non, inquam, omnem excusationis locum eidem sustulit, quando spiritui se submittere, rationi cedere, in Christi gratiam se subjungere detrectat? Quin ego dico vobis, omnem excusationis locum etiam illi adeoptum, quicumque ignavus, non dicam corporis castigationem, sed vel mortem timet, qui que non summis votis expetit illud, quod terribilium omnium terribilissimum haecenus vocabatur. Quia tamen vela turgida diutius orationis cursui expandere, nil aliud esset, quam auram benignitatis vestrae haecenus mihi concessa abuti, finite, ut in alto adhuc mari fluctuans, anchoras jaciam, eo duntaxat fine, ut in favorem pauperum, larga piscatio instituat, tum enim verò navium continenti advertere allaborabimus.

## PARS ALTERA.

EX hoc ergo perspicuum videtur, neminem nostrum excusari posse, qui cum Redemptore in vitam meliorem sibi novit aliquando resurgendum, & nihilominus non solum mortem, sed & sensuum afflictionem timet. Fortissimus Cato, cum jam jam expirantem videret Romanam Republicam libertatem, morte celeriter vitam finire decrevit, ut palam faceret, neutrum alteri superstitem esse posse, nec Catonem libertati emortui, nec libertatem extincto Catoni, lethalem ergo pugionis ictum ex sibi manu infixit, quam ad id usque temporis omni sanguine puram servavit: accurrerunt illic ad eum continendum multi, qui ferram quidem è manibus eripere, plagamque hiantem obducere potuerunt, audaciam autem ejus retundere non potuerunt, cum enim sibi solos tandem relictus esset Cato, collegit supremas, quae supererant, vires, & iratus, quantum prius Caesari, tantumdem sibi ipsi, quod primo ictu sibi animam elidere nescivisset, rupit omnes, quae vulnus agebant, fascias, suumque spiritum, rerum omnium, etiam sui ipsius contemptorem non lento exitu dimisit è corpore, sed ultimo in actu protrulit: *Non emisit, sed ejecit.* Stulta haec erat temeritas, non negaverim, nec mihi enim hic velut encomiis dignam, proponere animus est; novi enim perquam impium esse, in naturae despectum mori, quam vivere. Quod si verò è

Seneca

Seneca percontemini, quis tantam  
 Catonis animo: fortitudinem, & bra-  
 chio robur dederit, ut morti insultaret,  
 eandem provocando: dicit ille, totū  
 id inde provenisse, quod librum illum  
 eximium cui phædoni nomen, evol-  
 verit, ubi Plato humanæ animæ im-  
 mortalitatem demonstrat. *Ferrum se-  
 rit, ut mori posset: Plato, ut veller.* Cum  
 enim persuasum sibi haberet, animam  
 unā cum corpore emori non posse;  
 facie existimavit, partis unius jactu-  
 ram pati, maximè cum brevi in capti-  
 vitate Cæsaris redigendus, vitam si-  
 bi vel ad pedes carnificis amittenda-  
 dam, vel dono ab inimico retinendam  
 videret. Jam mihi velim respondeatis  
 si unica hæc cogitatio tantos Catoni  
 animos addidit, quid futurum fuisse  
 existimatis, si firma fide tenuisset, nec  
 alteram hic partem verè perdendam  
 sed in terra depositi instar derelictam,  
 & pulchriorem, magisque vegetam,  
 quam fuerat, quadam die recipiendā?  
 quid verò, an non maximum robur  
 illi accessisset, si etiam corpori eandem  
 obventuram immortalitatem, glo-  
 riam, & felicitatem, quam soli animæ  
 attribuerat, credidisset? Hoc autem  
 totum, quantum est, nos nobis-  
 metipsis promittere possumus, maxi-  
 mè dum Jesum nostrum hæc die à  
 morte redivivum intuemur; & adhuc  
 timeamus, non dico provocatè in or-  
 tem, cum Deus eam retardat, sed illam  
 acceptare, cum Deus illam immittit?  
 Oignaviam tō animi vilitatem! Non  
 me later, sæpe numero Solis eclipses  
 vos magnā voluptate spectasse; hinc  
 si perspecta vobis esset animorum  
 R. P. Segneri *Quadragesimale.*

confusio, quæ certōs inter eosque  
 rudes Peruvij populos sole deficiente  
 exoritur, certè in stuporem rapere-  
 mini. Subitò enim tantus scæmineum  
 intra sexum plandus & mæstitia,  
 tam concors, tam vehemens, & uni-  
 versalis insonat, quasi æternum solis  
 mundo exilium immineret. Vestes  
 dilacerant, evellunt comam, genas  
 unguibus sauciant, utque iram illam,  
 quam in caelis accensam credunt,  
 nonnihil mitigent, acutis piscium spi-  
 nis sibi venas incidunt, largo sangui-  
 nis profluvio undique emanante.  
 Nos autem ad hæc omnia risu solvi-  
 mur, nec eclipsis utcunque raris &  
 insolitis terremur, aut turbamur, quin  
 potiùs, ut eandem pensiculiùs ob-  
 servemus, vasa aquis plena depromi-  
 mus, atque ibi veluti in lacu specula-  
 ri, tantò limpidiore, quanto minùs  
 agitato, singillatim, fideli reflexione,  
 omnem earum motum, principia, de-  
 clinationes, progressus, & decremēta  
 consideramus, aliosque certatim &  
 magno numero ad eandem theoriam  
 invitamus, ut pari nobiscum audaciā,  
 tam pulchri vultus deliquia & lan-  
 guores contemplantur. Unde quæso  
 tanta animi securitas? quia nimirum  
 longā cælestium regressuum experi-  
 entiā docti, brevi temporis inter-  
 vallo obscuratos planetæ splendores  
 restituendos postliminid, illosque  
 absconditos tantum, non verò extin-  
 ctos esse, cognovimus. Id ipsum per  
 mortem corporibus nostris scimus  
 accidere, & adhuc gentilium more  
 timeamus, qui nec æternæ vitæ, nec  
 corporum anastasis spem ullam ha-  
 bent?

P p p

1. Thess. 4. 13. bent? & contristabimur, sicut & ceteri, qui spem non habent?

VII. Hæc sanè vilitas animi prorsus inexcusabilis foret, maximè cum hac ætate videamus, imbelles fœminas, & infantes teneros pudori sibi ducere, vultum & præsentiam mortis cujuscunque formidandæ, vel minimè expavescere: quin crucibus affixi lætos hymnos cecinere, ut Vitus & Mausæ, adolescentuli ætate amabiles; aut inter incendia triumphales choræas duxere, ut Apollonia & Lucia, virgines innocentes; ut nihil dicam de Laurentio, etiam in ignita sartagine jocante, & carnes igni affatas in lautum prandium voracibus tyrannis suis offerente. *Ne lateris inimica mea super me.* Ecce iustos verbis illis appositis à Michæa Propheta doctos, & morti insultantes: *Ne lateris inimica mea super me.* Eia mors superba, triumphum de me velut subjugato age. *Confurgam, cum sedero in tenebris,* postquam in profunda sepulchri umbrâ mortuus brevi tempore jacuero, resurgam vivus. *Dominus lux mea est:* an non enim scio, quodd Dominus sol meus erit, qui mihi vitâ restituet? *Itam Domini portabo, quoniam peccavi ei.* Feram, utpote peccator, justam ejus indignationem, resolutus in cineres. Sed hoc quamdiu? *donec causam meam judicet.* Ad usque judicij diem, non ultra; & tunc quid erit?

Mich. 7. v. 8. & seq.

*Educat me in lucem,* educet me in lucem. O gaudium, ô jubilum, ô triumphum! *Educat me in lucem;* tum enim vero è sepulchri tenebris protrahar, ut fruar luce, non jam amplius caducus, sed immortalis; & *debo justitiam ejus,* intuebor, quoniam justus sit Deus, quippe qui corpus sui amore passum præmio tam condigno donabit. Quis ergo sapiensissimum Dei nostri decretum non admiretur? qui non solum animæ propriam in cœlis immortalitatem, propriamque beatitudinem decrevit, sed ad eandem gloriæ participationem etiam corpus voluit admittere? atque ideo, hodiernâ triumphalis anastasis die illud Christo restituit, ad spes nostras animandas. Si id ipsum nobis adpromittit, potest sanè fides à nobis exigere, quidquid deum precuerit. Patiatur caducum corpus, subjugetur, supprimatur, attenuetur, & modis magis horridis destruantur. O felix illud & beatum! Namque crudelitatis genus non est, è granarij quiete semina deponere, & illa aquis, ventis, gelu, pruinis, æstu, & ardoribus, cunctisque camporum injurijs exponere, cum id ipsum incrementum, quod sub terra marcescit, & emoritur, illud ipsum, inquam, frumentum debeat revirescere, ac reflorescere, nec sanè reflorescere possit, nisi sub terræ gremio prius ematui fuisset.

## SERMO TRIGESIMUS

SEPTIMVS.

DIE LUNÆ POST PASCHA.

*Sperabamus, quia ipse erat redempturus Israel, & nunc tertia Dies est hodie, quod hac facta sint. Luc. 24.*

**I**met, quisquis amat? nunquid id verissimum est, Auditores? quin ita timet, quisquis amat, ut nimium timeat: ad omne dubium etiam improbabile palpat, ad omne periculum etiam levissimum expavescit: *Res est solliciti plena timorū amor.* Nollem tamen vos mihi indignari, si candore nimis ingenio meum vobis timorem detegam, qui matutino hoc tempore cor meum occupavit. Metuo enim vero, ne forte brevi à sancto illo vitæ tenore deflectatis, quem sacro hoc tempore animosè concepistis. Ne vos hoc ostendat, auditores; timor enim iste meus non oritur ex gravitate periculi, quod videam, nec à exigua existimatione, quam de vestra pietate, de vestra fortitudine, de vestra prudentia habeam; sed si vestrâ licet veniâ loqui, ex amore nimio. Quamvis, ut verum fatear, nec periculum tam leve est, nec adeo incertum, ut operæ pretium non sit, illud prævenire. An non etiam auribus percepistis, quod in

Evangelij contextu prælectum est, de geminis illis celebratissimis peregrinis in Emaus? Hi quidem, quis ibit inficias? primò satis fideles erant, si demque integram Christi sermonibus præbebant, indubitata resurrectionis ejus spe conceptâ; *Sperabamus, quia ipse erat redempturus Israel. 21.* Cum autem jam tertiæ diei serus vesper ingrueret, absque eo ut Christum viderent, quid fecere miseri? incepterunt vacillare, quin diffidere ac tandem omnino fide labi, usque adeo, ut Christo necessitatem imposuerint, eos criminandi, ut incredulos iisque velut mente captis exprobrandi: *O stulti & tardi corde ad credendum! Luc. 24.* Adeo vel modicum sufficit, humano animo à bonis propositis avertendo. Quis porro me securum faciat Auditores, antequam crastinus vesper immineat, id est diei tertiæ crepusculum, ne de vobis etiam non novo animo mutet, & inversâ priori voluntate, si dem Christo datam non servet? quis mihi promittat, neminem vestrum antiquas præses & dolos exercitum? neminem in pristina lusuam

confortia sese ingesturum, neminem mores antiquos, quos tantum prius detestabatur, rursus assumpturum? Hac ergo die id unum vobis decrevi demonstrare, ne constantiæ vestræ nimium confidatis, idque eam tantum ob causam, ut tantò firmiter in ea stabiliamini. Faciles ergo aures à vobis expeto, quas ille meretur, qui in id unum semper incubuit, ut, quod vobis proficuum esset, proponeret, insuper habito omni alio applausu (uti ex omnibus sermonibus vobis perspicuum est) præterquam illo solo, qui fortè potuit illi oriri ex eo, quòd vestris commodis sincerissimè studuerit, & quod vobis saluberrimum potest accidere, unice persuadere allaboraverit.

II. Et primò quidem minimè vobis negaverim, Auditores, hanc novam vivendi formam ad virtutis amissam correctam, ab initio difficilem vobis, & acerbam futuram: antiquæ enim vobis blandientor illecebræ, animi affectus rebelles insurgent, propterea violentia vobismet ipsis erit inferenda, ut perseveretis. Sed edicite! quanto temporis spatio vobismet ipsis erit vis inferenda? nunquid annis integris, longoque, qui vobis etiamnum superest, temporis decursu; usque dum ad vitæ terminum pertingatis? Deum bonum! & quid tandem foret, Auditores, si mors illa quam vobis procul distitam & ipsa longinquitate distantia obscuram imaginamini, vicinissima domui vestræ immineret, vosque interea ex perseverandi impatientia vel

pauculis adhuc mensibus in cæpio vitæ statu tam sapientiæ conformi, tam moderato, coronam perseverantibus promissam perderetis? Nescio, an unquam mente percipientis observationem illam, quæ, quotiescunque animo meo incidit, parum abest, quin ex oculis pietatis lacrimas exprimat. Præstolati sunt miseri Israëlita Moysen in monte degentem magnâ longanimitate, nec minimo indicio aut animi rebelli, aut voluntatis in divino timore instantis edito, cum tandem tanto moræ nimium diuturnæ correpti, fastidire cœperunt, & Moysen, aut sui penitus oblitum, aut saltem diuturnè moraturum, aut non amplius omninò reverenturum arbitrati, novum sibi ducem eligere decreverunt, utque illum facilius ad voluntatis sui arbitrium inflecterent, minimè indignati sunt vitulo se subicere ex toto solo: *Mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentium fenum.* Jamque alacres modestiorum morum dissolutione, pietatem labibus, religionem avitam Idololatricam commutaverant, cum ecce repente Moyses supervenit, qui ad spectaculum tam indignum zelo implacabili æstuans, tabulas legis illico lapsas confringit, Aaronem increpat, simulacrum igni dissolvit, tanquam tribu Leviticâ sibi adjunctâ, fulgurem instar per media multitudinis castris & attonitæ castra desævientem, viginti tribus circiter hominibus interfecit, macello tantum magis

magis horrido, quanto magis violento. Quæro nunc ex vobis Auditores, quot dies eos Moysen præstolando impendisse creditis? Certè non nisi triginta quinque circiter, juxta doctissimi Abulensis commentationes, adeo ut si eadem patientiâ animi adhuc quinque dies adjecissent, tot enim ille diebus reditum distulit, certè nec crimen tam detestabile commississent, nec macellum tam sanguinolentum sustinissent. Et vos ad magnam compassionem non movet tanta infelicis populi calamitas, ob paucorum dierum inconstantiam tantis se malis involventis? O infelicitatem inexplicabilem! O casum acerbissimum, & inexpectatum! Jam tandem assequor verissimum esse, quod in divinis proverbiorum oraculis legitur, illum, qui impatientiâ vincitur, non nisi stultissima decernere: *Impatiens operabitur stultitiam, Impatiens exaltat stultitiam*. An non enim in hoc facto perspicue apparuit, Jam quid si par infelicitas vobis quoque immineret? Vos mortem longè à vobis distam existimatis, atque adeo correpti tædio, intra vos ipsos dicitis: quid faciam? tantisne annis in tali vitæ norma porro persistam? tantisne annis absque omni vindictæ solatio? tantisne annis absque omni sensus voluptate? tantisne annis sine ullo verbulo licentioso? quis possit tandiu resistere? Nunquid dilectissimi mei, nunquid in hunc modum ratiocinamini? an non autem accidere posset, ut rationes hæc, quas extenditis ad plures annos, fortè nec

ad paucos menses, nec ad paucas hebdomades, imò nec ad paucos dies pertingant? forsitan mors jam appropinquat, jam rotat ferrum, jam ictum librat, jamjam vitam eripit? & vos ob tempus tam exiguum animis conciditis? *Va ijs, qui perdiderunt Eccles. sustinentiam, & dereliquerunt vias reitas, & diverterunt in vias pravas.* Ita enim inconstantibus Ecclesiasticus minatur. *Va ijs, va ijs!* Quid ergo foret ô Christiani, si numero infelicitium horum accenseremini, derivatâ in humeros vestros eorum calamitate? O quos in singulos, & fremitus totâ reud æternitate solveremini, ac horis singulis, in inferno positi, & impatientibus illis Israelitis aggregati exclamaretis; Heu! quinque dierum causâ, quinque dierum causâ, quos sustinere renuimus, in hunc locum detrosi sumus, & tam exigui temporis impatientia omnium sæculorum pœnis solvenda est.

III. Verùm dicamus ampliùs, & permittamus, vitam vestram in integra adhuc ætatum spatia extendendam, quos vobis & ætas florida, & vitium robur ac vigor adpromittunt. Nostisne causam, cur adeo difficile vobis accidat, morum innocentiam conservare? quia nempe semper cum iisdem vobis difficultatibus luctandum esse existimatis, quas in præsentiarum experimini. Hoc autem à veritate prorsus alienum est. Certè diebus singulis præsens difficultas imminuetur, & quemadmodum ad solis ortum nebulae fugiunt, & ad ignis præsentiam fumus evanescit, ita & in

vobis divinā adminiculante gratiā ex animo vestro disparebunt angustiae, anxietates, & affectus inordinati, qui modò illum tam sp̄sē obscurant, Quis vestrū non meminit Samsonis, tam infaustè in Philistæorum manus il-lapsi? Erat sanè spectaculum commiseratione dignum, videre, hominem tam fortem esse ludibrium plebis tam abjectæ: clausus carcere, vinculis gra-vis permittere debebat se ab inimicis suis utroque lumine orbari; sub-indè jumentū instar molæ applicitus, circumstantem densissimam puero-rum petulantium, senum invidorum, & foeminarum impudentium, omni-terratim insultantium turbam, tolera-re; ad hoc flagra, quasi ignavus, ab illo ludibria tanquam cæcus substinere cogebatur; nec unquam illi à misero discedebant, nisi insidiis pugnis, im-pactis calcibus & colaphis, probè ge-nio suo crudeliter litassent. O Samson, Samson! ubi erat virtus illa, quæ te prius adeo formidandum effecerat? Vis, inquam illa, qua rudentes circum-positos rumpebas, ut stipulam paleæ ad ignis odorem dissolutam? Ubi ner-vus ille vitium, quo civitatis portas æneas, è cardinibus avulsas, hume-risque impositas auferebas, quasi pen-nicillo in tela depictas? an non tu eras, qui cum ipsis leonibus singu-lari certamine luctabaris, eos ma-nu inermi comprimebas & suffoca-bas, & eorum cadavera apibus in prædam relinquebas? Nonquid tu eras, qui populos integros in fugam convertebas? qui integros exercitus debellabas? cur ergo catelli isti latta-

tu suo in præsentiarum illudant ti-bi, nec animus tibi superest eos con-cendi? Vah præstolamini paulisper auditores, præstolamini, & actutum videbitis, quid Samsonis futurum sit, Jam enim misellum detonsis capillis, in quibus omne robur refederat, con-tumini; non ita potèrit erit, hi enim postliminio succrescent, tum enim te-ro robustiorem illum, quàm unquam, columnas geminas brachijs concu-tientem videbitis, diruentem ædifi-cia, excitantem ruinas, ita ut majo-rem stragem attonitis Philistæis con-riens illaturus sit, quàm vivos intu-lerat. An non id eventus docuit, au-ditores? Ita pariter vobis eventuum creditote. Jam enim capilli vobis & comæ truncatæ sunt, id est, confortantis divini Spiritus gratia est satis imitata; quid mirum, si à sensibus cor-poris vestri instar mancipiorum iri-demini? Si dæmonia vos larvis tur-pissimis infestent? Si tentationes non sine ingenti molestia in vos insilliant? quid tum postea? tempus & mora gratiæ indulgete, usque dum crelet & augeatur, tum enim vero ejusdem vim & effectus videbitis. Restituo-tur vobis omne illud robur, quod quondam in baptismo recepistis; re-viviscet fides, spes revirescet, accen-detur charitas, ut omnia comple-ctar verbo: *Insiliet in vos spiritus Do-mini.* Tum sanè tam intrepidus vos experiemini, tam animosos, ut nul-lo nec mortis quidem terrore sint concutiendi. Ad hæc, quis ignoret, omne principium difficiliter accide-re incipienti, quàm progressum?

Etiam

Etiā tauris & bobus durum accidit, primo se iugo subdere, grave equis frāno coerceri, camelis ferendo oneri se submittere; sic & artes cantandi, saltandi, scribendi, sculpendi, acupingendi in primordio difficiles sunt Tyroni; qui militiæ nomen dedit, ad primos assultus expavescit, qui rei nauticæ, primis navigationibus nauileam patitur, qui terrestrē iter peragit, primis peregrinationibus lassatur: quid ergo mirum, si idipsum vobis etiā vitam Christianam viventibus accidat? Hac de causā acutè observavit Philo Hebræus, primas aquas, quæ Israëlitis in deserto occurrebant, amaras fuisse: quibus subinde tam dulces & deliciosæ successerunt, ut etiā melli invidiam nominis fecerint. Illas ergo difficultates, quæ in divino vobis servitio occurrunt, minimè penſi habetote: hæ enim sunt principiorum onera cunctis communia; omnibus peræque durum accidit ab initio, carnem repagulis coercere, custodire linguam, iræ frānos imponere, superbiam subjugare. Si parum patientiæ adjeceritis, hæc omnia levia fient & delicioſa, ut admiratione vestri- met capti, cum Divo Augustino dicturi sitis: *O quam suāve mihi subito factum est, carere suavisatibus margarum?* O quale gaudium, quæ pax, quæ securitas! certè nunquam animo concepiſsem, usque adeo facile accidere, omni prævæ voluptati Dei amore renuntiare, ut, *qua modò amittere metus erat, jam dimittere gaudium foret.* Demus ergo, vobis

in præſenti laborioſum accidere, in vitia quondam vobis tam familiaria nõ relabi; nec propterea animis cadendum est, siue enim moriamini, siue vitam porro producat, brevis erit labor. *Vſque in tempus, usque in tem-* *Ecclef. 1. 9.*  
*pus, verba Dei sunt infallibilia, qui mentiri nequit, usque in tempus sustinebit patiens, & quid inde? & postea redditio iucunditatis.*

IV. Quamquam, an non videtis, excusationem hanc à vobis hæctenus allatam, siue vera sit, siue veritatis velamen, nil aliud concludere, quàm contra vos æternæ damnationis sententiam? auscultate jam, & mentem bene advertite; si, ut propriâ vestrâ confessione palam est, tam durum vobis accidit, in vitia non relabi: quantò difficilius accidet, à lapsu resurgere? nunquid enim tunc magis debiles, languidi, & viribus animi magis exhausti eritis? an non prævæ habitudines sument incrementa, & perfidæ inclinationes fient pejores? Idem igitur ferè est, ad peccandum relabi, quod est damnari. Huic sanè, ni fallor, argumento vis tanta inest, ut nihil illi porro opponere possitis. Ut tamen adhuc magis convincamini, considerandum vobis est, quòd relabendo in peccatum, non solum quantum in vobis est, ad statum præsentem regredi difficillimum vobis futurum sit, eritis enim semper magis magisque prostrati; sed crescet etiā difficultas ex parte dæmonis, & simul ex parte Dei. Id quod dæmonem attinget, vivâ vobis similitudine, nec minus efficaci demonstrabo.

V. Eve-



V. Eveniet nonnunquam, ut Nobilis Christianus, à Turca Algerij in captivitate redigatur, acque ibi diligentia non tam severa, quam discretà, & pethumanà, in vinculis custodiatur. Arripit ille occasionem opportunam, & custodibus die quadam non adeo sollicitis, aut sagacibus, quid facit miser? rumpit vincula, frangit leras, & à carcere ad mare profugit, ibique invento navigio sese ascendit in libertatem. O factum bene! quod si autem tam stolidus sit, ut rursus suà culpà à barbaris intercipiatur & furibundis eorum reddatur unguibus, è quibus paulò antè elapsus est, quali custodiæ, cui eum carceri traditis mancipandum? Caverna certè & specus horridissima, quam unquam Africanæ Latoniæ habuerint, ipsi obtinget. Compedes cruribus, catenæ collo, vincula brachijs injicientur? si primò ipsi indulgebatur, ad auram liberam respirare, jam nec solis jubar potè videbit; si primò permissum erat, liberiore passu incedere, jam nec jacere amplius concedetur. Utque miser vires deperdat, minusque aptus fiat ad fugam ultra tentandam, diebus singulis longà inedià maerabitur, labore durissimo ac quotidiano, rigidoque fluctuario subigeretur. In hunc prorsus modum vos tractabit diabolus. Jam olim ejusdem mancipia eratis, sed cum vel minori curà vos custodiret, aut majores vobis animi essent, feliciter è manibus ejus elapsi estis. Nunquid ita est, Auditores? quid ergo faciet, si in potestatem ejus iterum re-

digamini? dicam vobis Jeremiæ verbis: *VI non egrediamini, aggravabit compedes vestras*, duplicabit catenas, funes funibus addet, & solerti oculi locum, quo è manibus ejus evasistis, observans, *Circumadificabit adversùm vos*, omnes aditus obstruet, omnem exitum admoto obice coarcebit, nec angustà quidem rimà relictà, qua cælum contueamini, quondam ad frugem conversi estis belli ejusdam pij lectione, jam ille solertissimè vigilabit, ne alij codices in manùs vestras perveniant, quia qui obscænis amoribus, & fabularum turpium commentis scætant. Si verb concionibus sacris ad frugem animi rediistis, vos profanis negotijs implicitos avertet; si sodalitarum frequentatione, vos pravus consorti involutos separabit; si inspirationibus internis, vos in tumultus mundanæ conversationis conjiciet, quæ inter divina vox audiri potè vit poterit. Ad summam, omni arte & industrià laborabit hostis malignus, ne posthac è manibus ejus elabamini. *Circumadificabit adversùm vos, ut non egrediamini, aggravabit compedes vestras*. Cavete ergo o Christiani, si enim ejus potestati denuò subjiciamini, ædum est de vobis; cauti ambulate & providi, nec enim in hisce periculis jocandum est.

VI. Et hoc quidem, quantum demonem concernit. Quod autem ex parte Dei est, quis ignorat, quod relabendo in peccata, minorem potestatem eorum auxiliorum spem habere possitis, quæ ille prius suggessit, ut possit.

possitis resurgere? Dicite enim, quâ ratione DEUS vobis porrò confidat? cum toties tamque turpiter ei fidem fregeritis, & post toties iteratas protestationes promissionesque eum impofterum non offendendi nihilominus identidem pejus, quàm unquam antè in ejus offensam recideritis? Hocine sit honorati instar viri agere? Judas, ut promissis stare Jacobo factis, de Beniamino restituendo, qui captivus in Ægypto tenebatur, se ipsum ad carceres & vincula obtulit. Jolue, ut fidem Gabaoitis datam servaret, quæis foedere amicitia colligatus erat, magnum prælii discrimen adiit. Regulus, quantumvis gentilis, ut Carthaginensibus fidem de suo reditu datam, si lytri tumma non perolveretur, servaret, atrocissimæ morti se exponere non dubitavit, nudo corpore ab oemulis intrusus in dolium terratis cuspidibus exasperatum. Vos autem ad fidem DEO servandam nihil pati omnino? nec lenium frangere desideria? nec furoris impetus reprimere? Hæcine fides est, hæc sinceritas, hic animi ingenui candor? *Irrisus est, non pavitens*, ait magnus præsul Augustinus, qui adhuc agit, quod pavitit, & peccata non minuit, sed multiplicat. Hoc enim verò est Deum subannare, DEO illudere; hoc nihil aliud est, quàm illum vilissimi instar & ignavi homuncionis, mendicabuli aut cerdonis tractare; cui, etiam si abjectissimus sit, palam tamen perfidie esse non sustinetis. Præterea per relapsum in peccatum ingratitude vitio vos obstringitis maximè enormi,

R. P. Segneri Quadragesimale.

quam ab ullo mortalium possit designari, contemnendo nimirum gratiam divinam post primum peccatum vobis restitutam. Vos ergo ob hanc causam terra illa estis, quàm Apostolus *terram reprobam* indigitavit, quæ cum à cælis rore liberali perfusa sit, *sape venientem supra se bibens im-* Ad Heb. 6. 8. *brem*, herbarum speratarum loco tribulos producit & spinas, *profert tribulos*, nec aliud ob id quàm ignem meretur, *cujus consummatio in combustionem*. Accedit grave scandalum, quo alios pervertitis impudentiâ torridissimâ, quam demonstratis, vos è numero eorum esse, qui veluti canes ad vomitum redeunt, ob id DEO abominabiles: *Canis reversus ad vomitum suum*, divo Petro testante, & sacrae paginæ proverbii, *Canis, qui revertitur ad vomitum*. Quis autem hoc nomine appellatur? nostis perbene: *Imprudens, qui iterat stultitiam suam*. Anne igitur putatis, posse vos DEUM denuò offendere, & offendendo irritare, sine manifesto periculo interitûs; Heu si ita foret, numquam profectò tam claris verbis Princeps Ecclesiæ pronuntiasset: *Me-* 2. Petr. 2. 22. *lius erat iis non cognoscere viam justitiam, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato.*

VII. Verùm quid opus est, tanta rationum momenta congerere, cum vel unica probè intellecta reliquis omnibus antecellat? vellem ergo, ut attentis illarum animis auscultaretis, quamvis enim illa haud levi vobis consternationi esse possit, erit tamen unâ

unà & utilis, nec mihi magis cordi est, jucundum vobis sermonibus meis esse, quàm utilem ac proficuum. Palam est, res omnes hominum à Deo, certo pondere, numero & mensura esse dispositas, juxta sapientiæ oraculum: *Omnia in mensura & numero, & pondere disposuisti*: adeo ut non solum constitutus sit certus animarum in mundo succedentium numerus, sed annumerati quoque actus eorum singuli, cogitationes, & passus; nec periculum est, ut in re vel minima præfixus iste numerus transcendatur. Hinc consequitur, pariter determinasse Deum, quantum peccatorum numerum à nobis commissorum æquo velit animo tolerare. Hoc ergo completo numero necesse est, ut si vel unicum superaddamus, vel vitæ nobis telam improvisè abrumpar, vel rationis usum eripiat, atque adeo certæ damnationi expositos relinquat. Audite Divum Augustinum, cujus hæcenus vobis ore locutus sum:

Sap. 11.  
2.

De vita  
Christiana c.  
3.

*Illud sentire nos convenit, tamdiu unumquemque à DEI patientia sustineri, quamdiu nondum suorum peccatorum terminum, finemque compleverit, quo consummato eum illico percipi, nec ullam illi veniam jam reservari. Nec sanè efficacia ad id probandum Scripturarum testimonia deficiunt, ex ijs collecta, quæ DEUS primò Amorrhæis, mox Pentapolitis, tandem Pharisæis prædixit. Sed his dissimulatis, id quod maximè perspicuum est, apponam: Multoties Israëlita in deserto peccaverant, cum murmuracione, ac desperatione, tum*

etiam oblocutione & Idolojomania, nihilominus tamen, cum peccata nonnullis expeteret, semper tamen veniam aliis dedit, quamdiu miseri à conspectu terræ promissæ aberant; sed cum rursus auderent peccare, ut prius, contra Deum murmurando, quod se ex Ægypto abduxisset; tum enim verò indignatus Dominus, quamdiu, inquit Moisi, injurias populi huic mihi illatas patiar? Perdam universos peste, evellam, exterminabo, in nihilum redigam: *Vsquequò detrahetur mihi populus iste? Feriam igitur eum pestilentia, atque consumam*: cum tunc Moyses vehementer in eorum salutem incumberet, annuit tandem Deus roganti, hac tamen conditione, ut omnibus illis, qui post exitum ex Ægypto nati erant, aut paulò prius, veniam indulgeret, iis autem criminibus, qui ætate jam provecctà egressi erant, hos enim omni misericordiâ potè indignos censuit. Jam ego causam vobis velim memoretis, cur tantà Deus erga eos inæqualitate usus sit, acriter obsecro, quæ illa fuerit. Quia nimirum isti jam decies Deum irritaverant: *Tentaverunt me jam per decem vias*. Moriantur ergo omnes, moriantur! itaque minutum habebat Deus lapsus eorum singulos in numero, quibus veniam largiri decreverat. O infelices illi, cum nonum peccatum attingerent, qui ultimus veniæ terminus erat amicum prudentem & sincerum nacti essent, qui opportuno tempore acclamasset, *sistite miseri, satis est*, superque: *nec porro peccando progredimini*, post hoc enim peccatum de-

venia vobis danda conclamatum est. O quanto illos beneficio sibi obtrinxisset! Verumenimvero, quis hoc scire poterat? incertus enim est numerus iste & varius, nec una cum omnibus lex observatur; huic enim minus, plus illi dimittitur. Unde Deus, qui ad decimum ulque peccatum Israelitis indulgere veniam decreverat, rigore longè strictiori erga habitatores Damasci, Gaza, Tyri, & Edom utebatur, quâ de causa? audite, quæso, quid Deus illis per Prophetam Amos voluerit annuntiare: *Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non convertam eum; super tribus sceleribus Gaza, & super quatuor non convertam eum; super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non convertam eum. Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non convertam eum.* Quod sanè, si verum eloqui placet, haud aliud est, quam commissio quarto peccato veniam illos porro nullam sperare posse: ita ad litteram pro meo scopo aptissimè interpretantur Theodoretus, Remigius, Haimonius, Dionysius, Lyranus, aliique plures S. Hieronymi summi interpretis sequaces. Hac doctrina supposita, quæ solida est, & bene fundata, venite Christiani mei, mihi responde: noturne vobis est peccatum illud, è quo novissimè resurrexistis, non esse ultimum, quod è iudiciorum suorum, & decretorum abyssorum statuit, cui veniam largiatur aut forsitan certi estis de contrario? Sed quid dixi certi? ane aliquod saltem iudicium vobis est, aut vel modica in-

dicij scintilla? quin potius cum Deus vos hucusque toleraverit, non solum ut Judæos decem vicibus, sed viginti, triginta, aut fortè centenis, veritati certè magis consentaneum est, vos in præsentiarum puniendos à Deo, quàm ultra sustinendos. Et vos nihilominus in lapsum inclinatis? ego sanè, mihi credite, vestri amore totus palpito, totus tremo, si vel mente concipio periculum, in quo versamini. Forsitan enim peccatum illud, quod patrare animus est, forsitan illud ipsissimum est, cui porro venia non concedetur; non quòd peccator quilibet, benè hoc percipite, non quòd peccator quilibet, quamdiu vitâ gaudet, & libertatis arbitrio, non semper possit se emendare, hoc enim sincera Theologia nos docet; sed quòd, cum cumulum determinatum peccatorum, quibus venia danda taxata est, impleverit, dein uno novo superaddito scelere illico percussatur, hoc est, quòd aut repentinâ morte decedat, aut rationis usu priveretur, aut saltem efficacibus auxiliis destituatur, sine quibus tamen non contingit ullum salvari. Quid ergò inserti pelsimè fluctuatis? quin potius clavus figendus est: *Clavus Isa. 54. vos tuos consolida*, an non Deus clarissimè per Isaiam inclamat? non enim hæc materia est diuturnæ consultationis, nec tanto discrimini salutis æternæ exponenda est, ob caducam & brevem voluptatem, aut vindictæ aut commodi proprii, aut amoris lascivi, aut vanitatis. Omni conatu laborandum est, ut vim vobismetipsis inferatis, cumque per divinæ misericordiæ adminiculum feliciter è servitute pecca-

ti in libertatem asserti sitis, decernere oportet firmiter, ne iterum in eandem, quocumque demum dispendio, recidatis. Pereant bona fortunæ, & honoris, pereant amici, pereat ipsa, si necesse sit, vita. Mori potius, quam iterum peccare, mori potius, potius

*Ecclef.*  
4.33.

mori. *Agonizare pro anima tua.* Hem quàm benè dicat Ecclesiasticus: *Agonizare pro anima tua.* Si hoc satis non est, etiam mori non renue, & usque ad mortem certa pro iustitia.

VIII. O quanto gaudio vestri causâ cælum affluxit, cum lacris hęc diebus firmo proposito decrevistis, ad illum redire Dominum, quem prius malitiosè deseruistis? cum alacres è penatibus vestris egressi, in templum concessistis, sacroque tribunali admoti, in genua cernui, ad pedes Sacerdotis, Dei vices gerentis, vos advolvistis, præmissoque è cordis intimo, brevi suspirio, percusso pectore, demissis oculis, interno animi dolore pleni dixistis: *Pater peccavi!* O quantum tunc erat angelicarum mentium tripudium! quæ gaudia, quanti triumphi, quæ divos cœlites inter exultatio? quæ congratulationes affectuosæ, Virgini Matri protectrici vestræ Mariæ, illicò factæ sunt? Christo Servatori, Deo Patri vestro! id vobis scire sufficiat, omnes sanctos tantam in cælis lætitiã non hausisse ex iustis, quantum ex singulis vestrum ceperunt. Vos autem, qui tantã cælum voluptate replèstis, illam iterum vultis eripere? quemadmodum ille faceret, qui divite dono vos hodie remuneraretur, & cras

pœnitentiã ductus, idem repeteret. O quæ inhumanitas, quæ morum cruditas? quid enim id aliud est, teste Sapiente, quàm se penitus exorsum reddere; *Hodie saneratur quis, & cras expetit, odibilis est.* Parum ab erat, quin dicerem, satius fuisse, si vos cœlites non lætasse spe illâ, quæ vos recuperasse credebant, felicis locos æternitatis, si tam citò illos rursus affligere decrevistis, convertendo in læctum citharam eorum, cantus in lacrimas, honorem ipsis exhibitum, in injuram magis acerbam: *Va filij desertores!* in clamatem vobis, si ita esset, indignabundus cum Ilia: *Va filij desertores!* ita fidem infringitis? ut addatis peccatum super peccatum. Considerate obsecro, jam enim geminorum Dominorum fecistis pecculum, Christi, & Diaboli, jam hinc, jam illi servitutem servistis, ut tandem utriusque perfectam comprobaveritis neccitiam? si ergo, postquam diabolo renuntiastis, & ad Christi patres accessistis, jam Christo deserto, ad dæmonium revertamini, quid tandem eveniet? an non hoc est aperissimis signis ostendere, meliorem vobis videri servitutem diaboli, magis illam vobis cordi esse, magisque utilem? *Comparationem videtur egisse, qui utrumque cognoverit, verba sunt Tertulliani horrore plena, & judicatur, pronuntiãsse eum meliorem, cuius se rursus esse maluerit.* Volne Deo tam bono tantum dedecus inurere? Ab Christiani, per Sanguinem illum, vestri amore sparsum, vobis que tam salutarem, per Sanguinem

nem illum vos oro & obsecro, ut ne id faciatis. Mori potius, potius mori! si secus feceritis, o miseris vos & infelices! *Ve filij desertores!* clamabo iterum, quia hæc est temeritas! DEUM relinquere pro diabolo, DEUM relinquere pro diabolo? O injuriam horrendam! quid enim aliud est servitus inferorum in vos redundabit, præter odia & rancores? Quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam, quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? State potius, inclamat Apostolus, fortes & animosi. *State & nolite iterum iugo servitutis contineri.* Sumite animos, & estote fortes. Cælum universum vobis assistere, paratum est, si modò vos fidelitatem eidem spondeatis; minimè dubitate, ejusdem patrocinio plura vos posse, quam credatis. Quotquot ibi sunt, longè graviores pugnas sustinuerunt, quam vobis forsitan imminebunt. Hic serri diffusus, hic lapidibus obrutus, hic flammis exustus, hic rupibus abscissus, hic in cavernis marcidus; hic portentosis jejunijs, hic cilijs, hic catenis, ac carnificinis alijs atrocissimis omnia membra sua afflixit; & tamen hæc tanta divini Numini favore non sine facilitate fecerunt; an vos id, quod tantò minùs est, eadem ope fulti non poteritis, hoc est, non peccare porrò lethaler? Quin tandem ergo stabilite propositum, & cum fidelissimo Jobo Deo dicite: Tuus esse, o Domine! decrevi firmiter, tuus sum, tuus ero. *Iustificatus*

*tionem meam, quam cepi tenere, non deseram.* E mundo potius me elimina, si diem forsitan illucescere videris, ubi tuus amplius non erò.

## P A R S A L T E R A.

**M**inimè dubius hæreo, Audito- IX. res, apprimè vos intellixisse, quanta nobis incumbat necessitas in peccatum posthac non incidendi. Si enim pisces semel ab hamo liberi, & cervi è laqueis extricati cautiore posthac sunt, ne rursus in eos illabantur; cur id ipsum non faciamus & nos, quos natura ratione atque adeo cautè longè majore dotavit? nil ergo amplius residuum est, quàm ut praxin eorum à quodam edoceamur, ut ea, quæ dicta sunt, facilius executioni mandemus. Non dubitate: suggerit illam D. Chrysostomus, quàm meo quidem iudicio, aut magis apposita, aut usu magis probata dari non potest; illa est, occasiones procul evitare, neque solùm gravium nozarum, de quo, si etiamnum meministis, sermone integro disseruimus, verùm etiam levium, quin & illarum, quæ vel à longè ad malum vos inducere possent, adeo, ut si quondam assueti eratis effræni carnis licentiæ, nunc etiam à levitatibus non omnino lascivis abstinere, si usum contraxistis colloquiorum turpium, posthac etiam à facetijs non usque adeo immodestis vobis temperetis, si crapulis & alijs intemperantijs litastis, *Qqq 3* etiam

Hom.  
16. ad  
pop.

etiam à delicijs non omni ex parte prohibitis vos contineatis. Pari ratione etiam de alijs vitijs differite, quorum antea consuetudinem habuistis. *Hæc maxime securitatis erit occasio, audite verba Sancti propria, non tantum peccata fugere, verum etiam, qua videntur indifferentia quidem esse, seu media, ad peccata verò nos supplantant. Vis pudicus esse & fuge etiam petulantem aspectum; vis à verbis turpibus abesse & fuge etiam risum solutum. Vis ebrietate separari & fuge delicias, & lautas mensas, & vinum radicibus extirpa.*

Respondebitis mihi, ni fallor, ab amicis non nisi ea, quæ honesta & congrua sunt, exigi debere, tantum autem à vobis petere, quantum hactenus dictum est, nil aliud esse reipsâ, quam vos ad vitæ genus non solum laboriosum, sed & insupportabile condemnare. Sufficere sanè, nec id parum esse à criminibus & peccatis gravibus abstinere, ultra hæc vos obligare, ut & à delicijs, nec prohibitis, nec turpibus, sed indifferentibus vobis temperetis, hoc enim verò nimium videri. Nimium? Vah quid audio Auditores? os comprimitis, nec enim in hunc modum loquendo intelligere videmini, ad quantum vos obliget pœnitentiæ status, in quo in prælentiarum velamini. Quid enim, si à vobis postulasset, aliorum more, jejunia asperissima? flagellationes sanguineas? hirsuta cilicia? silentia absque dispensatione? vigiliis diuturnas? an & hoc nimium appellare vobis animus esset? perpendite, quæso, an ni-

mium sit, si vos illecebris etiam non illicitis priveatis, cum toties vos turbibus & illicitis, ne dicam, palam scandalosis pollueritis? certe alia mens Davidi erat, cum quondam siti ædens, frigidam de cisterna Bethleem anhelaret: ô quantâ aviditate illum, cum allata esset, aspexit, arripuit, & labris, paucis tractibus exhaustura, admovit? sed momento temporis, mutato animo, aquam effudit in terram, ita, ut nec guttulam degustaret, eaque Domino sacrificavit: Nescit habere, sed libavit eam Domino, hoc notum vobis est, quâ de causa id fecerit? respondebit Divus Papa Gregorius; recordabatur nimirum eo temporis articulo David illarum voluptatum, quibus se se annis elapsis cum Berthabæa ingurgitaverat, atque in profundo horrore percussus, animi audax ac temerarium fore judicavit, etiam licitis voluptatibus indulgentem illum, qui animum in turpes ac inonestas effuderat, & quia illius se perpetrâsse meminerat, contra se ipsum jam rigidus, voluit etiam à licitis abstinere. An igitur res magis operis vobis videtur, si memores voluptatum, quibus in Dei despectum multoties vos immeristis, illis etiam vos ejuldem amore priveatis, quam temeris licitæ sint, non tamen peccatissimæ sunt, qualia sunt convivia, choreæ, comædiæ, libelli amorosi, profana colloquia? Ah Domini mei, minimè velim credatis, eundem peccatori pœnitenti, & ad frugem recens converso sufficere fervorem, qui innocenti quondam congruere,

In hujus exemplum scripturæ sacræ nos edocent, Israëlitas post calamitosam captivitatem exantlatam, Hierosolimam reduces, in cultu divino multo fuisse exactiores, ut Beda observavit; Machabæos pariter, postquam à vili fuga reversi, novos sumpserunt animos, longè audaciores fuisse in sperendis vitæ periculis, ut Bacharius notavit; prætereo alios, quos hic commemorare longum foret; nolim ergo posthac mihi dicatis, nimium me à vobis exigere, dum id peto, ut occasiones peccandi etiam leves fugiatis; major enim à vobis in presenti, quem vivitis, statu vitæ perfectio postulat.

XI. Verum linguamus ista, aliud ego responsum vobis, & quidem minimè expectatum dare paratus sum. Volo omnino, ut ab occasionibus peccandi etiam leviculis, ut dixi, abstinatis, nec tamen id ob mortificationem vestram, sed commodi potiùs vestri, & utilitatis ergò. Multo enim difficilius vobis esset, passioni minùs ordinatæ parùm concedere, & multum negare, quàm negare prorsus omnia. Declaro mentem. Movet Divus Chrysostomus dubium quoddam, certis fortè quibusdam juvenibus formæ muliebris absque latetate admiratoribus, intellectu non ingratum: qua de causa Christus, cum in lege nova, præcepta nobis ab antiqua lege proposita, suâ autoritate confirmaret, verbis adeo serijs aspectum lascivum, condemnaverit. An non enim satis fuisset, adulteria, stupra & fornicationes prohibere? cur

ergo etiam de obtutibus usque adeo sollicitus fuit, qui tamen ex seipsis in nullius damnum redundant? Ad hoc, responsum dat Sanctus dignum ingenio suo, hoc est, divinum. Ait enim, Christum hac ratione faciliorem ad cælum viam complanasse. Fingite enim, licitum existimari aspectum talem libidinosum, de quo loquebamur, quanto difficilius erit, post illum non retinere in animo amabilem visæ formæ imaginem, illà non rapi, non inflammari, non cedere assultui, quem illico rebelles sensus movent, ut ab intuitu ad fornicationes, ad stupra & adulteria prorueamus; minus certè difficile nobis accidisset, ab ipso primo intuitu abstinere omnino; cuius enim facile est, non intueri, si modò aut vertat vultum, aut palpebram demittat, aut mentem aliò distrahat; minimè verò eadem facilitas est, resistere illis assultibus, qui aspectum jam factum consequuntur? ad hos enim reprimendos, vigore plus quàm humano opus est, virtute summâ, qualem vel sancti ipsi sibi adpromittere minimè audent; hac de causa concludit Chrysostomus: *propterea & Christus eum* Hom. *supplicio multavit, qui mulierem* 12 in E- *impudico aspectu fuerit contuitus, ut* pist ad *maiore labore nos liberaret.* Rom. Minus enim difficile est, ignem prævertere, ne in campo cultus & paleis pleno accendatur, quàm eundem rursus extinguere, cum jam stipulas attingit, & flamma impetuose dilatata, pleno incendio debacchatur. Jam ad propositum redeamus. Si vobis animus est,

ab



ab illis vos excessibus cum facilitate quadam continere, in quos affectus vestri incompositi, & malè frenati vos compulère, quomodi id efficietis Christiani? si nempe nec in modica parte, intelligite quæro, si nec in modica parte, inquam, eidem assentiamini. Si enim in modico illis satisfacitis, mihi credite, parvo temporis intervallo illis etiam in multo assentiri cogemini.

XII. Veramenimverò, quid sibi vult dolor ille nonnullorum, ob difficultatem non relabendi, quem jam à peccatis redivivi experiuntur? Credo sanè difficultatem esse maximam, si domi vestræ fomenta libidinis continuo retinetis, si, ubicunque oculus figitur, nil aliud in cubili vestro aut conclavi aspicit, quàm picturas lascivas, dedecorosa impuritatis trophæa, si sensibus vestris nec modicas etiam illecebras negare animus est, si ubi dormiendum, non nisi mollissimas plumas exposcitis, ubi comedendum, non nisi lautitias exquisitas, ubi bibendum, non nisi falerna generosissima; si tantus in vobis luxus est, ut vos seminarum instar comatis, exornetisque; si illorum identidem conversatione utamini, qui omnem ex animo pietatem, è vultu verecundiam eliminârunt; si nunquam sermocinamini, nisi discursus adhibeatis in narrationibus licentiosos, in proverbiiis impudentes, in desideriiis, quæ exprimunt, projectos; si omnis membrorum compositio, gestus & actus, omnes motus & verba, nil aliud sunt quàm calcaria, vos ad peccandum

instigantia; qui fieri potest, ut dum resistere tentationibus decernitis, difficultates maximas, tormentis, ac agoni pares non experiamini? id quod ego, exempli causâ, de peccati sensuum, & carnis dixi, vos ad quædam alia vicia, quibus natura prava assuetis, servatâ proportionem extendite, si nimirum proclivis es ad vindictam, de fundendum sanguinem, legem tibi ipsi statue, iram vix conceptam ac genitam in ipsis natalibus extinguendi & suffocandi; dissimulare enim in primordio verbum mordax & pungens, quantumvis molestum, tolerabile tamen accidit, si autem verbum accensa jam rixa exæstuat, quàm difficile accidet, è flagranti te incendio rursus evolvere? Tu verò qui immoderatus in lusum proruis, tibi ipsi impera, ut etiam invitatus, ad conventicula & lusuum domos non compareas. Resistere ab initio pravo illi, & dissolutis moribus socio, tibi durum videbitur, tolerandum tamen: verum si rursus consortium cum illo inces, quomodo à crimine te extricabis? Dedit natura avibus alas, auditores, sed cui fini? an ut virgulis viscatis aut laqueis se se expediant, postquam iam illis se induère? minime gentium, sed ut illos evitent; hos enim prius effugere facilis negotii est, sed se se vis evolvere, ò quantis alarum eversionibus, quanto labore, quot concussionibus opus est, irritis tamen illi ipsum, si Chrysostomo credimus, vobis accidet: bona documenta, & maxima, honesta proposita, sensus pii, alarum instar vobis serviant, non

ut è filis ac retibus per universum orbem à dæmonibus extensis vos extricemini, sed ne unquam in ea illabamini. Si enim semel intraveritis, difficillimum erit, volatu tam generoso fortique eniti, ut ex iis eluctemini. Sed quantumcumque resisteritis, capi eritis. Eja ergo, hæc hodierna die praxis nostra sit divinissima, quam, ne relabamur ampliùs, addecamus, evitare nimirum occasio-

nes peccandi etiam leves & exiguas, fugere laqueos: *Qui cavet laqueos, Provisecurus erit.* Si autem id, quod nostrarum partium est, probe adimpleverimus, Deo cætera, spe freti, relinquamus; quamvis enim donum perseverantiæ finalis sit gratuitum, Deus tamen, qui tantæ bonitatis est, non dedignabitur nobis quoque eandem clementer indulgere.

SERMO TRIGESIMUS OCTAVUS.

DIE MARTIS POST PASCHA.

*Pax vobis, ego sum, nolite timere.* Luc. 24.

**I**x hominem reperire est, tam crasso, ac multiplici errori obnoxium, qui talia ac tanta esse censet univèrsa, quanta apparent, & rerum, quæ sub aspectum veniunt, naturas, non nisi ab externa specie censet, æstimatque. Nocte serenâ oculos in cœlum sublevat rudis pastorculus, qui nullo unquam Astrolabio, aut quadrante Mathematico magnitudinem, distantiam, vel ordinem stellarum dimensus est, illasque cum Luna comparatas risu superbo omnes contemnit, velut minora duntaxat lumina,

quæ majori famulantur. Et tamen hoc nimium quantum à vero alienum est, cum non sit ulla in firmamento stella, quamvis appareat minima, quæ non centies & ultra Lunam magnitudine superet. Quodsi eidem dicatis, eadem stellas, quæ ipsi infimæ esse notæ videntur, toties orbe terrarum majores esse, ut ejusdem magnitudinem, aliæ viginti, aliæ quinquaginta, centenis, aliæ & quindenis vicibus complectantur, ô quàm difficilem ille vobis fidem adhibebit! Existimabit insuper, nonnullas illarum, quæ rapidissimâ velocitate moventur, firmas in cælis hære, alias verò, quæ

R. P. Segneri Quadragesimale.

R r r

quæ in sphaeris à se mutuo maximè distantibus rotantur, omnino contiguas esse: eodem apparentiæ errore deceptus, genuinos censebit eos esse colores, quibus sæpenumero adornatam Iridem videt; credet cælum diè sudâ ac serenâ verò colore cæruleo depictum, auram æstivo tempore sub seram vesperam, verò igne rubere: nec minorem ab aquis errandi materiem capiet; jurabit remum sub undis incurvari, nec unquam navigio vectus sulcabit mare, quin conjectis in continentem oculis, & volare ripas ac littora, saltusque & silvas discurrere arbitretur; adeo errori obnoxius est, qui res non alias, quàm quæ, & quantæ videntur, esse existimat, & illorum numero accenseri cupit, quibus juxta D. Augustini effatum, *tota regula intelligendi est consuetudo cernendi*. Sed quid ad hoc palam faciendum argumentis aliunde petitis utor? Cùm matutino hoc tempore, Apostoli Christum cænacolum clausis intrantem januis aspicerent, plagas pedum, pectoris, & manuum exhibentem, tali horrore compulsi sunt, ut non nisi fugam meditentur, velut ad spectrum & phantasma horridum attoniti, quod utur ore pacem afferret, reapse tamen mortem, aut mala nescio quæ aut quanta videri posset intentare, *Conturbati & conterriti existimabant se spiritum videre*. Cùm verò subinde animati, figuram apparentem pensulatius examinarent, omnino ab eo, quod sibi imaginabantur, differentem invenerunt, & lætitiâ penitus lapsi; *mirabantur præ gaudio*. Nec

Luc. 24.  
37.

ibid.

unquam satis contemplari poterat ipsissima vulnera, salutis suæ subtilissima pignora, quæ prius velut mestissimos calamitatis nuntios erimescebant. Hunc credite errorem esse plurimorum de Christianis, quicùm judicium de vita spiritali commendum est, non nisi ea, quæ exteriores in sensus veniunt, solent consulere, ac imaginem ejusdem tam horridam sibi fingunt & odiosam, ut idem esse existiment, Christi partibus adherere, quàm mortis faucibus appropinquare; credunt, nulli potest voluptati, nulli gaudio, nulli lætitiæ, nisi solatio jocum esse, atque ideo à Divino consortio, & conversatione cum Deo, timidi aufugiunt, qui tamen sub timoris exuviis, pacis auspicia abscondit: *Pax vobis, ego sum, nolite timere*. Dediticite ergo errorem, quocumque hactenus inanis iste error possedit, meisque verbis mentem advertite, dum coronidis loco vobis demonstrô, vitam spiritualem, quæ miseris plena, & calamitatibus vobis omnigenis obnoxia videtur, gaudiorum & deliciarum summè feracem esse.

II. Et primò quidem probè mihi perspectum est, nonnullos vestrum sibi persuadere, fieri aliter non posse, quàm ut homo vitæ austerioris & religiosæ amans sit miserimus: non enim solum privatus est omnibus iis deliciis, quæ & innocentes videntur, & sinceræ, sed variis etiam gravibusque calamitatibus subiectus est: quid enim, dicitis, vita pia & devotatandem est, nisi loqui parùm, & multum plangere? ridere ab omnibus, &

habe

haberi ludibrio? victus inopiam, infirmitatem corporis, honoris dispendia, damna proprii commodi tolerare? an non hoc infelicissimum vitæ genus est? Enimverò, Auditores, vehementissimum obicem in sermonis principio mihi opponitis, qui mihi insuperabilis scopuli instar objicitur, ut ne è portu egrediar. Sed ecce! tantum abest, ut his absterreat à dicendi proposito, vel has, quas dicitis miseras, proprias vitæ sanctioris denegem, ut etiam ultro vobis concedam, Personas piæ & spirituales non solum mala hæc, plus justo à vobis amplificata, pati frequentissimè, sed pati sponte suâ ac voluntariè, adeo quidem, ut cum ipsa domi suæ non occurrunt, foris, & unde unde ab ipsis magno studio inquirantur, dicitis, illos tolerare injurias; plura ego dico, injurias non tolerant modò, cum inferuntur, sed & procurant, ut inferantur, Simonis exemplo, qui stultum se & mente captum fingebat, ut majoribus ludibriis exponeretur. Dicitis, illos paupertate affligi, addo ego, quòd sponte illi inhient, studiosè illam sectentur, ut olim Franciscus, qui omnino nudus comparuit, ut penuriam asperiores indueret. Dicitis, eos infirmitatibus opprimi; ego autem addo amplius, quòd eas, quantum licet, sponte foveant, ad D. Bernardi imitationem, qui, ut corporis valetudine caduca magis ac debili laboraret, sibi eremos, cæli & auræ gravitate insalubres in sedem elegit. An non ipsimet vidistis, quomodo jejuniis sese emaciant, affligant ciliis, catenis dilaniant, & prolixis vigi-

liis consumant, cum tamen facile iis esset, hæc omnia missa facere. Anne ideo eos miseros appellabitis? minime profectò, responder magnus Præsul Salvianus; *Nemo aliorum sensu miser est, sed suo; & ideo non possunt cujusquam falso judicio esse miser, qui sunt verè suâ conscientia beati.* Cum ergo justî tantâ aviditate similes calamitates perquirant, tantis dispendiis terram aspectu horridam & inamabilem, solum sterile & spinosum sibi comparent, necessariò concludendum est, magnum ibi thesaurum, eumque nobis incognitum delitescere. Sed qualis ille? interna nimirum animi solatia, eaque limpidissima, familiaris illa & plusquam amica necessitudo, quâ Deus etiam in hac vita cum electis utitur, & illud cum foenore remuneratur, quod ejus amore identidem toleratur. Quid enim? an Deum fortè ideo tam durè servos suos in hac vita habere creditis Auditores, sicut quorundam fert opinio, ut mercedem omnem, & promissum centuplum in alteram vitam differat? O vos delusos, deceptosque! præmia certè manu liberali Deus in illos effundet, ut bene observavit D. Bernardus, quin caduca terræ præmia, ut sunt divitiarum, applausuum, laudum, & vanitatis conferat, non tamen ob id omittet, etiam in hac vita cœlestem gloriam veris gaudiis antevertere. An non enim etiam militibus in prælio certantibus liberale præmium post victoriam promittitur? Hoc tamen in super habito etiam conflictus tempore congruum

gruum stipendium subministratur : an non agricolis sua post messem merces asseritur ? quibus tamen etiam messis tempore conveniens sustentatio non denegatur : Nimirum & operariis huius saculi, ait sanctus : solet *cibus in opere, & merces in fine dari.* Id ipsum credite Deum facturum : Ille sanè in vita futura præmium grande nobis parat, nec tamen ob id etiam in hac vita concedenti nos stipendio defraudet. Promisit quondam DEUS Israëlitis terram lacte & melle manantem, omnique ubertate & rerum copia affluentem, nihilominus tamen, quantis lautitiis & quàm opiparè illos etiam in deserto habuit? Certè Deus illis meritò dicere potuisset : in præsentiarum alite vos ipsos, & famem pellite meliori, quo poteritis modo, sufficient vobis radices amaræ & labruscæ sylvestres, quas affatim solitudo & nemora subministrabunt, omnis herba vobis in pabulum cedit, veniet autem tempus, quo & fructus suavissimi & carnes sapidissima splendide epulaturis suppetent & apponentur, tum enim verò vindemiam semper fecundam, campos frugibus referros, & oliveta matura, ac pascua semper virentia habebitis : sylvæ & saltus undique ferinâ exquisitissimâ abundantes vos circumdabunt, vos alluent maria lectissimis piscibus referata. Ne ergò grave vobis accidat præsentem famem pati. Ita sanè Deus ipsis dicere poterat, nec dixit tamen : verum de iis vel in deserto providit lautitiis, eosque paravit cibos,

quos vix alius in opulenta civitate pro splendido & opiparo convivio apposuerit. *Plaviam voluntariam segregavit Deus hereditati suæ.* Novas ipsis instruxit epulas, cibos indulgit, Egypti penuri ac promptuariis penitus ignotos, quosque nec in ipsis culinis Pharaonis ad eam diem fuit reperire, utque non tantum necessitati, sed & ad palatum, & delicia usque eis provideret, in modica manna buccella, artificio prorsus mirabili, quidquid usquam saporis est, recondidit. Mutet ergo sententiam, quicumque vestrum stultè sibi persuadet, ex eo, quòd Deus contra in cælo suos torrente voluptatis latet, eis modò non nisi amara apponere. Ego enim dico vobis, quòd in hac quoque vita abundantissimam ipsis copiam deliciarum, secretarum, & absconditarum subministrat : *Manna absconditum, quod nemo scit, nisi qui accipit.*

III. Id unum modò perquirendum est, an delicia ista verè tales sint, ut mundanis antestent, quemadmodum delicia Israëlitis in deserto cælitus data, illas superabant, quibus in civitate Egypti fruebantur. Facile autem ab hac veritate convicti eritis, si modò ad diversam eorum voluptatum conditionem accideritis, quæ propria esse solent, tum iis, qui mundo deserviunt, tum iis, qui susdeque habitis terrenis solum ad cælestia aspirant; cum enim, ut probe vobis perspectum est, illorum voluptates corporis sint, horum verò animi

Serm.  
Ecce nos  
reliquimus  
omnia.

SECUN  
CONVIVIO  
INSTITUC  
DIGNITATE  
CONFESS  
PARADO

animi, minimè dubium est, animi delicias multum corporeis antecellete. Quod si effatum hoc hominis foret sanctitate conspicui, aut virtutis partibus singulariter addicti, posset fortibus aut falsitatis argui, aut minus æquus, in propria nempe causa, videri iudex. Verùm mens hæc & sententia est ipsorum Gentilium; Plutarchi, Senecæ, Platonis & Aristotelis, qui ut palam omnibus notum est, humanam beatitudinem non in actionibus sensuum animalibus, sed in operationibus intellectus ac rationis constituerunt. Nec ego id evincere laboro rationum momentis, innumeris ac indubitatis, sed solum experientiam in argumenti locum advocabo. Quis vestrum Auditores, non multoties auribus percepit singulare illud gaudium Archimedis, magni nominis Philosophi, cum quondam balneum ad corpus ablendum ingressus esset, atque unico temporis momento, & illo quidem, quo minimè speraverat, certam quandam demonstrationem, licet mechanicam tantum, invenisset, quam longis speculationibus nequicquam indagaverat, tantum sanè gaudium suo superfundit animo sensit, ut illic è balneo avolans potius, quam egressus, delirantis instar aut extatici, cursu domum versus concitato, quanto maximo clamore poterat, illud ingeminaret: *Reperi, reperi*. Adeo & sibi satisfecerat, & applaudebat, ut velut alienus à sensibus, etiam nudo corpori velamen iijicere oblivisceretur. Jam venite,

subjungit appositè Plutarchus, cum rem sanè paradoxam enarrasset, venite, ac producite in medium Apicium quendam è gulosissimis mortali-  
 lum, qui unquam in mundo heluati sunt, qui, posteaquam ventrem infarfit aut sturnis sapidissimis, aut pinguis-  
 sissimis phasianis, tam lætus & alacer è mensa surrexerit, ac præ excessu gaudii sonora voce exclamaverit: *Voravi, voravi*. Dicite mihi Polienum quendam è maximè lascivis ac libidinosis, quos historiarum monumenta exhibent, qui post omnem honestatem inter saturnalia maximè obscena, aut dissolutissima Luperalia prostitutam, pari gaudio & lætitiâ affluens, è lupercalibus egressus, eadem quasi extasi correptus, exclamaverit: *Amavi, amavi*. Certè hoc de nullo legitur, ait Philosophorum acutissimus: *Nec verò audivimus, vel gulosissimum quemquam, clamare: voravi; nec lascivissimum: amavi: cum quidem & sint & fuerint innumeri intemperantes*. Quis ergo hinc non colligit, quantum omnibus corporis voluptatibus præsent puriores animi deliciae? Potens enim verò & magni ponderis animadversio hæc est, si enim tantam dulcedinem experitur animus in contemplatione veritatis & caducæ & naturalis, quæ tamen omnium sensuum voluptati multum antestat, dicite obsecro, qualis erit ea voluptas, quæ in contemplatione veritatis cujusdam divinæ & æternæ in animum redundabit? & quisnam par erit explicando teneros illos cordis

*Libros non posse suaviter vivi se. enulum Epicurum.*



devoti sensus, & voluptates limpidissimas ejus, qui solum se Deo impendit cognoscendo? quis, inquam, satis explicet? *Beatus populus, qui scit jubilationem; Ego sanè conscius imperfectionis meæ, experientia propriæ testimonium adducere non auctim: sed audio Bernardum pro me attestantem: Revera illud solum & verum est gaudium, quod non de creatura, sed de Creatore percipitur; & quod, cum possederis, nemo tollet à te; cui comparata omnis aliande jucunditas mæror est; omnis suavitas dolor est, omne dulce amarum est, omne decorum sordidum est, omne profremò, quodcumque delectare possit, molestum est. An non enim omnium creaturarum perfectionem Deus modo eminenti in se continet? Ita sanè: nec enim dare posset coloribus pulchritudinem oculis tam amicam, nec cibis dulcedinem tam gratam palato, nec sonis harmoniam auribus tam acceptam, nec mollitiem corpori tam amatam tactui, nec floribus fragrantiam odorati tam suavem: quis porro non videt, animam internè fruentem DEO suo, omnibus illis bonis in eodem perfectissimè conjunctis gaudere, quæ extra Deum non nisi imperfectè inveniret, in tanta objectorum varietate, & numero diffusa? tantoque voluptatem esse vehementiorem, quantò bonum illud, quod in præfentiarum delectat, magis secum ipso unitum, in se collectum, restrictum, atque conjunctum est: ad quod fortassis alludit David, quando*

ad venam aquæ viventis anhelavit: *Quemadmodum, desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te DEVS. Quid è si cervi instar, sibi accensus æstubat, nunquid poterat illam aquarum rivulis extinguere? Minimè sanè auditores: hæc enim voluptas peculiaris non est; sed è fonte bibere, hæc tandem voluptas sitientibus optatissima est. Hac de causa accidit, ut, quoties à divina magnitudinis contemplatione sancti consistunt, ingentem concipiant moleam ac fastidium eorum, quæ & sensus oblectare, & corpori quoque modo grata solent accidere. Hinc quidam illorum clauderant oculos, ne ullam posthac caducam pulchritudinem intuerentur, ut de Silvano quodam Monacho Calsianus testatur. Alii obturabant aures, ne audirent porrò inania mortalium vota, quod de Serapione Abbate Palladius memorat; alii induci haud poterant, ut vel famelici cibum admitterent, quemadmodum de Diva Catharina Senensi notissimum est; alios autem sensu omnino carere dixisset, cum asperitæ ferri cuspidem vulnera quodam, non verò dolorem inferre, & sanguinem non gemitus viderentur elicere, quod Dominico Loricato accidit, alii graveolentiam foetidissimorum cadaverum, & purulentum mæcorem, ut ut studio admoverent neres, minimè sentiebant, quod Jacobo prænitenti evenit. Non me lætet, ad tanta singulos peræquè aspiciat non posse, hoc tamen non impedit, quò minus & nos ad fontis tam largi, tam benefici*

benefici scaturiginem admoti sperare  
possimus, pro vasculi nostri pro-  
portione, abundantiam congruæ vo-  
luptatis: *dilata os tuum, & imple-*  
*tu illud.*

IV. Certè si nullam aliam, saltem  
illam voluptatem sperare licebit, quæ  
in quovis animo verè spiritali altis-  
simam illam pacem excitat, quam con-  
scientiæ appellamus: *Pax Dei, qua*  
*exsuperat omnem sensum.* Hanc qui  
possidet, cui potè invidet? Fru-  
stratur sanè impii voluptatibus suis,  
quantumcunque libuerit, subdolis  
& fallacibus, certè nunquam sine-  
rè voluptate gaudebunt, nisi cordis  
tranquillitatem obtineant; hæc au-  
tem quomodo ab impiis sperari pote-  
rit? nunquid enim in mundo nihil  
quietum est, quamdiu motu agita-  
tur? saxum aspice, tum demum  
quiescit, quando moveri desinit: nec  
in moralibus quidem aliter evenire  
agnoscimus, nec enim medicus quie-  
tus est, nisi valetudine ægro ex inte-  
gro restituta, qui finis unicus opera-  
tionis est, & terminus motus, ad id  
utque semper in agitatione est, venit,  
redit, studet, præcipit, scribit, ex-  
plorat arteriam, linguam examinat,  
observat oculos, jam hoc, mox illud  
pharmacum dicitur, somnum noctis,  
quietem diei, interdium explorat, ap-  
petitum in cibo, gustum in potu per-  
feratur; reddita autem perfectâ sa-  
nitate, tum enim verò quiescere se  
posse proficitur, nec illam ampliùs  
domum frequentat, nec suos illuc  
delegat, jam finem suum consecutus.  
Hoc supposito, dicite obsecro, Au-

ditores, quis finis hominis est? non-  
ne beatitudo? nunquam ergo nisi ob-  
tentâ illâ quietus erit, & finis sui pos-  
sessione beatus. Impii verò ô quan-  
tum à fine hoc remoti sunt? *Vnus-Isa. 47.*  
*quisque in via sua erraverunt,* ait  
Isaias: hic enim unanimi omnium  
sapientum consensu, non nisi in Deo  
reperiri potest. Impii autem quid  
agunt? jam eam in divitiis quarunt;  
verum illæ respondent: non sumus  
beatitudo; hæc enim bonum est, sub  
*ratione finis* amabile, nos autem sub  
*ratione medii* tantum. Mox in divi-  
tiis inventâ minimè quiete, ad hono-  
res moventur, & illi reponunt: non  
sumus beatitudo, hæc enim bonum  
est securum, mutationis & vicissitudi-  
nis expertus, nos verò infinitis varie-  
tibus obnoxii; aliò tendite, si bea-  
ti esse desideratis: sic & in honori-  
bus minimè quieti, in cibos & pa-  
stum prorunt; hi verò respondent,  
nulla in nobis beatitudo residet, hæc  
enim bonum est homini proprium,  
nos verò bonum etiam bestis com-  
mune; aliò gressum convertite, si ple-  
nè contenti esse exposcitis. Tum illi  
è culinis & penu digressi, in lusus in-  
volant, in cantus & theatra, in cir-  
cos & torneamenta, in amores illi-  
citos, sed idem ab omnibus respon-  
sum obtinent, beatitudinem non ni-  
si in bono perfecto, stabili, sum-  
mo, & universali inveniendam,  
quod non nisi DEO convenit. Quid  
tandem accidit? id sanè solum, quod  
peccatores perpetuo vivunt inque-  
ti, cum motu continuo agitentur;  
pro eo enim, quod rectè versus  
DEUM



DEUM moveri deberent, qui finis hominis est, illi semitâ proflus contrariâ moventur erga creaturam, jam *Ps. 119.* hanc, jam illam. *Impii in circuitu ambulat, regio Propheta testante; semper in gyro rotantur.* O quàm longè alium in modum personis spiritalibus uluvenit, Auditores? illæ enim recto in DEUM tramite tendunt, juxta illud *Isaia: Semita justî recta est, callis justî rectus;* hinc illi soli quietem obtinent, qui soli ad finis sui possessionem pertingunt. Quamvis autem in hac vita finis iste perfectè possideri haud possit, nec, quod ritè consequitur, beatitudo ex integro obtineri, si tamen in hujus vitæ decursu aliquid beatitudinis à quoquam participari potest, si quis gaudio & lætitiæ locus, certè penes justos est, hi enim sunt DEO vinciniore. *Hymnus omnibus sanctis ejus,* *Ps. 148.* cui enim alteri *populo appropinquanti sibi.*

V. Nec quisquam se porro fatiget opponendo, vitam spiritualem auferam proflus, horridam ac tristem esse, quamvis enim talis appareat, minimè tamen talis est, nec sensus vestri, ut vos arbitramini, fidele testimonium præstare poterunt? quin potius noturne vobis est, quid hac super re eveniat? id sanè quod Moyfi accidit. Palam vobis est, Viro huic inclyto DEUM in vertice montis Sina apparuisse, ad dandam ipsi proprio oraculo Legem, quam populo suo promulgari volebat: verùm enim vero quàm terribili appa-

ratu eidem apparuit? videbantur sanè omnes tempestates è domicilio nubium evocate, & ex abyssis in montis illius jugo ad generalem armorum illustrationem convenisse: prælii locus aër erat, qui, ut conflictum magis feralem & formidabilem redderet, in solis præsentis despectum tam spissam agglomeravit noctem, quam non nisi per intervalla, quasi accensæ faces, & ardentia funilia, fulgetra interpolabant: erat quidem intermixtus nonnullus lucis fulgor, verùm lucis tam formidanda, quæ ipsas tenebras desiderabiles, & noctem redderet amabilem, respondebat reciproçè ex omni parte, harmoniâ tremendâ, interlabentia tonitrua, tabarum strepitu intermixta, & liturum clangori rursus tonitrua succedebant; scire sanè minimè poterat, hæc signa forent, ad prælium incitantia, an parendo receptui destinata, quin potius videre poterat ad majorem confusionem excitandam, eodem momento, quo fulguta micabant, associari cum fulgetro tonitrua, & eodem tempore, quo tonitrua copabat, fulminis ictum avolare; formabat mons totus, scissuris disruptus, quas in visceribus fulminum ictus efformabant, igoemque remendo, & vibrando flammam, credidisses, cœlum totum funestissimum brevi incendio exurendum. Vos, quæso & obtestor, ipsimet judicate, quid ad tale spectaculum faciendum populo fuerit, aut dicendum; stabat ille intra suos cedanes & turmas, juxta Dei mandatum

dispositus in circuitu, audiebat fragores, prelii discrimen aspexerat, & in medio periculi sciverat Ducem suum contineri; sed quale quæso iudicium formare poterat? erant confusæ immixtæ feminae, adolescentes & infantiuli, ac viri ipsi, uti intellectu rudes & crudi, ita nil aliud cogitare poterant, quàm jam jam actum esse de Moysse: Heu! clamare poterat feminarum nonnulla, cum libratum fulmen præcipitari videret, hoc enim verò est, quod rectè Moysen feriet, hoc habet: respondere poterat altera, visâ flammâ & vapore, hæc sanè est, quæ celerimè Moysen absumet; qui enim fieri possit, dicere poterant inter se promiscuè, ut tanta fumi agglomeratione illi faucium meatum non suffocaverit? temerarius ille profectò fuit, qui in tantam altitudinem ausus est eluctari, poterat sanè nobiscum, ut illi, manere ad pedem montis, & exculationem prætexere penès Deum, non posse se in tantam sublimitatem eniti. In hunc sanè modum consternatus ille populus ratiocinari poterat: quin reipsâ experior, cum tantas moras neciteret Moyses, ab omnibus sententiâ unanimi pro mortuo habitum, atque hanc ob causam Aaroni supplices accesserunt, ut alios sibi Deos quæteret, magis placidos & mansuetos, cum DEUS ille terribilis ac tremendus Ducem suum interemerit: Putantes Moysen esse mortuum, ad Aaron accesserunt, petentes sibi DEOS fieri. In hunc modum diffusè Abulensis. Verum ò quantum hi omnes à vero aberrarunt, Auditores? cer-

tè nec inter Alciñoi hortos, aut umbras amœnas Thessaliæ, majores deliciae fuerunt illis, quas inter hostice belli motus, & Aetnæ sacratoris incendia Moyses experiebatur; ille enim in medio tempestatum jucundâ DEI conversatione gaudebat, & cibi minimè indigus, ac quietis expers, peridius ac pernox, pulcherrimam DEI faciem contemplabatur, nec ullo unquam tonitruo interturbatâ quiete, nec oculis fulgetro habebatis, nec ullo fulmine tam audaci, ut vel simbriam vestimenti contingeret, quin potiùs, si Abulensis credimus, omnis ille horribilis apparatus, non erat justum prælium, sed umbratilis tantum fictusque conflictus, nec enim vel verus ignis, aut veræ erant ruinæ è fulminum ictibus exortæ. Ecce Auditores! pulcherrimam imaginem eorum, quæ hac die probare intendimus: certè vita hominum spiritui vacantium per montem Sinai figurata est, qui ibi commorantibus jucundus erat, iis verò, qui de longè aspiciunt, formidabilis. Rudis autem populus, qui præter id, quod apparet, nil pensi habet, compatitur miseris illis, qui sua quidem opinione nimium altè volunt eniti; ò quanto meliùs inquit, facerent, si ad pedem montis, in quo perfectio habitat, consisterent, nec ad supremum illius verticem aspirarent; quid enim ibi inveniri possit, nisi spiritus cum carne conflictus, & appetitus cum ratione? Hæc autem inter prælia, si

In cap.  
19.  
Exod. 17.  
11.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

diu durent, qui fieri potest, ut non perdatur vita? timent enim, omnem poenitentiam, quam iusti sponte suscipiunt, ictum sibi esse lethalem, qui si vitam non omnino elidat, salutem illam faucibus, utque olim Hebraei dicebant: *Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur*: ita & ipsi dicunt, relinquamus, cuicumque placuerit, tantam cum DEO familiaritatem, nos autem, si vitam vivere tranquillam, nec intra pericula & labores mori cupimus, procul nos abstinemus. *Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur, non, non loquatur nobis Dominus.* Heu discursus pariter & iniqui, & deceptorii? non solum, qui Moysis personam agunt, non moriuntur, nec patiuntur quidpiam, verum animo suavissimo nectare inebriato, nec cibum curant, nec quietem appetunt, sed dies noctesque amabilissimis cum DEO colloquiis transigendo, rident & nihili faciunt terrores illos apparentes, quibus aliorum vul-

*Ps. 118.* tus impallescent. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis, non, non est illis scandalum, ut rudis populus arbitrat.* Nos autem non solum timeamus montis illius verticem conscendere, sed cum ignavis illis procul consistamus, qui pavore con-

*Exod. 20. 18.* cussi steterunt procul? An mentem ergo non corrigemus, nec umbras superabimus spiritu confortato? an tam turpiter nobis imponi patiemur turbinum ac tempestatum figuram, causam & evanidam? O imprudentiam! o debilitatem, o vilitatem!

VI. Decrevit quondam, ex composito se ipsum contra mortem anteponere Seneca, & quo tandem argumento id effecisse exillimatis? certe non alio, quam quod nos in praesentiarum tractamus. Stavit sibi ob oculos mortem, specie, qua exuberari potest, horridissima, dira, superbiissimaque, illique faciem obvertens, quin & fronte contemptis fronti adversae calvariae admodum: Frustra, inquiebat haec, tuam me specie territare intendis, ad quid enim enses producis & secures? ad quid flagella & equuleos? ad quid accincta vadis barbarorum carnisficum famulitio, quorum hic sagittis, ille catenis, hic uncis, ille torcipibus, hic clavis, ille funibus, instructus est? nequicquam sane intento mihi dextero gito rogos & incendia ostentes, quibus me in cineres redigas, nequicquam voragine horrenda, in quas me praecipitem agas, pro quaeso, larvam, novi te perbere? *Tolle istam pompam, sub qua latet, & stultos territas, mors es, quam nuper servus meus & ancilla contempsit.* Absiste, quaeso, cum hinc terrorum & terricamentorum machinis, ab ululatu, stridoribus & lamentis abstine, an enim aliud propter dolorem inferre mihi poteris? atqui cum hoc ipso decertantem prodagricum intueor, & superantem, cum hoc ipso certare video saucium illum, timoris omnis expertem; cum eodem configere febricitantem illum ac tustinentem; cur ergo solus ego a dolore vilissimè dejectus qui,

qui, quantumvis fortè gravior sit, supremum tamen est & ultimus? Hos animos, Auditores, sibi ipsi Ethoicus addidit ad contemnendum illud, quod horribilium omnium horridissimum est, mortem videlicet, & sanè, si verum eloqui placet, hac consideratione animatus, eò pertigit, ut, cum mortis nuntium ab ingrato discipulo Nerone inferendæ inaudiisset, nec colorem vultus mutaverit, nec impaluerit, aut turbatus sit, sed ipse amicos, ipse domesticos, ipse plangentem thori consortem confortaverit, & in ipso supremo mortis articulo, cum jam apertis & incisus venis copiosus sanguis deflueret, in ipso balneo positus nobilissima moralis doctrinæ dogmata multis amantibus dicaverit, ut inter ipsissima sapientiæ documenta expiraret, inter quæ vixerat. Cur ergo à tanto magistro doctrinam tam proficuum non addiscimus? Nos enim, an non ad solum nomen & figuram vitæ spiritualis toti expavescimus, quæ ob oculos nostros apparatus tam ferali poenitentia, dolorum, & asperitatis observatur? Bene est, illud ante omnia meminimus, demere rebus tumultum, & videre, quid in re quæque sit, scimus, nihil esse in istis terribile nisi ipsum timorem. Quid ergo terrorem vobis injicit in vita spirituali, Auditores? forsitan solitudo illa, & segregatio, quæ vobis posthac conveniet, à ludibus publicis, & iis, quæ vel ultimæ plebi sunt communia, abstinere? sed hæc ipsa solitudo

est, quam tot Deo sacrati viri in claustris, tot virgines in Parthenonibus, tanti Eremitæ in montium latebris profitentur! Nihilne unquam de Romualdo audivistis, qui septem annos continuo silentio transiegit? nihil de Rudolpho, qui in eodem sedecim annis integris perduravit? si isti potuerunt id, quod longè gravius est, cur vos non possitis id quod minus & levius est? vobis enim lege nullâ à familiari hominum confortio interdicatur, sed à vano duntaxat, & scandaloso. Quid vobis terrorem incutit? An orandi studium? sed huic tantâ facilitate vacabant Antonii, & Arsenii, ut, cum ad solis occasum eandem auspicarentur, etiam à nascente sole in illa deprehensi sint. Quid vos terrefacit? an elemosynæ largitio? sed hanc tantâ liberalitate dispertiti sunt, & Petrus mercator, & Paulinus Episcopus, ut, cum aliorum amore bona omnia vendidissent, eorundem amore etiam se ipsos vanum exposuerint. Sed forsitan poenitentia opera vos pavidos reddunt, vitæ spirituali tam familiaria? vos autem cum & viribus debiles, & corporis constitutione molli ac tenerâ sitis, tantum animi non habetis, ut usque adeo asperè in vosmetipsos animadvertatis? Sed quis tenerior Genovefa Parisiensi, Afellâ Romanâ, Magdalenâ de Pazzis, Hedwige, Theresiâ, Isabellâ, quæ è corpore suo macellum fecerunt rigidissimum? Nec etiam opus est, ut ad injiciendam vobis formidinem vita spiritualis

proferat, aut centones vetulos, aut aquas infidas, aut hirsuta cilicia, aut stimulos ad sanguinem usque pungentes. Auferat illa omnera horrois apparatus, cineres, funes, spinas, catenas, lacrimas, pallorem, nuditatem, contemptus, & morbos, sequat ipsam, qualis est, repræsentet. *Tollat, tollat istam pompam, sub qua latet, & viles territas.* Hæc enim, hæc vita spiritus est à quamplurimis constanter exercita. Talium exemplorum vulgata notitia facti & annales sciant. Omnis ætas, sexus, conditio, omnis populus & natio, ea jactat quamplurima, & nos eorum numero accenseri haud possumus? quid enim tandem in illis erat, an non ex eadem creta & luto, ex eadem carne formati sumus? Si modò velimus, eadem consolationes & nobis paratae sunt, quarum adminiculo hi omnes tanta sustinuerunt:

*Job. 15. Nunquid grande est, ut consoletur te DEVS?* Jobus ingeminat. Eadem sanè delicias: eandem mercedem, & nos sperare possumus: eadem charitate operari, quod cordi amanti adeo facile accedit, quàm durum & laboriosum esse, animo amoris experti videtur. Quis ergo porro nos contineat, ne exclamemus: Vale munde? valete deliciae & vanitates? illi vos servate, qui aliud præter vos bonum ignorat; nobis certè pax posthac non erit amplius cum carne subdola & fallaci, quæ sub amicitiae schemate hostilitates perfidas contra nos tanto liberius exercet. Bellum, bellum expolcimus, sed bellum utile, hone-

stum, jucundum; stultus sanè est, qui delectabile esse existimat, stipendia sub signis sathanæ mereri, omnis belli nostri inimici, quique intolerabile autumat, sub DEI vexillis militare; qui nostræ felicitatis est avidissimus.

## P A R S A L T E R A.

VII. **S** Ed ecce! Auditores mei, vos utrinque in termino junctus: ego quidem non sine labore dicendi, vos autem non absque toto assensu ad metam spectatis. Quis porro superest, nisi ut ego veniam deprecer ob partes meas & munus hoc in loco malè obitum, vos autem quod erratum est, benevole indicatis? Verùm quidem est, illos tantum errores vitio vertendos, qui à libero voluntatis arbitrio oriuntur, non verò quos ex ingenio tantis laboribus impari procedere necesse est. Certè animus mihi erat servendi vobis sincerissimus, neque alium sibi depoſcebat & Auditorum meorum sapientia, & officij mihi imposui dignitas, gravisque dicendi hoc è leggestu provincia, nec minus etiam benevolentia vestra affectus, quam unanimes mihi exhibuistis. Sed quid tandem? certè rarè accidit, ut vires desiderijs respondeant, & in me id quoque accessit, quod, cum virtute, quæ sacratum DEO hominem decet, destitutus sim, totusque geu algeam, è glacie cordis mei tantum fervoris extorquere haud poterim, ad vos condignè inflammandos.

Quantumvis tamen Sermones mei rudes fuerint, & frigidi, ac indiferti, plurimilque obnoxii defectibus, nil tamen oberat, quò minus ipsa divini verbi efficacia, boni quidpiam in animis vestris operaretur. Illa sanè, quantò simplicior, tantò fortior, robusta satis esse debebat ad dejicienda vitia & peccata, & pietatem in iustorum cordibus confirmandam. Verumenimvero, Auditores, quid tandem dicitis? quem fructum è tot sermonibus Evangelicis collegistis? quid utilitatis, quid profectū ex ore vilissimi sermorum suorum Christus vobis suggessit? certè haud parum vos inde traxisse utilitatis existimo, si in hac morum integritate deinceps perduretis, quam jam inde à principio concepistis: ut autem ad hanc facilius pertingatis, quid porro possum adjungere? Id unum sanè, ut sapienter perpendatis, quàm brevis vita sit, quàm incerta mors, quamque inestimabile vos in caelis præmium maneat, merces laboris vestri & operum bonorum. Ita est, Auditores mei, hoc pro solatio in animis vestris memosynon conservate, quod digressurus à vobis statui relinquere, velut supremum pignus & arrham affectus mei, quo vos cupio reddere immortales, ut nimirum memoria vestrae insculptum firmiter teneatis, quantæ bonitatis sit ille Dominus, cui servitatem uni servitis: *Quam bonus Deus his, qui recto sunt corde.* Dominus certè amore dignissimus, qui numeratos tenet singulatis omnino passus vestros, quos ejus gratiâ

figitis, omnes lachrimas, omnem elemosynam, omne suspirium, omnem precationem, omnem pœnitentiam, omnemque vel levissimam victoriam. quam ejus amore à sensibus vestris refertis, gloriam illam ipsissimam, quâ ipse gaudet, vestram faciet: *qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo.* Et ô superi? quæ tandem erit consolatio vestra, cum brevi dolore, illius amore, in vita hac perfunctos, ipse vos in mortis articulo, ridente vultu, excipiet, & aspectu amabili omnia, quæ fecistis, opera bona vobis ob oculos ponendo, jam à vobis aut vilipensa, aut oblivioni data, à se autem fidelissimè conservata, vos inter beatorum cœlitum concentus, & Angelicarum mentium applausus in Paradisum deducet, absterlis manu propria lacrimis vestris, cum nec gemitus porro, nec luctus, nec planctus in vobis apparebunt: *Et non erit amplius neque luctus, neque clamor, sed nec dolor erit ultra,* sed risus æternus, voluptas æterna, vita æterna, æterna sanitas, pulchritudo æterna, æterna sapientia, thesauri æterni, æterna felicitas. O charitatem infinitam! O amorem ineffabilem? quis ad perseverandum in tant benigni Domini servitii seipsum non animet, qui copiosissimè nos remunerari paratus est, & pro actibus gratuitis recipiet cuncta illa obsequia, quæ tamen sunt iustitiæ debita. Hoc vellem vos iustos considerare.

VIII. Quod si verò in hoc confessu vestro immixtus forsitan peccator foret, velut inter flores Aconitum,

tum aut napellus, sive lolium dolum in frumento, quid ultimò tandem miseris istis à me dicendum existimatis? an invehar in illos, illos confundam, & indomitam eis cordis durtiem exprobre? minimè sanè, sed per JESU Christi viscera & amorem eos obtestabor, ne animam suam tam vilem ducant, ut ob voluptatem momentaneam, caducum commodum, vel affectum brutalem, continuo damnationis aeternae periculo expositi, vitam degant. Perpendant potiùs, quàm doloriferæ accident flammæ illæ luce carentes, noctes illæ, auroræ ortu destituta, stridores illi absque animi requie, plañctus & lamenta absque solatio, carceres sine exitu, tormenta sine fine, & tortores omnis pietatis expertes. Quodsi verò animam suam nauci faciunt, supplex accidam, ut saltem sacratissimo illi Sanguini parcant, pro ipsis effuso, & Carni illi eorum amore dilaniatæ, ac Corpori lacero. Ah necesse est, peccatores, tandem in vos effundere affectum terrore plenum, quem diu jam clausum animo continui. Primò tamen successum brevem quidem, sed raram & insolitum auscultate? Puella quædam honesta & ingenua, diu à proco infestata, omnem tentavit industriam, eum à se repellendi: rogavit, admonuit, minas immiscuit, nequicquam omnia; tandem consilium arripuit, tantò magis audax, quantò minus expectatum; cùm enim improviò advenientem juvenem aspiceret, vultum pallore, velut ad conspectum viperæ induit, cùmque in

ca animi consternatione, & cogitationum conflictu modum se tuendi nesciret, Christi è cruce pendentis imaginem, grandem ac devotam, quam in cubili tenebat, arripuit, penicique cursu ad ostium cubiculi dolata in portæ limine transversam collocavit, mox ardenti vultu, aspectu horrido, & voce plusquàm famineâ exclamavit: Adesdum scelerate, adesdum, satia animum, sed ecce, quò tibi transeundum sit; attonitum ad me pertingas, calcandus tibi Christus est. Si animus tibi suspexit, Sacrosancta illius membra conculcandi, tum enimvero patiar profanari mea. Stetit ad vocem hanc attonitus juvenis, nescio an rei novitate defixus, an pudore & verecundiâ confusus, vultuque in mille colores mutato, coram Christi crucifixi icone prostratus, plus oculis, quam lingua locutus, planctu distulxit & lachrimis, temeritati suæ indoluit, ad pœnas debitas se sponte obtulit, emendationem spondit. Ego sane, Peccatores, ut vos à peccato detererem, quadraginta hisce Sermonibus, omnî studio & industriâ, quæ in mentem venire poterant, elaboravi. Jam rationum momentis in medium allatis vos admonui, jam interpositâ auctoritate vobis consilia dedi, jam confortavi exemplis; jam minis cœcui, jam invitavi promissis, jam flexis genibus obtestatus sum, & supplex rociidi; si his omnibus insuper habitis, nonnemo in hac Basilica inveniretur, qui audaci omnium, quæ audire, contemptu secum statuisset, è templo

plō egressus iisdem, quibus prius  
 affueverat, peccatis se se involvere,  
 video id unum mihi decernendum,  
 quod in summis malis fieri assolet,  
 ut media nimirum extrema arripiam,  
 unde sanè dubito, an porro me con-  
 tinere possim, quin laudatæ virginis  
 exemplum imiter, & sacratissimam  
 hanc Christi è cruce pendentis ima-  
 ginem templi liminibus superimpo-  
 nam, omnique alio exitu clauso, &  
 aditu negato, totus animo exarde-  
 scens, & unâ lachrimis perfusus ex-  
 clamem: Quid ultra præstolamini?  
 Exite miseri, antiquæ enim consuetu-  
 dines vestræ vos urgent, & incitant.  
 Exite, vestri enim contubernales, ad  
 impura colloquia terminanda vos al-  
 liciunt: exite, qui enim vobis cor-  
 respondent, ad contractus iniquos  
 executioni mandandos vos invitant.  
 Sed si eundem est, non nisi hâc viâ  
 eundem est. Aspiciat membra hæc  
 languentia, hæc plagas profundas,  
 & vulnèra; hæc conculcatis oportet,  
 si in antiquam redire silvam statue-  
 ritis. Hic ille Christus est, quem cum  
 palam offenditis, tum enimverò ut-  
 plurimum summam gaudii & vol-  
 uptatis vestræ vobis attigisse vide-  
 mini. Ecce jacet ante oculos vestros,  
 ad libitum involate, terite calcibus;  
 premite, conculcate, manus habet  
 clavus affixas, impotes ad vos castigan-  
 dos, linguam mutam & silentem,  
 frustra metuitis, ne sentiat. Progre-  
 dimini alacres? ille pennis suis inter  
 hæc vestras voluptates expiabit;  
 vos plumis mollibus indormietis, ille

in duro crucis trunco animam aget;  
 vos floribus coronabit caput, ille  
 acutos inter spinarum aculeos expi-  
 rabit; vos inter amplexus amatos  
 tempus falleris & horas, has ille cum  
 supremo agone colluctans singilla-  
 tim numerabit. Statuite, quod vo-  
 bis libuerit, cum corpore hoc mise-  
 rando, jam enim, ut ore proprio  
 Christus fatetur, opprobrium po-  
 pulorum factus est, linguarum om-  
 nium scopus, & abjectio plebis.  
*Conculcaverunt me inimici mei 10. Pf. 55 3.*  
*1a die.* Si ego ô Christiani, in hunc  
 modum novum & inauditum hac  
 die ultimâ loquerer, an usque adeo  
 temerarium quempiam inveniri pos-  
 se existimatis, qui mihi ad talia in-  
 vitanti acquiesceret, qui in Cruci-  
 fixi imaginem animosus insiliret, ut-  
 que porro posset peccare, eundem  
 minimè dubitaret conculcare? Et  
 sanè, Deum immortalem! hanc ipsi-  
 simam injuriam, crudelissimi pecca-  
 tores, ille identidem à vobis sustinet;  
 vos enim, teste Apostolo, illi estis,  
 qui filium DEI conculcatis, vos, qui  
 sanguinem testamenti pollutum ducitis, 10. Ad Heb.  
 10. 29.  
 vos, qui spiritui gratia contumeliam  
 facitis, dum spontè ac deliberatè post  
 tot sermones, & conciones auditas,  
 peccare pergitis: voluntariè peccan-  
 tes, mentem quæso advertite: vo-  
 luntariè peccantes, post acceptam no-  
 titiam veritatis.

IX. Verùm, quò me impetus ave-  
 hit, ut loci, in quo loquor, oblivis-  
 car? credam sanè, in Templo hoc  
 nullos amplius peccatores inveniri,  
 aut



aut si quidam sint, poenitentes esse non obstinatos. Tuarum partium est, Servator Amatissime! injectis in colla ipsorum brachiis Patris instar amantissimi, respicentes filios amplecti, illos sinu stringere, genis admo- vere, ad osculum admittere, aut si nimium fortè videtur, saltem tuam ipsis benedictionem haud denegare:

*Pf. 3. 7. Super Populum tuum sit benedictio tua.* Jam enim longo tempore nec absque incommodo, magna cum reverentia eandem præstolantur; ne porro differ eorum desideriis facere satis: ego enim vadem me offero, & polliceor eosdem haud esse indignos; Illi enim sunt, qui huc accurrerunt ad percipiendum aviditate tantâ verbum tuum, & depositis negotiis domesticis, curas dedignati profanas, diebus singulis huc convolarunt sanctissimâ tuâ doctrinâ imbuendi. Illi sunt, qui æquo animo dicentis inopiam, & ruditatem sustinuerunt, & curtam oratoris suppletilem facultatemque, satis superque contestati, quanti facerent doctrinam tuam pretiosissimam, dum eandem è labris hominis tam vilis, oratoris tam indiferti, quodque caput est, peccatoris adeo ca-

lamitosi, qualem Tu me esse nôsti, susceperunt. Fac ergo, deſuar in finum eorum benedictio tua locuples & uberrima, quam merentur, illaque ab utraque manu tua profecta, dextrâ peræquè ac sinistra: *de rore caeli, & de pinguedine terra.* Benedicis ipsis, domibus eorum, campis & agris, & quidquid demum in hoc mundo possident. Vos autem, Auditores mei, quos omni reverentiâ complector, pacem fruamini in corâ Jesu, in quo supremum vos reliquo: & pax DEI, qua exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras. Corda vestra, ut nunquam avertamini, intelligentias vestras, ut ab ea veritate, quæ etiam cooperante inculto oratoris indiferti sermone in vos decurrit, nunquam porro separemini, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

NB. Sequentes gemini sermones ad numerum quadragenarium complendum, cum diem tribilem sacro verai jejunii tempore non habeant, hic ad eandem separatim annexi sunt.



SERMO TRIGESIMUS  
NONUS

IN FESTO SANCTI IOSEPHI.

*Ioseph autem vir ejus, cum esset Iustus. Matth. 1.**Mulieris bonæ beatus vir. Eccles. 26.*

**N**emo sanè hominum à magnis Principibus & tanto studio inquiretur, & inventus majori habetur in pretio, quàm excellens, & eximius encomiastes si cum pro meritis æstimare, ac pariter consequi possent: Famigeratus ille Macedo, Alexander, cui nihil amplius supererat vel ad fortitudinem sublime, quod exequi, vel ad fortunam prosperum, quod æmulari posset, infelicem se tamen existimabat, quòd Homero careret, nec erubuit lachrimis suis Achillis tumulum aspergere, non æmulatione meritum ejus & rerum gestarum, sed unicâ Encomiastis, quem fortis erat, invidia correptus. Nec solus ille simili ambitione laboravit; certè Spartani, cum in campum contra hostes egredierentur, minimè dignati sunt, sese Marti commendare, Heroi tam bellicoso; Mutis tamen sacrificia litabant, foeminis imbellibus: indicare eâ te cupiebant, tantum se suis viribus & animis tribuere, ut ad victoriam DEI patrocinantis auxilio minimè uterentur.

*R. P. Segneri Quadragesimale.*

quidem, indigere se tamen Musarum alumno & encomiaste, qui diguum victoribus tantis epinicion posset canere. Ita Marius Rusticanus blanditus est Blozio, Pompejus magnus suis sumptibus aluit Theophanem, Decius Brutus Accio favit, eâ solùm spe lactati, quòd immortales in eorum voluminibus essent supervicturi, quòdque sanè admirationem metetur, locupletis cujusdam juvenis, cui Varo nomen, memini, ita referente Philostrato, qui condiscipulis suis sæpenu-mero pecunias ad usuram elocavit, hac tamen conditione, ut, si in Academia publicè declamare sibi contingeret, quasi admiratione moti, in publicas acclamations & applausus erumperent, & è sedilibus assurgentes, elevatis palpebris exclamarent: Euge belle! Euge benè! nec posthac ullo solvendi census debito tenerentur. Tanti fit ab hominibus non spontaneus duntaxat, verùm & emendicatus encomiastes. Hoc si ita est, quo ergo erit in pretio DEI ipsiusmet Encomiastis elogium? ille sanè, qui solus omnium, nec affectu ullo duci aut

T t t

vult

vult aut potest, ut aliquid ultra metita deprædicet, nec ob vilitatem mentiri, nec ob ignorantiam decipi valet. Verum paucis profectò tanta fors obtigit, negari tamen minime potest, inter primos istorum S. Josephum numerari posse, ad cujus laudes audiendas majori hodie lætitiâ & sollicitudine accurristis, quàm si ad vestram encomia auscultanda vos invitasset. Non à me tamen, verùm ab æterna veritate, succincto unius verbi compendio, insignem Papegyrin refert, dum per Antonianam, ut quondam fidelis Abraham, pius David, Daniel prudens, Moyses mansuetus audit, ita ille *Iustus* appellatur. *Ioseph autem cum esset Iustus.* Quid porrò hoc iusti nomen significat? quid complectitur? quid dignitatis, & excellentiæ continet? loquatur ille, qui in explicandis scripturæ sacre oraculis Doctoris maximi laureâ insignitus est, loquatur, inquam, Hieronymus, dignissimus sane, cui fides ab omnibus integra attribuitur: *Iosephum vocari iustum attendito.* Verùm quâ de causa? quove merito? *propter omnium virtutum perfectam possessionem.* Quid autem de homine majus, ampliusque dici potest, quàm illum omnem virtutem, & perfectè quidem possidere? an non hoc Elogium sublime juxtâ & summum vobis esse videtur? non ergo, quasi adhuc dubitemus de eo, quod certum est, Josephum nimirum Iustum fuisse, sed ut videamus, an talis Iustus dicendus sit, Sanctus ille, excelsus & eminens, qualem adducta Divi Hieronymi commentatio

describit, in præsentiarum solidis rationum momentis considerabimus, ad quam nimirum perfectionis excellentiam, & gradum D. Josephus erectus sit, aut suâ ipse operâ evelerit. Cùm verò de rebus, ab eo gestis, dum viveret, pauca admodum, de bona verò ejusdem morte nihil posteritatis memoriæ sacri annales reliquerint, quid nobis faciendum est? Certè de meritorum ejus magnitudine ex eo solum ratiocinandum erit, quid cuiusvis perspectum est; palam autem est unicuique Sponsum Virginis fuisse: *Vir ejus.* Talem Eum appellant singuli, reverentur omnes, an non ergo hoc ipsum maximam in eo perfectionem arguit, cùm ipse talis sit? marifestandum igitur superest, Josephum Sponsum illum longè fortunatissimum fuisse inter omnes, cui non absque invidia Ecclesiasticus acclamavit: *Mulieris bona beatus vir.*

II. Fuit ergo Josephus Mariæ Virginis Sponsus, *mulieris bona.* Vel ut loquamur meliùs: mulieris optimæ. Sed quid hoc? nolite quæso decipi, non enim Josephus Sponsus Virginis erat, aut casu fortuito, aut fortè fortunâ obtingens, aut improvidè ab eadem acceptus, ut quondam stultus inter Lacedæmonum erat, sed singulari Dei providentiâ, eidem in Sponsum assignatus, atque adeo juxta omnes rationis regulas attributus: conveniebat ergo, illum non solum nobilitate profapia, quæ verè regia erat, sed moribus etiam & indole, genio, & corporis compositione præ cunctis aliis virgini magis assimilari, cùm palam notum sit, primò omnium inter Sponsus

æqualitatem desiderari. Unde ego  
 haud malè conjicio, non usque adeo  
 à vero alienum esse, quod præclari Do-  
 ctiores affirmarunt, fuisse illum ab u-  
 tero materno Sanctitate dotatum;  
 quamvis enim de hoc irreffragabilis  
 veritas non habeatur, nihilominus non  
 absque solido fundamento conjici po-  
 test, de eo, qui Sponsus Virginis fu-  
 turus erat, fuisse illum præ omnibus  
 maximè similem, & conformem illi,  
 cui assignabatur. Si enim secus foret,  
 nullum porro dubium esset, & Jere-  
 miam & Joannem Baptistam similio-  
 res Virgini fuisse, cum uterque prius  
 sanctus, quam in lucem hanc fuerit  
 editus, nec satis intelligi posset, quâ de  
 causa geminis hæc talis obtigerit  
 prærogativa, quorum, ut manifestum  
 est, uterque Christi Propheta erat, ille  
 quidem procul & è longinquo, hic au-  
 tem præsens & proximus, id ipsum ta-  
 men privilegii negaretur illi, qui  
 non tantum Christi Tubicen aut pro-  
 dromus erat, ut illi fuerant, sed ejusdem  
 Cultos, Nutritius, Præceptor & Pater,  
 si non naturâ & veritate, appropri-  
 atione saltem & apparentiâ. Doctrina  
 eximia Divi Thomæ est, quanto ali-  
 quid Principio suo vicinius est, tanto  
 prærogativas illius & proprietates  
 amplius participare; ita splendor  
 soli proximus magis effulgurat, &  
 calor igni vicinissimus magis ex-  
 suaat, sicque vos ipsi noctis, aquam,  
 quam hauritis, eò magis limpidam,  
 pellucidam, ac chrystallo similiorem  
 esse, quo fonti suo, ac primæ scaturi-  
 gini vicinior accedit. *Pariùs ex ipso  
 fonte petuntur aqua.* Hæc cum ita sint,

quid porro suspicamini, Josephum,  
 qui & affinitatis vinculo, & officij  
 dignitate tam propinquus erat omni-  
 sanctitatis fonti universali, aut mino-  
 rem plenitudinem, aut perfectionem  
 longè inferiorem ab eodem partici-  
 pâsse, quàm illi, qui à prima scaturigi-  
 ne longius distabant? Quis enim, si  
 unam Virginem excipias, familiarius  
 cum Christo egit, Josepho? quis illum  
 frequentius intra brachia complexus  
 est? quis arctius strinxit sinu? quis pres-  
 sius collo admovit? quis sæpius dis-  
 suaviatus est, eidemque blanditus?  
 quis ejus præsentia fruitus, & contu-  
 bernalem & nutritium egit? quis titulo  
 meliori dicere potuit, Tu meus es?

III. Dixi, meliori titulo: quamvis  
 enim probè sciam, Josephum nullam  
 penitus cooperationem aut concur-  
 sum ad æterni Verbi temporalem ge-  
 nerationem præstitisse, nihilominus  
 tamen, cum verè maritus esset illius,  
 quæ Christum genuit, certè consequi-  
 tur, si mea me non fallit opinio, posse  
 omni rigore à Josepho dici, Chri-  
 stum suum esse. Audite me Juriscon-  
 sulti: nec enim ego vos civilium insti-  
 tutionum tam rudes, neque vestris in  
 legibus tam parum versatos credide-  
 rim, ut nesciatis, ad hoc ut vestrum  
 quilibet fructus cujuspiam verè Do-  
 minus sit, minimè necesse esse, aut il-  
 lum vel feminasse, aut insitione ino-  
 culasse, aut plantasse, aut quovis alio  
 modo ad ejusdem progerminationem  
 concurrisse, sed satis esse eundem in  
 proprio fundo natum. *In suo solo: mo-  
 do enim in vestro solo nascatur, sive  
 tellus fertilitate spontaneâ eum pro-  
 ducit.*

TIT 2 ger-

germinare faciat, seu cœlum producat miraculosè, semper cum veritate, vestrum dicere potestis. An non ita est? Hoc posito, repeto: probè mihi perspectum esse, Josephum non concurrisse ad fructus illius productionem, qui palmari miraculo in Mariæ utero germinavit, quæ terra virgo erat, sed dicite, an non ille soli hujus, & fundi Dominus erat? Erat enim vero; in hoc enim, si Apostolo credimus, matrimonii essentia consistit: ut mulier non habeat sui corporis potestatem, sed vir, & similiter vir non habeat sui corporis potestatem, sed mulier. Quamvis consensu mutuo, pars utraque hac potestate possit non uti. Si ergo fundus iste, in quo fructus generatus est, de quo loquimur, verè Josephi fuit, certè consequitur, posse fructum talem proprio loquendi rigore suum dici: si ergo Josephus illi, qui omnis sanctitatis origo est, ac principium, tam stricte conjunctus atque unitus fuit, ut illum suum agnoscere, suum vocare possit, & illo velut suo frui, cui vero simile videri possit, Josepho minùs obvenisse ab eo, quem omni jure suum dicebat, plùs verò eis, ad quos nullo dominij titulo thesaurus hic spectabat. Quis enim unquam inventus est montis integri fossilis Dominus, & tamen auri penuria præ omnibus laboravit? quis in sua potestate fontem habuit, & aquæ nihilominus indigentissimus fuit? quis integrum possedit emporium, & tamen mercibus caruit? Hoc si verum esse inveneritis, & ego dicam, posse Josephum in manu sua omnis Sanctitatis

Largitorem tenere, & tamen præ cunctis aliis carere sanctitate.

IV. Ex hoc ergo principio sanè pulcherrimo non absque solida verisimilitudine deducitur, non solum illum, quod unicè probate animus erat, in utero materno sanctificatum, sed de postea stabilitum in gratia, atque ab omni iniquitate præ omni alio mortalium alienum, dicamus audacter, neminem hominum in terra hac Josepho sanctiorem fuisse. Quidè neminem sanctiorem? forsan nonnullorum aures, aut anxias, aut delicatas, aut debiles offendi? quasi verò temeritatis notam mereatur is, qui in medium profert, ac ea ad se iocem comparat, quæ certare de magnitudine possint, arguique magis debeat quàm astronomi, qui sententiâ de veria stellarum inter se collatarum magnitudine ferunt. Verùm sit ita, quod vultis ergo à me fieri? an ut dicta vocem, & palinodiam canam? casum sanè: Erravi igitur, erravi dicendos: debebam dicere, Josephum sanctiorem fuisse quovis alio, exceptè, quod semper intelligendum est, unicè suo consorti. Quod si hoc dicere, temerarium judicatis, temeritatis arguitis Gerlonem celeberrimum Parisiorum Cancellarium, temerarium judicatis Bernardinum de Busto, temerarium Joannem Carthagenam, temerarium Isidorum Holanum, temerarium Suarezius, cujus tamen suffragium Academiæ integrè potest comparari. Sed forsan ille verbis obscuris & ambiguis utitur? Ipsismet au-

1. Cor. 7. *stis: ut mulier non habeat sui corporis potestatem, sed vir, & similiter vir non habeat sui corporis potestatem, sed mulier.* Quamvis consensu mutuo, pars utraque hac potestate possit non uti. Si ergo fundus iste, in quo fructus generatus est, de quo loquimur, verè Josephi fuit, certè consequitur, posse fructum talem proprio loquendi rigore suum dici: si ergo Josephus illi, qui omnis sanctitatis origo est, ac principium, tam stricte conjunctus atque unitus fuit, ut illum suum agnoscere, suum vocare possit, & illo velut suo frui, cui vero simile videri possit, Josepho minùs obvenisse ab eo, quem omni jure suum dicebat, plùs verò eis, ad quos nullo dominij titulo thesaurus hic spectabat. Quis enim unquam inventus est montis integri fossilis Dominus, & tamen auri penuria præ omnibus laboravit? quis in sua potestate fontem habuit, & aquæ nihilominus indigentissimus fuit? quis integrum possedit emporium, & tamen mercibus caruit? Hoc si verum esse inveneritis, & ego dicam, posse Josephum in manu sua omnis Sanctitatis

cūte: Non existimo temerarium, neque  
 improbabile, sed piū potius & verifi-  
 mile, si quis fortasse opinetur, Sanctum  
 Iosephum reliquos omnes in gratia ac  
 beatitudine antecellere, quia ex scriptu-  
 ra nihil est, quod repugnet. Nec ve-  
 lim vobis persuadentis, tantum virum  
 aut errore calami, aut fervoris impetu  
 quodam hanc scripto tulisse senten-  
 tiam, nec æquā satis iudicij truti-  
 nā ponderasse dictum illud celebre,  
 quod vos jam tacite animo voluitis,  
 ut eidem opponatis, prævidit enim  
 hæc omnia perbene, quantum verò  
 præiens effectum attinet, inter alia re-  
 sponfa peracutè notavit, quòd inter  
 exemptiones odiosas, qualis & illa  
 videtur: non surrexit major: nun-  
 quam rigore legis illi comprehendantur,  
 qui ratione sublimissimæ digni-  
 tatis semper intelliguntur exempti,  
 & excepti, nisi contrarij specialis  
 mentio adjungatur. Quis autem infi-  
 cias ierit, in casu nostro talem facili-  
 timè credendum Iosephum, velut il-  
 lum, quem constituit Dominus super  
 familiam suam. At quam illam? Prin-  
 cipalem nimirum & primariam, quæ  
 que absque medio ad obsequium  
 unionis Hypotheticæ ordinabatur:  
 Constituit sua matris solatium, consti-  
 tuit sua carnis nutritium, constituit  
 denique, Bernardo teste, constituit so-  
 lam in terris magni consilij coadjuto-  
 rem fidissimum. His ergo Authorum  
 tam gravium fundamentis innixus,  
 eorumque autoritate animatus re-  
 peto denuo, perquam probabile esse  
 Sancto Iosepho neminem alium san-  
 ctimoniam præcelluisse, sed illum po-

tius eorundem cuicumque, nec id so-  
 lum ob adducta rationum momenta,  
 sed ob illas quoque magis splendidas,  
 succoque pleniores causas, quas vobis,  
 si mentem placet advertere, proponam.

V. Probè vobis notum est, ex æ-  
 quo requiri, ut thori consors neminem  
 majori amore prosequatur, quàm  
 maritum, de nullo alio majori affi-  
 duitate cogitet, pro nullo preces fun-  
 dat ferventiores, estque omnino con-  
 jugalis amoris perfectioni consenta-  
 neum, ut marito tantum felicitatis  
 & fortunæ optet, quantum sibi ipsi;  
 si ergo hoc vos inter accidit, quis vel  
 animo concipere possit, Mariam huic  
 debito non integrè ac ex abundanti sa-  
 tisfecisse? An non enim Ioseph  
 summo illam amore ac reverentia  
 est prosecutus? suos illi labores, suos  
 illi sudores dicavit, an non mille se  
 periculis ejus amore exposuit? certè  
 nil aliud ipsis deerat, quàm quòd con-  
 tinuò apum instar in uno viverent  
 alveari, omni corporis commercio  
 inter eos, intercedente destituti, inta-  
 cti semper & illibati. Hoc tamen  
 pias Virginis in sponsum Virgineum  
 flammæ augere visum est, non restin-  
 guere, hinc enim clariùs perspicie-  
 bat, se à consorte suo amari, non con-  
 cupiscentiæ carnalis, sed cælestis cu-  
 jusdam benevolentiae affectu. Satis  
 enim illi erat ulum imitari, quæ viti  
 jungitur ob id solum, ut matrimonij  
 onera sustentet, non verò ut fructum  
 ejusdem recipiat. Ego sanè hac de  
 causa firmissimè credo, Mariam erga  
 neminem mortalium, amore adeò in-  
 tensò, sincero, ac cordiali flagràsse,  
 quàm

quàm Josephum ; quantas ergo pro ipso preces fuderit ? quantum illi gratiæ obtinuerit , quantum impetraverit gloriæ ? quod quidem bonum est præ cunctis aliis amanti desiderabile. Artemisia amorem suum erga confortem Mausolum nobiliori monumento testatum relinquere non posse censuit , quàm si ejus memoriæ Pyramidem erigeret , totiùs orbis miraculum. Sulpitia Lentulo suo amorem testata est , exilio voluntario ejus causâ suscepto. Chilonides amore Theopompi duro se carceri mancipavit. Portia Bruto suo amorem contestata est ardentes deglutendo carbones. Iphierata , ut Mitridati ostenderet vim amoris sui longè maximam ; fœminini sexus oblita truncatis manu masculâ pulcherrimis cincinnis , tractandis equis , hastis vibrandis assuevit , illumque animosè conflictus inter & prælia infecuta est. Si ergo illæ ipsæ fœminæ , quæ minùs tamen Virgine nostrâ sponfos suos amarunt , amore eorundem , tam fortia aut agere , aut pati tanta non dubitarunt , quid Maria fecerit , quæ omnibus antecelluit amore ? an quidpiam , quod suarum erat partium , omiserit , quale erat , se pro ipso interponere , ac Deo supplicem fieri , ut omni virtutum splendore ac cumulo adornaretur ? Certè Ecclesiasticus haud parùm mulierem carpit , muneris in hoc implendi immemorem aut incuriam : *Mulier , qua non beatificat virum suum.*

Plin. l. 36. c. 5.  
Plutarc.  
in Diom.  
Polion.  
l. 8.  
Val.  
Max. l. 4. c. 6.

Eccles.  
25. 32.

VI. Quanquam nec hunc etiam affectum consequi virgini difficile ac-

cidit : nescio , quæ vis & efficacia sanctimonix mulieris insit , ut seipsa in maritum etiam discolorum transfundatur : *Vir infidelis , sanctificatus est per mulierem fidelem* , Divo Paulo testante : id sanè , nisi crederem superfluum , quamplurimis vobis , iisque eximij exemplis demonstrarem , ut palam est in Theodelinda erga Agilolphum Longobardorum , in Ingonda ergo Hermenegildum Gothorum , in Clotilde erga Clodoveum Francorum Regem , aliisque quàm plurimis profapix minùs Illustris , ut in Cæcilia , quæ Christi Martyrem sponsum suum Valerianum reddidit , aut in Beigida , quæ Monachum fecit virum suum Ulfonem. Quis ergo posthac dubitet , sanctitatem Mariæ , tam eximiam , tam grandem , tam superbundantem non etiam in cor Josephi plenissimè transfusam , cum ille super naturâ & mirâ animi propensione in id ferretur , longè magis , quàm nubes rorida ad recipiendam solis imaginem ? Certum est , obitum simplicem & improvisum Personæ virtutis , & à nobis æstimatæ , nonnunquam acres admodum ad sui imitationem stimulos in nobis excitare. Hac de causa , de Sancto Luciano in fastis vitæ ejus rem miram legimus , eum mirum solo vultu gentiles ad fidem convertisse , quod alii editis miraculis præstitere , adeo quidem , ut quoties eidem Maximinus Imperator loqueretur , antequam ad mortem illum condemnaret , non nisi interpositâ geminos inter vultus cortinâ , pro Atheniensium more , ubi agendum erat

com. reis capite damnatis, id præstiterit, id veritas, ne solo aspectu Luciani, velut pio fascino ad Christi fidem amplectendam etiam nolens inclinaretur. Nec solum justorum aspectui, sed & eorum statuis, simulachris & imaginibus, tanta sæpissime vis inest, ut minime mirum videri debeat, tantum olim in Dei Ecclesia ab inferis & demonibus, contra sacras Cœlitum imagines bellum excitatum, cum solo eorum aspectu, quàm plurimi, tantum fervoris conciperent, ut hic ultra ad martyrium curreret, ille ad poenitentiam moveretur, hic ad dolorum tolerantiam, ille ad alios non minus arduos actus virtutum stimularetur; verbo ad supremum sanctitatis apicem aspirarent, conceptis ex solo Cœlitum aut Imaginum aspectu iis flammis, quæ ad suprema quæque sectanda ignavos incenderent. Certè Divus Joannes Chrysostomus solà D. Pauli aspectu imagine ferventissimo zelo accendebatur, S. Gregorius Nyssenus ex effigie veteris Abrahami totus dulcissimo pietatis affectu distulabat, singulariter tamen Beatissimæ Virginis Icones in humanis animis admirandos effectus suscitare palàm est, jam convertendo protervos, jam tepidos & algentes inflammando, jam animos suggerendo tentatis, ac in Sanctorum cordibus ardentissimos charitatis æstus, aut Religionis, honestatis, mortificationis, pudoris ac verecundie, & fidei igniculos excitando, ut inter alios de se ipso D. Bernardinus testatur, splendor ingens magnæ illius familiæ S. Francisci, cujus Sera-

phinos terra veneratur. Qui ergo fervores, & quæ flamma, & scintillæ charitatis, quæ incendia, qui amoris Vesuvii, in animo Josephi excitari debebant, dum peridius & pernox obversantem ob oculos contemplabatur non emortuam imaginem, sed vivam Mariæ personam, cum illa aut loquenti auscultaret, aut loqueretur auscultanti eam, quocunque eundem erat, comitaretur; una utrique cohabitanti domus, una utrique eidem mensæ assidenti victus ratio, ita ut mutuà, quæ conjuges inter solet intercedere, usi necessitudine non observare modò cuncta quæ in oculos veniebant, sed & in intimos penè animi recessus possent penetrare. An non credendum est, ex occasione tam commoda, & opportuna, Josephum in virtute eò progressum, quo majorum aut posterorum nullus evaserit? quis enim est, qui vel in æmulatione virtutum, vel imitatione exemplorum, vel prementis Mariæ vestigiis gloriari possit, se sponso ejus sanctissimo præcelluisse?

VII. Verùm ultra progrediamur: *Nubentem Regina, consequens est, Regem fieri.* Hæc enim, quantum ego comprehendere possum, lex universalis sit oportet, in qua nulli exceptioni, ad ætatem usque nostram, in ulla natione aut seculo locus patebat. Quamvis enim, ut communi omnium ore loquamur, vanum sit credere, mulieris nobilitatem subito in virum transfundi, cum omnium judicio mulier à viro, non vir à muliere nobilitatis decus trahat, atque adeo generis splendorem deperdat illa mulier, quæ plebejo



plebejo jungitur, nec vicissim creatur nobilis plebeius, qui foeminae Nobili copulatur, nihilominus tamen huic regulae locus minimè patet, quotiescunque mulier, aut matrona praegrandi dignitatis titulo pollet, multoque minus, si illa status amplissimi Domina est, aut absoluto regimine fruitur, tunc enim verò, si Baldo & praestantissimis Jurisconsultis fides adhibenda est, maritus conditionem mulieris sequitur, non vicissim mulier fortunam mariti. Quisquis ergo reginae sponsus est, tametsi pastor, aut bubsequa, Regem induit, omnesque titulos ac thesauros participat, sorti & fortunae reginae annexos. Hac de causa, quod Jus imperij Marcianus habuit, quam quòd Pulcheriae sponsus esset, quamvis pacto mutuo inviolabilis Virginitatis? Quid juris ejusdem erat Anastasio, nisi quod Ariannae maritus esset? Quid Paphlagonio, nisi quod Zoen duxisset, quarum singulae Augustarum titulo clarebant. Jam ego scire pervelim, Auditores, an ullus vestrum aut in controversiam ducat, aut revocet in dubium, Sanctorum omnium Reginam Mariam esse? si tam iniquus inter vos judex esset, non tantum Epiphanius quidam, aut Basilius, aut Bernardus eum mendacii argueret, verum quaevis anus aut vetula, quae choris integris consonantibus hodie cantatam fuisse meminerit: *Regina Sanctorum omnium, ora pro nobis.* Si ergo Maria inter omnes caelites Regina est; convenit sanè juxta universalissimam regulam paulò antè datam, Sanctorum omnium Regem Jose-

phum esse; si ergo Rex est, quomodo ullo Sanctorum minor esse poterit, quorum se regem esse meminit? qui fortitudine Rex est, omnes alios virium robore superet, necesse est; qui sapientià Rex, omnibus necessario sapientià debet antecellere, qui pulchritudine Rex, omnibus necessario praestare formam debet? cur ergo non de sanctitate major sit omnium, qui rex Sanctorum est? Sufficiat igitur dicere, Auditores, magnum Josephum sponsum Virginis ideo fuisse, ut verissimilitudine nimium quantum solitè & efficaci demonstraretur, omnem virtutis cumulum & plenitudinem in illo fuisse aggregatam; *Mulieris bona virtus vir.* Id quod multò amplius elucidescit, si attentis animis titulos illos admirandos ponderemus, ob quos Virgini fuit desponsatus.

VIII. Fuit ergo eidem Virgini sponsum datus, non ut esset violata, quantumvis justissimus, sed cultos fidelis illius pudicitiae & integritatis virginalis, quam in ipsa inveniebatur; quae ergo, hocposito, continentia puritas, quis candor eidem conveniebat, ad severitatem tanti debiti necessarius! Nonnullorum opinio est, fuisse se in illo aut extinctum omnino, aut sopitum omnem fomitem carnis, quamvis id alii negent. Sed parum hoc interest, si in ipso virtus animi corporis privilegio aequivaleret. Certum enim est, Virginem semper in conversatione cum Josepho suo vivere potuisse, ut Lunae similis fieret, quae sexaginta propè saeculorum experientia novit, quòd, tametsi solè, juxta

Baldus  
in cap. si.  
gnificavit.  
co.  
lumn. 1.  
Rescript.  
Et alij  
apud Ti-  
raquellu  
de Nobil.  
c. 18.

Sigonius  
l. 13 de  
Imp. Oc-  
cid. Et  
Baroni-  
us in  
Annal.

externam apparentiam in amoribus  
 fit, ab eodem blandis oculis aspiciatur,  
 splendoribus adornetur & luce,  
 nullum tamen periculum sit, ut ab  
 illo tangatur. Ita pariter Josepho  
 plene confidens Virgo, poterat cum  
 illo comparere in publico, poterat  
 cum eo morari clam, & in occulto,  
 noctu diuque, conclavi clauso & ap-  
 erto, in omni loco, aut populi fre-  
 quenti celebri aut solitario, illique  
 solue sollicitudine etiam minima  
 cohabitare. Quam altis ergo radici-  
 bus virtus illa in corde Josephi defixa  
 fuerit, quæ in conuersatione tam fa-  
 miliari & domestica, illasam semper  
 Virginitatem Mariæ esse voluit, illam  
 dico Virginitatem tam nobilem & ex-  
 cellentem præ omni alia, tamque in se-  
 le zelosam, ut omnino quondam tur-  
 baretur, cum vel semel etiam cum An-  
 gelo sola tractaret, humanam formam  
 conspicuo. Ad alia quod attinet, cu-  
 stodienda illi erat hæc virginitas, tantam  
 arte & industriam, ut omnes iuxta ea,  
 quæ foris patent, oppositum iudica-  
 rent, ne partus Mariæ Sanctissimus  
 illegitimus crederetur, & ob id ipsum  
 aut Matris honor & vita, aut filij ex-  
 istimatio & autoritas in discrimen  
 adduceretur. Quantam ergo prudentiam  
 in negotio tam arduo dotatus esse de-  
 bebatur Josephus, quantam cautelam & cir-  
 cumspeditionem quæ maturi ipsum  
 iudicii, quæ perspicacis & providæ  
 mentis eum esse oportuit, ut eo modo  
 cum Virgine ageret, ut se unam mari-  
 tum sponsæ amantissimum exhibe-  
 ret, debito illam honore prosequeretur.  
 Certè satis est, talem euasisse  
 R. P. Signeri Quadragesimale.

Josephum, ut demonem ipsum de-  
 ciperet, quemadmodum expressis ver-  
 bis Sanctus Leo, Ambrosius, Basilius,  
 Bernardus, Hieronymus, Dama-  
 scenus alique plurimi, magnum in  
 hoc Ignatium martyrem secuti affir-  
 marunt, ex quorum omnium do-  
 ctina constat, malignum inimicum  
 longo temporis intervallo Christum  
 pro legitimo Josephi filio, sicut &  
 plebs iudicabat, habuisse. Hoc si à  
 nobis ob auctoritatem tantorum Do-  
 ctorum concedendum est, vobis iudi-  
 candum relinquo, quanta illius Sa-  
 pientia fuerit, qui vasrum adeo, & ver-  
 sippellem arbitrum elusit, & summo im-  
 postori imposuit. Ex hoc ergo ad lon-  
 gè ampliora eruenda assurgo; video  
 enim me hodiernam die illi similem es-  
 se, qui betillos piscatur, hic, si vel uni-  
 cum capit, certo quasi pignore ac-  
 cepto, securus spei est, longè plures  
 à se reti concludendos. Si enim Jo-  
 sephus omni studio in id incumbere  
 debuit, ut verus Christi Pater crede-  
 retur, etiam Christus reciprocè ali-  
 quod in eo studium collocare de-  
 buit, ut verus Josephi filius haberetur.  
 Verum, quid ex hoc consequitur? id  
 sanè, Christum formam Josepho si-  
 millimam assumere debuisse, nimi-  
 rum eam faciem, eam carnis figuram  
 & colorem, ea lineamenta, eos gestus  
 & vultus aspectum, eum gressum, &  
 eandem corporis compositionem,  
 cum adeo ex natura filii proprium sit,  
 genitoribus assimilari, ut ob id etiam  
 eorum imagines appellentur, Eccle-  
 siastico teste, in filiis suis cognoscitur Eccl. 10.  
 vir: Adeo ut Lybiæ populi, inter quos  
 V v v mutua

Apud  
 Suarez.  
 in 3. p.  
 q. 29. in  
 Comm.  
 a. 1.

RI  
 males

et

mutua uxorum communicatio in usu erat, cum prolem cuius propriam vellent assignare, & curam posthac paternam committere, aliud, si Polybio credimus, non fecerint, quam ut accuratè perquirerent, cuiusnam formam vultu referret, ut de dubio prolis genitorè sententiam ferrent. Quantis ergo honoribus Dilectum sibi Josephum DEUS affecit, dum humanæ carnis formam induturus, Josephi lineamenta cunctis aliis anteposuit, utque magis velut filius patrem præ se ferret, ac repræsentaret, similis illi, & alter Josephi videri volebat. Conveniebat sanè, etiam exteriori formam Josephum altissimam sanctitatem spirare, adeo ut dignitas in ipso humanam major, ac decor quidam Angelicus, & Majestas DEO quodam mortali minime indigna ac indecens resplenderet.

IX. Verùm quid dico? hæc enim dona vulgaria sunt, & leves gratiæ, si cum iis, quas in medium afferre animus est, in comparationem veniant. Silete cæli! silete? Ponite o venti, & attoniti auscultate o Angeli! quotquot estis, cuiuscunque tandem Hierarchiæ, quod nisi fides præciperet, credi non posset. Deus ille, à quo legem suscipiunt creaturæ omnes, ratione dotata, & ejusdem expertes, ille orbium, & sphaerarum cælestium Dominus, ille fortis & fortunæ moderator, ille cui principatus subjacent, & cum reverentia parent, sub quo curvantur, qui portant orbem, hic DEUS ipse, ut filius Josephi appareret, eidem voluit obedire, ejusdem disciplina

domesticæ subijci, ac gubernationi paternæ, & quasi suimet inopos esset, nec aptus ad se regendum, se ejus potestati submitit: *Et erat subditus illi.* Hinc ratiocinamini, quam excelsi generis & nobilis, & quarum dorum esse debuerit ille, qui ad gubernationem Dei hominis electus est. Acute dicit Philo, sicut qui bruta gubernat, bonis altior sit necesse est, ita qui hominibus moderatur, excelsior homine. Qui ergo non soli, & puro homini, sed Deo moderatur, quem illum esse conveniebat? Cælum Josepho infansulum Jesum consignavit, ut illum infans, quas administrari Regis imperstruxerant, subduceret, ut illum à periculis in regione extera occurrentibus tutum redderet, ut ei se locum, per aspera itinerum, per ignota locustudinum, per spissa umbrarum preberet, ut illi de victu, vestituque, habitatione, lecto, & suppellectile provideret, atque quavis datâ occurreret in quavis calamitate, quam nec mentorum suorum excellentiam, nec personæ dignitatem pensi habere, dum carnem induit, subire decreverat, tutorem ac curatorem benevolum dgeret. An non ad tanti muneris excellentiam, cui etiam Setaphinorum claritas haud sufficiebat, cælum hominem hunc dignissimum elegisse vobis videtur? dum ex tanta mortalium massa & numero, solum Josephum elegit, ipsique soli confidit.

X. Et sanè impossibile sibi tantum bene functus est Josephus, in gubernando non solum, verum & curando infante Deo, ut ipsi cum ver-

Iob. 9.  
13.

rate dicere posset: Tu mihi vitam dedisti, Quamvis enim vitam ipsi non dedit, nihilominus tamen matris instar eandem conservavit, contra illos, qui jam ferrum & enses strinxerant, ad eam eripiendam. Quis autem ignorat, tanti esse servare vitam, quanti dare? nisi forsitan amplius sit; dare enim vitam opus naturæ est, at servare illam industria. Verùm, quidquid sit: certè homo ille, cui Deus vitam debebat, grandibus à Deo privilegijs dotatus esse debebat, Deoque propinquus, ac cum excessu quodam Deo in paucis charus: *Qui custos est*, ait Salomon, *qui custos est Domini sui, glorificabitur.* Si enim hanc solam ob causam, uti palàm est, Mardochæus ad honores regios ab Assuero evectus est, tantæ potentia Monarcha, an non & in JESU Christi Monarchia, ad eodè exaltatum esse credam Josephum? Ita enim vero, & amplius quidem? Mardochæus sanè unicum suæ fidei dedit specimen, dum insidias vitæ Domini structas detexit, Joseph autem fidelitati laborem superaddidit, dum non solum insidias ab Angelo revelatas detexit, sed insuper rarâ prudentiâ eadem evitavit, elusit, & irritas reddidit, ac nullas. Ex quo mihi iterum verisimile videtur, eundem in cæli gloria primis honoribus perfrui, sibi ex pluribus titulis debitæ, adeo ut cedat quidem Virgini, suæ consorti, verùm de reliquo, & ipse thronum possideat, ipse teneat solium, ipse sceptrum gerat, ipse coronâ fulgeat, regis instar, soli regum regi subiectus.

XI. Verùm quis hoc porrò mire-

tur? cùm supra communem mortali-  
 um conditionem in tantum Josephus  
 evectus sit, ut majora & sentire & lo-  
 qui, quàm de quovis alio, de ipso con-  
 veniat, cumque in quamplurimis à  
 vulgata & universali loquendi for-  
 mula eximere necesse sit. Omnes sanè  
 ceteri homines, postquam Deo fece-  
 rint, quidquid suarum erat virium,  
 tandem ingenuè fateri debent, cùm *Job. 22.*  
*feceritis omnia, dicite servi inutiles su-*  
*mus.* Deo enim nemo verè utilis esse  
 potest: *Quid prodest DEO, justus Luc. 17.*  
*fuertis?* dicebat quondam ille Jobi ami-  
 cus. Tamest enim victimas DEO  
 immolemus, famem Dei pecudibus  
 nostris non satiamus; tamesti thure  
 illi & accerrâ litemus, Deus odora-  
 mentis illis nostris & aromatibus  
 non afficitur, cùm enim nullâ re indi-  
 geat, nihil illi penitè conferre possu-  
 mus. Verùm ô prodigia inaudita?  
 conformiter his regulis sententiam  
 de Josepho ferre nullus ausit. Ille enim  
 non solum Deo dicere potest, se ser-  
 vum illi utilem fuisse, verùm & neces-  
 sarium, dum suo labore & industria  
 id effecit, ne per vias publicas eleemo-  
 synis cogendis mendicus oberraret; ip-  
 se effecit, ne Deus Homo fame more-  
 retur, ne gelu & frigore algeret, ne nu-  
 ditate erubesceret, verbo in omni, quam  
 homo pati poterat, necessitate, prom-  
 pto illi auxilio opitulatus est. Insonet  
 ergo, insonet, inquam, tuba illa su-  
 prema, promulgetur judicium univer-  
 sale; aperiatur tribunal illud grande, ad-  
 unentur justî, concurrant rei, Judex  
 ipse compareat, & quantum iratus re-  
 probis, tantum Electis amabilis ac gra-  
 tiosus eodè consolans alloquatur:  
 fame

fame laborabam, vos me pavistis; siti ardebam, vos potum me refrigerastis; peregrinus eram, vos me collegistis; nudus eram, vos vestimenta præbuitis. Ad hæc sanè dicta oculos erigent Iusti, rei novitate attoniti, ac coacti respondebunt: Noli ô Domine, noli ô Deus in hunc modum loqui, quamvis enim magno amore Te fuerimus complexi, heu miseri nos, ubi unquam occasionem nacti sumus, tantam erga te pietatem exerceendi? quando enim te famentem vidimus, ut cibo tibi succurrere liceret? quando sitientem, ut potu restaurare? quando peregrinum, ut intra Penates recipere? quando nudum, ut veste contegere? Certè ad vindicandi oraculi sui veritatem, si id, quod est, eloqui placet, nil aliud Christus respondere poterit, quàm quidquid in pauperes & egenos à nobis collatum est, illud à se velut sibi collatum reputari: *Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.* Verùm si de Iosepho sermo est, minimè sanè ad hæc interpretationes recurrendum est; Ille enim propriè & verè affirmare, ac asserere poterit: *Esurivi, & dedisti mihi manducare, sitiivi, & dedisti mihi bibere, hostes eram & collegisti me, nudus & cooperuisti me.* Anne ad hæc vel obstupescere poterit Iosephus rei novitate attonitus, aut præ modestia tergiversari? quin potius Iudici suo, quondam existimato filio suo, dicere poterit? *Meministi, cum tener infans vix lustrum vitæ tuæ adjecisses, te unà cum matre tua, ex Aegypto in Palæstinam reduxi? O quoties per viam te fame languentem animadverti; ego autem panis pueritiam laborans, saltusque ac silvas ingressus è silvestri trunco fructum percussisti ad Te pascendum: O quoties inter illos ardores, te siti anhelantem agnovi! & ego à fluminum crepidine remotus, montium juga conscendi, venamque undarum gelidam inter rupium saxosa scaturientem, ad te restaurandum inveni: Lassus eras sagittarum numero, & itinerum diuturnitate debilis, vix gressui promovendo sufficiens: & ego memini, quòd te in ulnis pondus amabile receptum, longæ viarum tractu brachijs portaverim, nec unquam expeditior mihi videri ingredi; aut incessu leviori, quàm cum tam suave onus succolleret. sæpius, cum in patenti campo nos obrueret, memini me pro te solo sollicitum, è vestibus meis parvulum tibi struere tentorium, ubi tutus desisteres; intra semitarum anfractus periculosos, nonnunquam latrones occurrerunt, cum de te solo anxius, intra densa virgultorum dumeta te abscondi, ne perderem. O quoties vidi te esurientem, & pavi te, vidi te sitientem, & potavi te, vidi te hospitium & peregrinum, & collegi te; & licet Tu ille eras, qui & aviculis pennas multicoloras, & mollem gregibus lanam subministras, nihilominus tamen vidi te nudum, & pannis meis te cooperui. Hæc omnia optimo titulo Iosephus Christo respondere poterit; si ergo tantam tamque grandem mercedem recipient, qui Christo sub pauperum persona opitulati sunt, quanto magis*

magis ille, qui propriae ipsius personae subvenit: *Qui recipit Prophetam in nomine Prophetam, manifestum est, mercedem Prophetam accipiet. Qui recipit justum in nomine justum, mercedem justum accipiet.* An non ergo & ille, qui recipit Deum in nomine Dei, mercedem DEI accipiet? hoc est mercedem, quae respondeat excellentiae & dignitati hospitis, quem recipit. Verum, quamvis haec omnia extra dubium posita sint, inficias sane non poterit ire Joseph, omnem suam gloriam sitam in eo potissimum fuisse, quod Virginis sponsus fuerit: *mulieris bona beatus vir.* Hinc ille occasionem nactus est, Patris affectum Christo exhibendi, & ab eodem reciproca accipiendi obsequia filio consentanea; hoc illum ad tantam felicitatem, ad tanta promovit merita, ad tantos honores, ut & ille de Virgine verè dicere possit, *veniant mihi omnia bona pariter cum illa.* Si ergo Josephus ceteris caelitis à nobis haud inferior, sed excelsior omnibus, ut plurimorum mens est, habeatur, id, nisi fallor minimè ipsis injuriam vertitur, verteretur autem Virgini, si mea me non decipit opinio, si oppositam partem tueremur. Quis enim honor esset Reginae, si ejusdem subditi, Reginae sponsum dignitate antecellerent? & non potius sponsus Reginae subditos & Vasallos? quin si Christus ipse non designatus est, Josephum sibi ipsi antepone, dum se eidem non una duntaxat die, sed triginta annorum spatio subjecit, subditi instar, servi instar,

tironis instar, in officina Magistrum sui constituti: *Obediente Domino (omni rigore veritatis) Obediente Domino voci hominis.* Omnis ille, quicumque ulli caelitem Josephum postponit, mentem primò ad id, quod facit, advertat, & postea, quid haec in parte tenendum sit? statuat, ac decernat.

## P A R S A L T E R A.

XII. **U** Num adhuc fortasse dubium in animis vestris superesse posse videtur, quod vobis succinè & breviter eximendum est: si enim Divus Josephus inter caelites tam illustris, tam eximius, tam sublimis est, quin omnium, ut dicebatur, antesignanus & Coriphæus, cur ergo Ecclesia festam illius lucem non iis acclamationibus & applausibus celebravit, qui praesuppositis tantis ipsius meritis debebantur? cur illum minori potius cultu venerata est, quam caelitem plurimos, haud paulò ipso inferiores? adeo, ut longo temporis intervallo nec divini officij consuetum de illo pensum recitaverit, nec caelestis sacrificij Lyturgiam in ipsius honorem obtulerit, imò pauculis ab hinc annis, festam illius diem ritu publico praeeperit celebrari? Placetne, Auditores mei, ut causam in compendium redactam verbo dem unico? dabo. Hoc totum ea solùm de causa factum est, quod Divus Josephus inter Caelites tam illustris fuerit, tam eximius, tam sublimis, cunctisque aliis, meritorum gloria, qualem

sem supra diximus, felicissimè superior. Video, hoc vobis mirum videri & insolitum; sed advertite animos, rem declarabo. Erant in Dei Ecclesia jam inde à primordio maligni quidam, quos inter caput erat hæresiarcha Cerinthus, qui, ut gloriæ DEI humanam naturam indui detraheret, docuerunt, Christum è carnali copula progenitum, atque adeo, uti verus erat Mariæ filius, ita pariter & Josephi fuisse, blasphemia, ut palàm videtis, horrenda! Ad hanc confutandam necessarium erat Ecclesiæ, omni labore & industria adhibita eniti. Cùm verò animadverteret, si magnum Josepho inter populos pretium & nomen faceret, haud aliter fore, quàm scelestis illis anam & tela subministrare, quibus & catholicam veritatem impeterent, & suos tuerentur errores, dum eos inter simplicium turbam, quasi colore obducto inaurarent, & fide digniores facerent; quid fecit sapientissima? contrariam penitus partem arripuit, exigua de Josepho existimatione monstratâ, & opinione vulgari, multis illum exteriori apparentia postposuit, qui tamen, si meritorum cumulum aspicias, pares illi esse haud poterant. Hæc sanè rara illa prudentia erat, quæ necessariò ab Ecclesia ad conservandum illibatam Christi honorem adhibebatur. Unde nolim ego hic loci imitari nonneminem è Neotericis, de cætero haud ignobilem, qui ad Josephum conversus totius mundi nomine veniam ab ipso deprecatus est, ob exiguam æstima-

tionem, quam tanto ætatum ac sculorum cursu de ipso habuerat. Hæc ego, inquam, haud fecerim, Auditores; novi enim sæpe sapius res magnas diu incognitas delituisse, maximè vulgo, & inculta plebi, adeo ut sol ipse Planetarum omnium maximus, non modico tempore, haud parùm minor illo, qui erat, habitus fuerit, cùm Empedocles eundem unius pedis longitudine dimensus sit: nec me later, etiam in oceano orientali non omnes simul divitias, & thesauros cuiusvis notos fuisse, nec pretiosorum lapidum naturas, ac proprietates, nec electissimarum herbarum virtutes. Verùm minimè opus habeo ad hæc effugia eluctari; Ecclesia enim à Deo specialissimo lumine in cunctis operibus dirigitur & gubernatur: unde ego crederem, si debitus honor, qualis in presentiarum confertur, non fuit à populis Josepho collatus, id enim vero providentiam fuisse, consilium, & irremovibilem, non verò negligentiam aut sollicitudinem, quam publicâ veniæ petitione necesse sit deprecari.

XIII. Jam verò cùm ad stuporem usque plena veritas velut in luculentissimo meridie pateat, error foret omnino excusatione indignissimus, eundem non honorare, nec ullum periculum est, ne obsequia eadem attributa Christi honorem & gloriam, aut inumbrent, aut obsculcent. Si ergo ita est, dicite Auditores, qui vestrum est, qui in charissimorum patronorum suorum Catalogum non vellet primo loco Josephum adlegere?

*Stephan.  
Bimti  
de S. Ioseph c. 2.*


reliquis sanctis, quis enim hoc negaverit? grandis penes DEUM stat auctoritas, sed tandem hi omnes petunt & supplicat, non verò imperant, aut præcipiunt; Josephus verò in statu tam excellenti positus est, ut quemadmodum auctor Gerson affirmat, non impetret tantum, sed & imperet; non impetrat, sed imperat: nec credendum est, Christum etiamnum in caelo filialem illum, si ita loqui fas est, erga Josephum amorem exuisse, illamque filii observantiam, quam in terris existens eidem exhibebat; quis ergo porro dubitet, ejus patrocinia à Christo ut mandata paterna susceptum iri, ac ut talia proprio, & prompto annutu adimplenda, obediens, (ut quondam in terris, ita non minus in caelis) obediens Domino vobis hominis. Omnes ergo, omnes illum in protectorem eligant, ingenti fiducia freti, eum titulis sufficientissimis instructum ad salvandos omnes. Hunc eligant Sacerdotes, ut addiscant, quantà deceat reverentià DEI filium quotidie intra manus tenere. Hunc eligant conjugio ligati, ut tandem pacem & maiestatem intra zelotypiæ tumultus inveniant. Hunc eligant Virgines, ut corporis integritatem custodiant. Hunc peregrini, ut Ducem itineris fidelem nanciscantur. Hunc artifices, opificesque, hunc pauperes & egeni, hunc Nobiles & Illustres fortis injuria ad vilem conditionem redacti;

hunc Patres eligant, ut filios dirigere, hunc heri ac Domini, ut familias gubernare doceantur. Hunc Principes ipsi, ut subiectos feliciter regant populos, etiam grandes & potentes: sed præ omnibus hunc eligant moribundi, fellicis & suavis unà agonis cupidi, qui ob id singulariter nomina sua dederunt sodalitati illi tam salubri, de bona morte, quam hodie tam florentem inter vos intueor. Mortuus est Josephus assistente ad dexteram Jesu, ad lavam Maria, Jesus & Maria proprio ore animam ejus Deo commendabant, Jesus & Maria oculos manu propria clausurunt; quod si ille, uti fide dignissimum est, solo divini amoris excessu, & loquens quidem animam reddidit, quæ alia verba velut suprema moriens habuisse credendus est, quàm illa dulcissima: *IESU & MARIA!* O nos fortunatos? si & nobis impetret privilegium tam fortunatum! Ita est Auditor, hoc ab illo constantibus votis efflagitemus, nec porro dubii hæreamus, si enim à nobis talis, qualis est, haberi voluerit, poterit in mortis nostræ articulo secum in cubile nostrum, Jesum & Mariam adducere, ut illos intuentes, & ad illos anhelantes, etiam velut amoris deliquio resoluti, intra sinus eorum & brachia expiremus, expiremus, inquam, suavitate cælesti, quam vobis, quotquot estis exopto, in osculo Domini, Amen.



## SERMO QUADRAGESIMUS.

IN FESTO BEATISSIMÆ VIRGINIS AB  
ANGELO SALUTATÆ.*Ne timeas Maria, invenisti enim gratiam apud DEVM*  
Luc. I.

I.  Nter maxima mundi gaudia, & voluptates non postrema est, perdita invenire: hac de causa mulier illa Evangelica, cum amissam domi drachmam invenisset, adeo lætata est, & exultavit, ut viciniam propè totam clamoribus & rumore excitavit, invitavit amicas, convocavit notas, & vicinas; cumque omnes ad parem secum lætitiæ & bonæ fortis gratulationem incitasset: *congratulamini mihi, inquit, quia inveni drachmam meam.* Si mulier hæc vilis unius drachmæ gratiæ, paucorum solidorum ignobili monetâ, in tanta prorupit gaudia, quid non fecisset, si gemmam illam grandis pretii invenisset, quam Policrates Samiorum Rex Stoicâ vanitate in mare projecit, ut hac spontaneâ quidem, sed molestâ jacturâ, immodicum voluptatis ac lætitiæ sensum, quem ex fortunæ & felicitatis suæ magnitudine concepit, temperaret, suumque animum, æquis veluti doloris & gaudii ponderibus utrinque suspensum in rationis æquilibrio teneret. Si rem justa lance ponderemus, Auditores, gemma certè pretiosior, in toto, quam latè patet orbe fingi non potest, gratiâ divinâ, si omnes etiam Indiæ Amethysti, aut Æthiopiæ adamantes, aut Schytiæ Smaragdi, aut Caribuculi Garamantidis, aut Arabiæ Topazii, aut Jaspides Ægypti, aut quocumque demum uniones ac berillos mare Persicum tulit, unirentur. Hæc quondam è genere humano perdita, vah à quot & quantis incassum, nec sine ploratu, & lachrimis quæsitâ fuit? sed quæ DEI gratiâ est, tandem fors bona eandem inveniendi, post plurimorum sæculorum decursum, mulieri obtingit. Verùm cui mulieri? nunquid prudenti, illi sapienti, omnique illius infortunii restauratrici, quod toti mundo ob unius fœminæ lapsus incubuit? de hac sanè liberrimè dici potest; *invenit gratiam apud Deum.* Quemadmodum opportunè ait Ludolphus: *Gratiâ, quam Eva perdidit, Maria invenit.* Sed cur solum dicitur, *quam Eva perdidit* & quanto enim ampliorem gratiam invenit Maria, gratiâ illâ, quam incassum

ta perdidit Eva? nec enim vel linguâ explicari, vel mente concipi potest, quantum sibi Deus in Virginis anima complacuerit. Placuit quidem, nec immerito, Assuero Esther, placuit Davidi Sunamitis, Jacobo Rachel, Elimelecho Noëmi, Boozo Ruth, Anna Elcanæ, verum enimvero, quid tota illa gratia est, quam foeminae hæc famâ nominis clarissimæ penes homines obtinuerunt, si comparentur cum illa, quam præ omnibus penes DEUM Virgo invenit? Vestra ergo veniã Auditores hodiernâ die ex destinato id evincam, ut demonstrarem vobis, quousque excellentiæ, intus ille Christi Amor, quo Virginem exarserat, pertigerit, nec enim vel majus Virgini obsequium, vel charum magis, aut honorificum præstare posse mihi videor, quam si ostendero, solam illam fuisse, quæ verè invenit gratiam coram oculis Domini.

II. Verum ut à capite exordiamur, quòd majus argumentum, amoris Christi erga Virginem eximii adduci potest, quam quòd Illam elegerit in Matrem? Ingens sanè, si vultis advertere, discrimen Christum inter & alium quemcunque mortaliū intercedit; non enim in nostra potestate est, Matrem nobis eligere, omnis enim; quantaquanta est potentia nostra, ad id solū se extendit, quod nos subsequitur, minimè verò ad id, quod nos antecedit: potuit Alexander matri suæ

R. P. Segneri Quadragesimale.

Olympiæ, summos honores decernere, potuit illam locupletare, adaugere obsequia, extruere palatia, & vel moribundus à Regni proceribus exposcere, ut illam Apotheosi publicâ immortalitati consecrarent; poterat illi destinare templa, & aras, & conquerere Adoratores, non tamen conferre illi poterat honorem præ omnibus maximè eximium, qualis erat, matrem esse Alexandri. Non ita se res habet cum Christo. Hic enim solus inter mortales potuit matri suæ grande hoc privilegium, summamque gloriam conferre, ut esset mater sua. Dicite ergo, an non immensi erga Mariam amoris argumentum est, cum ex liberrimo Christi arbitrio penderet, inter omnes mulieres eligere lectissimam, charissimamque, non respexisse illum nec Saram, nec Jabelem, nec Annam, nec Juditham, sed ex ipsius solū Mariæ visceribus præ cunctis aliis natales suos ducere decrevisse: *Elegit eam ex omni carne.* Verum nil dixi hæcenus: in hoc ipso tamen advertite subtilitatem quandam amoris, quæ vos in stuporem dabit & admirationem. Elegit Christus, ut diximus, Mariam in Matrem, hoc enimverò verissimum est: nec tamen aliter illam in Matrem elegit, quam prævio ejusdem consensu, conceptis verbis expresso. Quin hac de causa ad illam Gabrielem Archangelum ablegavit, ipsiusque responsum præstolatus est: hac de causa temporis moras sustinuit, & modo invi-

X x x

invisibili, solliciti instar atque summè anxii amantis, ad cordis ejus ostia pulsavit, mille eam blanditiis inescans, & sui faciens amoris securam: *Aperi*

*Cant. 5. mibi, dicebat, soror mea, aperi mibi,*

*12. amica mea, columba mea, immaculata mea. Cur quæso usque adeo se se demisit? an non pro libera voluntatis suæ potentia omnes, si quæ fuissent, adamantinas fores per-*

*Poterat dilectus non appetente ipsa introire in Virginalium u-*

*In 2. c. Ps. 106.*

*In 2. c. Cant.*

pere, ac sinum illum pro libitu ingredi, ibique carnem assumere potuisset, quin id virgo adverteret, antè quàm repugnandi locus amplius non superesset? Poterat enim vero, nec ullum est dubium, si Guilielmo Abbati credimus; ipse enim est, de quo regius Psalter canit: *portas aeneas contrivit, vinctes ferreos confregit.* Verùm tamen si posset, noluit tamen; sed ad fores stetit pulsans, rogansque: verbo: *noluit carnem sumere de ea, non dante illa.* Cur hoc obsecro, Auditores, cur hoc? Vultis, dicam vobis audacter? dicam sanè: volebat ille amoris sui speciem exhibere Virgini, sed subtilissimam ac nunquam hæcenus visam, nec auditam, ut illi ob hoc ipsum obligatus esset, propter quod Virginem suam habebat debitoricem.

Certè Princeps qui violentiâ & armis propugnaculum, quod desiderat, sibi subjicit, & expugnat, minimè eorum debitor est, qui se illi submittunt, quin ipse est, qui deditis leges ponit, etiam severas, ipse est, qui præscribit condiciones, etiam graves: non tamen ita se res habet penes illum, qui ex mere incolarum amore in munimentum cujusdam Dominium

admittitur. Hic enim se palàm profitetur obligatum illi, à quo Castellum recipit, nec condiciones præscribit, sed acceptat. Verùm ad propositum revertamur. Si violenter in Virginis uterum, tantis sæculorum spiritibus desideratum introivisset Christus, certè Virgini minimè fuisset obstrictus, quippe qui suo robori, jure adscripsisset vi occupatam sedem.

Quid ergo fecit Deus incarnandus? voluit, non vi extorquere deditorem loci postulati, sed ut ultro cederet, quo videlicet pluribus titulis obstringeretur matri de se optimè merito. Nec videri ea propter vobis velim audaciùs, quàm par sit, de Deo & tentare, & loqui. Audite Methodium illustriissimum Christi Martyrem, de quo sanè dubium est, an atramentum, an potiùs sanguine suo veritati hæc subscripserit: *Euge, euge, ita de Dei Matre loquitur: Euge, euge, que mihi obnoxium habes illum, qui omnibus se generatur: Omnes namque Deo debentur, cum finis, tibi ipse est debitor.* Quomodo dicitis, Auditores? an non ostendit Christus, se Virginem amatorem erga illam amore adeo tenentem & intento ferri se comprobavit?

III. Sed quid mirum? ponit enim ex una parte, quidquid excelsum, grande, & splendidum est in Ecclesia; ponit Abrahamum admodum fidelem, Josephum constantem, pium Davidem, Jobum patientem, Daniellem inviolatum? ponit Apostolum, qui Christo velut triumphum adornaturi integros adducunt populos, à se Idololatriæ subductos, Romæ

Romanos, Græcos, Perfas, Arabas, Parthos, Scythas, Indianos; adducite tot invictissimos Apachoretas Christi amore vivos sepultos in cavernis terræ; ponite tot innocentissimas Virgines ab ipso electas, ut à tenebræ zate se se claustrorum carceribus manciparent; ponite turbam immensam Martyrum, truculentissimis nequibus Christi causâ interemptorum, Laurentios in craticula, Vincentios in crassa, Jacobos in crucibus, Ignatios inter Leones, Clementes in furnis & fornaculis ardentibus; ponite Principes Christi amore scepra calcantes, & coronas à majoribus acceptas; ponite Sponsas ejusdem amore omnes illecebras maritalis thori repudiantes; adducite singulos, ponite Augustinos, Dominicos, Franciscos, Bernardos, Norbertos, Romualdos, Brunones, unâ cum omni prole numerosissima, quam unquam Christo genuerunt; Ex parte altera ponite Sanctissimam Virginem solam, illis omnibus una Deipara præponderabit, & majoris à Christo sola æstimabitur, quàm universa Ecclesia Christiana. Hæc est doctrina expressis verbis tradita, quam Doctissimus Suarez tuetur, *DEVS*, inquit, *plus amat solam Virginem, quàm reliquos Sanctos omnes.* Quod idem est ac si dixisset *Videte, quantæ sint in firmamento stellæ: Numera stellæ, si potes.* His tamen omnibus plus amat Lunam Sol Divinus, adeo sui plenam. Hanc eandem sententiam secuti sunt inter antiquos piissimus Anselmus, hanc tuebatur D. Bonaventura, ac D.

Bernardinus, qui ut doctrinæ consequentiam observent, absque ulla difficultate subjungunt, Christum è caelo in terras descendisse, longè magis ad redimendam matrem suam solam, eique gloriam suam communicandam, quàm ad redimendum residuum, quantumvis amplissimum, totius generis humani. An non multum hoc vobis esse videtur Auditores? De fortissimo illo juvene Coriolano memoriæ prodidit Plutarchus, quod cum diebus singulis novis honoribus ob rerum gestarum magnitudinem afficeretur, novosque titulos ac trophæa reportaret, nullâ tamen re magis gavisus sit, quàm quòd sciret, plurimum ex his sibi delatis honoribus gaudij in Matrem suam Volumniam redundasse, atque ubi alij velut invictorum operum suorum & gloriæ coronidem sibi proponebant laurum, quæ non sine Majestate frontem incingeret, aut applausum à populo excitatum, aut statuanam à Senatu decretam, iste plus ultra progressus hanc ipsam gloriam, velut filius Nobilis; in alium finem priori longè sublimiorem direxit, in matris nimirum voluptatem, matris gaudium, exinde concipiendum: *Ceteris quidem finis virtutis erat gloria, huic autem gloria finis materna existerat latitia.* Nescio equidem, an idem de Christo dici possit, scio perbene, Christum gloriam suam velut divinum quid, ad finem minis dignum ordinare non potuisse, hic enim ordo fuisset ordine carens: de cætero verò certò vobis persuadete, hanc ipsissimam gloriam



riam eidem tam charam, vel ex hoc tamen fuisse charissimam, ob eam felicitatem, quàm inde in matrem redundare videbat. Propter ipsam se de peccati tyrannide triumphasse gaudebat, ne illa ejusdem insultus experiri cogeretur. Ob id ipsum se stimulum carnis suppressisse, ac enervasse lætabatur, ne illa eidem esset obnoxia; applaudebat sibi, quòd ritu triumphantis cælorum regnum occupasset, ut nempe cæli Reginam create suam Matrem posset. In hunc finem perappositè cadunt verba illa proverbiorum

*Prov. 8. Octavo. Quando appendebat fundamenta terra, cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore. Quæ verba, ut palam est, à cunctis interpretibus, etiam in sensu proprio Virgini tribuuntur, ut denotent, jam inde à primordio, cum DEUS mundum creare, non dicam redimere decerneret, jam Virginem menti suæ præfixisse, ejus sibi ideam præfixisse, ejus coram spectasse imaginem, cujus gratiâ singulariter mundum creabat. Et sanè mirabile est, quòd septuaginta Interpretes in hunc modum loquentem Virginem indu-*

*Salazar in Prov. 8. Ego eram, cui adgaudebat ipse. Et ob quam lætabatur Deus, cum tanto gaudio & adeo levi brachio, subsequenti operam mutuâ successione mundum conderet quasi lusûs & joci gratiâ. Ludens in orbe terrarum. Et verò ô nobilem hanc interpretationem Auditores I produxit Deus solem, & adgaudebat. Cogitabat enim, hunc olim pallium regale auro suo pu-*

*rissimo Virgini efformaturum. Produxit Lunam: & adgaudebat. Cogitabat enim, hanc quondam argenteo laterfissimæque luce Virgini pedes ornaturam. Produxit stellas: & adgaudebat. Sciverat enim, his Virginem velut orbis universi Imperatricem quondam coronandam. Ita pariter cum tellurem plantis ornaret, Cedris, Cypressis, Oleis, Palmis, Platanis adgaudebat; mente enim versabat hæc omnia quondam incomparabilium Mariæ virtutum symbola futura, ac corporis ejus integritatem, sublimitatem spiritûs, benignitatem animi, triumphorum gloriam, & protectionis securitatem designatura. Adgaudebat. Cum undarum affluxu fecundaret aquas, quia fecunda pariter debebat esse illa, quæ mare gratiarum est. Adgaudebat, quoties intima montium venis pretiosis ditabat, ita enim pariter locuples illa esse debebat, quæ est omnis perfectionis aurifodina. Verbo, si, quidquid creavit Deus, ei gaudio fuit & lætitiæ, totum fiebat in eum finem, ut subinde in Mariæ honorem redundaret. Quàm incomparabilis igitur hic amor erat? quantum Mariæ pretium, quanta voluptas, quanta existimatio? creasse mundum universum magis solius Virginis amore, quàm omnium pariter aliarum creaturarum, quæ tam splendida sunt, tamque sublimes? & tamen: propter hanc, propter hanc: verba sunt D. Bernardi: propter hanc factus mundus factus est.*

*I.V. Hinc vobis imaginemini, quid-*

quidquid perfectionis in rebus creatis, etiam pulcherrimis partitum dispersum erat, fuisse in virgine velut grandi primogenita congregatum. *Primogenita ante omnem creaturam.* In virgine, inquam, id omne collectum fuit, & adunatum, tali tamen ratione, ut etiam ipsæ communes perfectiones non communi, ut ita loquar, sed singulari modo ab illa possessæ sint. Ecce enim, quàm cautè simul ac appositè de ea locutus sit Ecclesiasticus, cum illam per arborum symbola superius allata adumbraret & vocavit illam Cedrum, sed adjunxit, *de Libano*; vocavit Cypressum, sed addidit, *in Sion*; appellavit Palmam, sed annexit, *in Gades*; indigitavit Olivam, sed speciosam & de pulcherrimis, quæ florent in campis; dixit Platanum, sed ex altissimis, quæ ad aquarum crepidines & fluminum littora excreverunt; eodem modo illam appellavit Myrrham, Cinnamomum, & Balsamum, sed Myrrham electam, Cinnamomum odoriferum, Balsamum non mixtum, ut illam etiam inter ea, quæ selecta sunt, selectissimam esse demonstraret. Ex hoc sanè minimè deprecior circa illud, quod denotatur acutissimè, quoties de Maria perhibetur, partem optimam illam elegisse; non enim sensus est, illam ubique elegisse id tantum, quod est optimum, hoc enim parum foret, sed etiam de optimo optimam partem. Id quod est, non solum ex prærogativis plurimis Mariam possidere meliores, sed etiam de melioribus id, quod optimum est, pro se acce-

pisse, & quidquid in iis defectuosum erat, reliquisse, apud more, quæ in florido quodam hortulo non solum Cytiso, & Thymo, & Saturejæ, & Serpillo, & Amaraco sese affigunt, relictis vilioribus herbis & plantis, sed & ex illis, quibus insident, non aliud sibi attrahunt, quàm succum nobilissimum, & humorem maximè delicatum. Consideremus id quælo pensulatiùs; ex hoc enim singulariter patebit, quantis inter omnes creaturas DEO placuerit, Mariam Matrem suam privilegiis & favoribus prosequi, ac adornare. Fuit illa, neque dubium est, tenera quondam infantula, verum quod proprium ætatis illius foret, habuit nihil, nisi formæ amabilis decus, innocentiam & candorem, partem sanè optimam, nihil autem ex eo, quod defectuosum est, nimirum judicium immaturum, & rationis expertum; illa enim etiam in utero materno fuit rationis usu prædita, summâ prudentiâ, sapientiâ admirandâ, cujus adminiculo supremæ illi gratiæ cooperaretur, quâ in primo conceptionis articulo à DEO fuit dotata. Virgo erat, verum ita tantum, ut à virginitate incorruptionem solam elegerit, *optimam partem elegit*, ex illa autem nec sterilitatis ignominiam, nec solitudinis mæstitiam participavit. Mater erat, sed de Matris conditione ac dignitate nil sibi, nisi quod supremum erat & summum, vendicavit, *optimam partem elegit*. Absque eo tamen, ut vel uteri fastidiis, vel partus immunditiis esset obnoxia.

Vultu fuit, & formâ longè pulcherrimâ, præ omnibus quas unquam admirabundus è cælis sol aspexit: *Pulcherrima inter mulieres.* Sed qualis hæc pulchritudo erat? talis sanè quæ à nullo unquam lascivè poterat concupisci, quin potiùs, ut eximiorum Patrum sensus est, omnem ex aspicientis animo libidinis afflatum, aut quodvis impudicum phantasma momento temporis fugavit, velut à vinea recens florente serpentes & viperae fugantur. Ex vita activa, *optimam partem elegit.* Id nimirum quod in ea meritòrium est, relicto eo, quod inquietum ac turbulèntum. Ex contemplatiâ, *optimam partem elegit,* in ep enim tota erat, ut Deo soli corde, & mente adhereret, procul animum à tumultu sæculi, & molestâ rerum mundanarum curâ adstraheret, quin tamen ea propter iners otium vitamque sedentariam sectaretur. Ex ipsa tandem morte quid in se derivavit. Virgo? num dolores, quibus corpus excruciatè? num angustias, quibus animum solet perstringere? minimè profectò, verùm & in morte *optimam partem elegit;* nihil enim in morte, nisi quod in illa bonum est, experta fuerat, nimirum exilij hujus finem, ac terminum, de cætero verò corpus ipsum demortuum ab insultu tyranni illius liberum fuit, omnisque expertus corruptionis. Quis ergo portò negaverit, amorem, quo Christus matrem suam sanctissimam complexus est, summum sanè & intimum fuisse? dum ejus amore publicis à se latis legibus derogavit, &

inaudito privilegio eam non solum cælestibus donis, ac raris voluit dotibus excellentem, sed & voluit, ut sola & unica Phœnicis instar ipsi gauderet prærogativis, insigniretur ornamentis, quæ extra Mariam, frustra quæstiveris: *Vna est perfecta matris una est.*

V. Verùm quid dico, an fortè mensuram privilegiorum Mariæ colere desideratis? illa est, quam ipsa notam fecit, dum de se diceret: *Fortè mihi magna qui potens est.* Quæ latè non alia est, quàm ipsa Dei omnipotentia. *Mensura privilegiorum Virginis est (audite Suarezium, tam cautum alias, tam circumspèctum in rebus omnibus) mensura privilegiorum Virginis est potentia Dei.* Quid è potentia Dei? ita enim vero, *Potentia Dei est potentia.* Quid portò quæritis? Verum an non hoc dicendo, à mente aberro? quanta enim, Auditores, quanta, inquam, mensura est, omnipotentia divina? nunquid absque omni modo, & limite, sine exceptione, ubique omni termino, absque fine? Talem ergo concludite, aut talem abfimilem dici aliquatenus posse Mariæ Virginis magnitudinem, præcè definitam. Sæpius animi gratiâ mecum ipso perpendi, si & ego dum facti oratoris munus obeo, genio velle meo indulgere, ac in sermone quoddam Virginem Deiparam rei cupiam, ad incrementum gloriæ sue, conferre, certè illam viti præ alijs æquiparare placeret. Verùm qua de causa? an fortè ob modestiam incomparabilem plantæ hujus, qua cum

Alii a. pud Suarez. 3. p. som. 2. disp. 7. sect. 2.

SEGNI  
CONCORDIA  
INSTRUC  
POENIT  
CONFESS  
PAROCH

cum inter cæteras plurimum excellat, nihilominus tamen amat vel maximè despici, forma & vultu tam vili, & neglectâ, ut à nullo sanè Principe ipsi in hortu vel modica terræ portio ad aliqualem pompam faciliè indulgeretur. An fortè ob puritatem, qua tellurem palustrem, & uliginosam, velut sibi difformem dedignatur? An ex eo, quod ad alta aspiret, utpote quæ colles & monticulos apricos, velut sibi consentaneos adamat? an ob pretium fructûs, quem producit? an fortè ob copiam, ob fragrantiam, ob succi vigorem? Ut ut hisce rationibus plurimum tribuam, Auditores, longè tamen magis ad propositum nostrum id facit, quòd, ut ipsi observaveritis, plantæ reliquæ omnes certum magnitudinis terminum, ac determinatam sibi proceritatem habeant, ultra quam ut plurimum sese non extollunt, quod & videre est in pomo aureo, in pyro, in amygdalo, in pomo communi, verum id viti minimè proprium. *Vitis* nullo sine *crebris*, si Plinio de vite scribenti fides est. Nullam illa habet staturam sibi, ut ita dicam, genuinam, sed in altum repit, ad mensuram ejus arboris, cui innectitur, adeo, ut si vel populo, vel ulmo adjungitur, populi, vel ulmi supremum adæquet apicem, quòd si palmæ altissimæ, ut legere me mimio moris esse in Palæstina, usque ad summum verticem palmites suos animosa extendit, & pampinos, & malleolos, ut bello spectaculo intermixtas dactylis uvæ ex alto pendentis videre

sit. Ecce ergo, quo titulo Virginem desiderem viti æquiparatam, ex eo nempe, quòd metâ careat, quam transgredi non possit, nec, quod aliis plantis proprium est, præfixam altitudinis determinatæ mensuram habeat, adeo ut plus ultra illi non detur assurgere, verum illi se acclinando conformat, à qua sustinetur, adeo ut ubi in Canticis de illa scriptum legitur: *Qua est illa qua ascendit de deserto, ita ut inhæreat DEL Verbo, & lectum suum*, Divus Ambrosius, licet alio sensu interpretatus sit, accommodè tamen ad propositum nostrum dixerit: *Qua est hac, qua ascendit de deserto, ita ut inhæreat DEL Verbo, & ascendat, sicut vitis propago, in superiora se subrigens*. Cæterum dubium non est, fulcimentum tale, cui virgo innititur, esse planè infinitum, cum tandem aliud non sit, quàm Christus ipse. Ex hoc igitur eruitur, sine absqno, vix non infinitam vocari posse illius perfectionem, cujus ille basis & fulcrum est. Quis ergo ob hoc ipsum sufficiens sit exponendis in medium iis elogiis, quibus sancti Patres pænè omnes Virginem Matrem condecorant. Lubeat audire D. Augustinum: *Altior celo est, de qua loquimur, profundior abyssu*. Audite Andream Cretensem: *Excepto solo Deo est omnibus altior*. Audite Epiphanium Constantinensem: *Solo Deo excepto cunctis superior existit*. Audite Anselmum: *Archi-Episcopum Cantuariensem: Aug. Hoc solum de sancta Virgine prædicari, quòd Dei Mater est, excedit omnem altitudinem, qua post Deum dici, vel*

*Lib. de sermo delictis affluens, innixa supra dilectum suum.*  
*Serm. 35. de SS. De Dormit. Dei. para. apud Superiorum 15. Aug. De Lau. Deipara apud Sur.*  
602-



*cogitare potest.* Audite S. Ephrem Sy-  
rum : *Sanctior Seraphim, Sanctior*  
*Cherubim, & nullâ comparatione ca-*  
*teris est omnibus superis exercitibus*  
*gloriosior.* Quid de S. Petro Damia-  
no dicam ? is jubet nos altius mente  
assurgere, quàm per humani intelle-  
ctus imbecillitatem liceat, cum de  
Virgine sic loquitur : *Attende Sera-*  
*phim, attende & videbis, quid-*  
*quid majus est, minus esse Virgine, so-*  
*lùmque opificem opus istud supergre-*  
*di.* Ita Divus Chrysostomus, Isido-  
rus, Ildephonus, Bonaventura, quo-  
ties de Virgine sermo erat, iis loquen-  
di formulis usi sunt, ut eam cum ex-  
cessu sanctam, incomparabilem, im-  
mensam, & incomprehensibilem  
appellarent. Ac D. Bernardus, tam  
alta, inquit, tam excelsa est perfectio  
Virginis, ut solus illam Deus assequi  
possit : *Tanta est perfectio Virginis, ut*

*Serm. 1.*  
*de Con-*  
*ceptione.*

*soli Deo cognoscenda reservetur.* Quan-  
tus ergo, quàmque rarus amor erat  
Auditores, qui DEUM movit, ut in  
tantum Virginem elevaret fastigium,  
ut quasi similis ipsi credi posse videat-  
ur. Verùm non erat amor inaudi-  
tus, non erat incredibilis ad eam  
usque horam, nisi aliunde con-  
staret, gloriam divini hujus Salo-  
monis ex eo non imminui, quod  
Matri thronum cesserit suo vix in-  
feriorem; semper enim firmum ma-  
net ac stabile, thronum Christi me-  
ritis, & personæ dignitati deberi,  
Mariæ verò thronum gratuito favori  
adscribendum. Et tamen amplius ad-  
huc superest: Christus enim, quasi  
nos docere vellet, quidquid ho-

noris Matri defertur, cum ferreo-  
re ingenti redundare in honoratis  
lucrum. *Sicut qui thesaurizat, verba*  
*sunt Ecclesiastici, sicut qui thesauri-*  
*zat, ita & qui honorificat matrem*  
*suam, eum se matri exhibuit, ut vide-*  
*retur in nonnullis saltem, eam sibi*  
*ipsi præferre.*

VI. Celebre est, dictum illud au-  
dax Divi Anselmi affirmantis, omni-  
tas gratias facilius obtineri solo dul-  
cissimo Mariæ nomine invocato,  
quàm ipso JESU nomine, quare  
hoc ipsa sua mentione salutem affe-  
rat : *Velocior est nonnunquam salus*  
*memorato nomine Maria, quam in-*  
*vocato nomine Domini IESU.* Nec  
deest, qui existimet, si virginis illa  
fatua, quæ irritis toties precibus coe-  
runt sponsum, non tamen extor-  
runt, ut aperiret, inclamando iden-  
tidem in aures usque, *Domine, Do-*  
*mine,* ad sponsam conversæ, etiam  
eidem supplices accessissent, ut voti  
sui compotes fierent, futurum fuisset,  
ut repulsam adeo severam foris  
non sustinerent. Verùm quidquid  
sit, quod mea parùm interest, id  
non certum est, constitutam à Christo  
Matrem suam sanctissimam, ut pa-  
tronam Ecclesiæ immediatam age-  
ret, gratias fidelibus divideret, que-  
tascunque à cælo petere illi possent,  
aut sperare, adeo ut magis quasi ne-  
cessarium videatur ad Mariæ thro-  
num confugere, ut absque mora ex-  
audiamur, quàm ad ipsum thronum  
Divinæ Majestatis. Nescio an ve-  
strum quispiam rationem mihi ad-  
tum reddere possit, cur in omni ferè  
opere,

opere ac labore, qui vel à medicis vel agricolis, vel à gente nautica, aut Oratoribus, aut à quibusvis alijs hisce similibus suscipitur, usque adeo magni faciunt homines, propitiam sibi Lunam habere, nec tanti corent aut Jovem, aut Saturnum, aut Mercurium, aut Venerem, aut Martem, nec ipsū, si verum fateri lubet, Solem. Si pharmaca & potiones medicæ præscribendæ sunt, Luna observatur; si semina terræ mandanda sunt, Luna cōsultitur; si putandæ vites, Luna observatur; si arbores cædendæ, Luna observatur; si oceani fluctus sulcandi, Luna observatur; si rondendi greges, Luna observatur. Quid amplius? ipse Ecclesiasticus asserit: *Luna in omnibus, in tempore suo.* Qui sensus vocum harum genuinus ac literalis est. Cur quæso istud? An non enim Sol planeta nobilior Lunâ est, ut alios prætereamus; an non virtutis magis universalis, & vivificæ, ac efficacis, vigorisque magis masculi? Hoc quidem verum est, sed unâ sciendum, nec à sole nec ab ullo Planetarum in terram influxum ullum immediatum descendere, sed ut Astrologorum peritissimi affirmant, omnes primò recipi in Luna, quæ illos subinde, prout directi sunt, nunc huc nunc illuc transfundit, illosque alterandi in eorum effluxu ac dirigendi ingenti virtute pollet. Ecce modo, nisi fallor, vivacissimo expressam virtutem ac auctoritatem Virgini communicaram. Sol Christus est, Planeta universalissimus, & omnis vitæ fons. *Sol illuminans per omnia.* Ecclesiastico teste, reliqui

Cælitum, ut in libro Judicium legitur: *Stella manentes in ordine suo.* Quasi tot Planetæ singulares, qui stabili modo varijs hominum conditionibus præsident, hic Jovis instar Regnantibus, ille instar Saturni literatis, hic facundis instar Mercurij, ille Veneris instar conjugibus, hic Martis instar militiæ alumnis, Virgo autem absque omni dubio Lunæ partes agit, talem enim illam agnoscit Ecclesia, dum ait: *Sicut Luna, sed perfecta in æternum, hoc est, nunquam imminuta, nunquam deficiens, semper plenissima, & talis à Patribus celebratur ratione pulchritudinis & candoris, nec non dignationis & demissionis, nullus enim Planetarum est, qui tam familiaris & vicinus terræ accedat, quàm Lunæ Sidus terræ familiarissimum.* Non solum ob solatium auxiliumque, quod nobis confert, non solum in nocte tribulationis, tentationis, & culpæ, verum etiam ob celeritatem, quâ longè citius & celerius omni alio in mundi commodum, & emolumentum cursum suum absolvit. Jam verò mentem advertite: quantæ gratiæ ab alijs Cælitibus, quin ab ipso Christo ad mortales descendunt, omnes prius per manus magnæ hujus mediatrici, (Virginem intelligo) transeant necesse est, ipsa sanè est, quæ ut Luna illas in nos transmittit, adeo ut Mariam præ cæteris in negotio quolibet propitiam nobis reddere deceat: *Luna in omnibus in tempore suo.* Maria in periculis corporis, Maria in angustijs animi, Maria in vitiorum extirpatione.



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

ne, Maria in virtutum consecutione, Maria in omnibus, quæ utilia & salubria sunt. Luna in omnibus. Luna in omnibus. An mihi forte non creditis? Bernardum apertius loquentem auscultate: *Si quid spei in nobis est, ait: si quid saluti, ab ea noverimus redundare, quæ ascendit delictis affluens. Hac enim voluntas Domini est, totum habere nos voluit per Mariam. Intellexistis: Totum, totum, nec ullus hic ulli exceptioni locus est; Totum habere nos voluit per Mariam.* Ut autem veritatem effati hujus perspicue agnoscatis, placetne beneficam hanc Lunam videre, quasi unitam Iovi, sed non injusto, sceptrum alijs donantem? Ab illa sanè sceptrum accepit Leo, & Stephanus. Aut veluti Saturno junctam, sed non maligno, largiri sapientiam; ab illa sapientiam accepit Albertus Magnus, & Suarezius. Vultisne videre eandem Mercurio junctam, sed non mendaci, dare Eloquentiam; ab illa facundiam accepit Bernardinus, Bernardus. Vultis junctam Veneri, sed non obscenæ, indulgere prolem? ab illa prolem exoravit Blanca, & Engardis. Velut unitam Matri, sed non crudeli, dare triumphos? ab illa triumphos accepit Heraclius & Narses. Tandem veluti unitam soli dare vitam omnibus, non solum temporalem, sed & æternam? ab illa vitam habuit Theophilus, habuit Germanus, habuit Carolus, S. Brigidæ frater, alijque plures abique numero, qui vel è faucibus abyssi erepti, clarissime nos docuerunt, sine auxilio ulla aut

Hyperbole virginem dixisse, quæ *inveniet vitam & hauriet salutem à Domino. Inveniet vitam, quantum tamen proprium Solis donum est: & hauriet, me opitulante, salutem à Domino.*

VII. O ergo amorem Christi ergo virginem Matrem sanè ineffabilem! qui tanto semper eam honore prosequi voluit. Cedat huic Cæciliæ amor erga suam Aureiam, amor Atali in Apolloniam, Artaxerxis erga suam Parisatidem, & Clotarij erga Clotildem, ac ipsius Salomonis erga Matrem suam Bethsabeam, quamvis enim verissimum sit, Salomonem, cum primò illam ad se accedentem videret, jam in throno positum, eadem affurrexisse, eam reveritum esse, laudasse, & honoris ergo dextram ei concessisse, ut supra meminimus, in throno simili, throno sibi proprio, nihilominus tamen primam ipsi gratiam quam petierat, crudelissime negavit, cum eodem vesperè truncari cepit præcepit illi ipsi Adoniæ, pro qua Mater primo mane suppliciter accesserat, cum tamen à Christo filio ventamantissimo repulsam Mater nunquam ferat ullius rei postulatæ: usque adeo verum est, Virginem esse, quæ *venit gratiam.*

PARS ALTERA.

SI ergo Christus tanti Matrem amavit, ut à nobis demonstratum est, si tanto illam amore prosequitur, pot inde concludite, quantum illi placeat omne obsequium Matri præstitum.

Verum quid dixi, quantum illi placeat? quin potius nil ardentius desiderat, nil majori munificentia & humanitate remunerator; ideo enim potentiam usque adeo illimitatam eidem communicavit, ut in quavis omnino necessitate ad eandem liceat recurrere. Cur ergo eandem non ideo saltem amemus, ut amor nobis summè proficius, & utilissimus sit? Et o nos fortunatos, si, ut antè dicebam, in omni necessitate ejusdem amore in nostrum commodum & utilitatem utamur.

IX. Insigne sanè documentum nobis in Evangelio suo Christus proposuit, quod quamvis aliquatenus sit clarissimum, aliunde tamen omnino incognitum est, & abstrusum: nec aliud est, quàm quo nos jubet, simplices esse, ut columbas, & prudentes sicut serpentes: *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columba.* Quòd enim columbarum instar simplices esse nos deceat, id enim verò facile est intellectu. Verum quid sibi vult, astutum esse, sagacem & prudentem serpentis instar? Divi Chrysostomi opinio est, serpentem, ubi eum hostis insequitur, aut clavà instat, aut jaculo insidiatur, tum enim verò in id unum incumbere, ut sui partè magis nobilem in tuto collocet, caput nimirum, sic & nostrarum partium esse, ut Christum defendamus: *Caput corporis Ecclesia.* Ut eum Apostolus ad Colossenses appellat. Pereant fortunæ bona, pereat quodcumque demum. Si S. Gregorium percontemur, docet ille,

quemadmodum serpenti proprium est, verno tempore antiquam pellem & exuvias ponere, novamque induere, ita & nobis mores nostros reformandos esse, & innovandos. Si sanctum Basilium perquirimus, putat ille, quemadmodum serpentis mos est, hyberno tempore profundas ingredi cavernas, ibique delitescere, ita & nobis quandoque humana consortia & conversationem fugiendam. Mens S. Ambrosij est, quemadmodum serpens, cum sitim restincturus fonti vicinus accedit, omne prius in crepidine venenum evomit, quod in faucibus continet, ita & nobis antequam sacrà Synaxi reficiamur, omne lacerarum virus ex intimo cordis ejiciendum. Sunt sanè explicationes istar optimæ & eximie, quis inficias iverit? Ego verò, si per viros adeo illustres mihi liceat, quod sentio exponere, id unum hic dicam, quòd si verè prudentiam serpentis imitari velimus, in omni occasione nobis ad Mariam recurendum sit. An nova hæc interpretatio vobis mira fortitan, aut insolita videtur, & parùm ad rem apposita? Sed mentem advertite, & illam peræquè sapientem judicabitis. Si unquam serpens astutiam prodidit, *callidior cunctis animalibus terra.* dicite, obsecro, quandonam id fuerit? an non, si verum eloqui placet, in Paradiso? Intravit ille hortum hunc, ad subruendum & pervertendum Adamum, hoc enim solum & unicum intenderat: verum ille primò ratiocinari cœperat, in hunc modum. Si primò omnium virum

Y y 2 aggre-

aggrediar, ille sanè utpote natura fortissimus, generosus & audax repulsam dabit; consultius ergo est, foemina prius insidari; hæc enim animum facillè mobilem sortita est, & cor molle, hanc ergo si vicerò, facillè illa cooperante virum prosternam. Ita sanè astutissimus sermocinatus est, & successit dolus, eo modo, quo ingenti nostro cum damno prius ratiocinabatur: *Serpentis prudentiam,*

In Mat. 10.

*malignanti consilij ordine Genesii docuit,* verba sunt ingeniosa S. Hilarij, *primum enim animum sexus mollioris aggressus est.* Si ergo & nobis placet Deum in vota nostra attrahere, cumque flexere, & si ita loqui fas est, eum invertere quodammodo, & seducere, serpentem imitemur, hoc est, ad mulierem primò accedamus: *Animum sexus molliori aggrediamur.* Eamus ad Mariam, hæc enim tota amor est, tota dulcis, tota flexilis est, & benigna, *spiritus meus super mel dulcis,* ut de se ipsa penes Ecclesiasticum proficitur; *Quis enim dubitat, quin nobis eam facillimè devincere possimus, & illà mediante Jesum ipsum?*

Provi. 6. 26.

*mulier viri pretiosam animam capit.* Credite Salomoni. Quis enim nostrum est, qui Peccatores miserrimi sumus, qui absque medio Christum accedere præsumat, nec rebellis instat, aut perduellis, repulsam metuat? toties ipsum subannavimus, ipsum tradidimus proditoriè, toties ipsi fidem fregimus, quâ datâ, meliora eramus polliciti; quomodo ergo ipsius gratiam rursus inibimus, nisi Matrôna hæc amabilissima suam interponat

auctoritatem? Hæc sanè prudentia Mardochei erat, Estheris opera uti, cum Assuerum populo indignantem mitigare studeret. Hæc fuit prudentia Joab, Thecuitis opera uti, cum in Davidicam in filium ardentem vellet placare. Hæc fuit prudentia Philistæorum, adhibere Dalilam de Thama, cum è Samsone extorquere vellet propositi in nuptiali convivio Problematæ solutionem. Hæc ergo etiam nostra sit prudentia, Auditores, in omni necessitate Mariæ opera uti. *Mulier enim, ut audivimus, mulier viri pretiosam animam capit.* Hæc ergo eximie pietatis methodo utamini velim Auditores, ut nunquam à Deo vel grandem vel exiguam gratiam effragitetis, nisi illam per Mariam ventata petatis. Semper & ubique Jeshu Christo sinum illum purissimum proponite, in quo humanam carnem induit, lac illud exhibete, quo nutritus est, lachrymas illas, quæ divinum vulum humectarunt, nec dubitate precibus vestras exaudiendas. *Quæramus gratiam, & per Mariam quæramus,* ita propria experientia sapientissimus Bernardus nos edocet, *quia Maria proficere non potest.* Si cupimus sanitatem, *per Mariam quæramus.* Si Sapientiam, *per Mariam quæramus.* Si divitias, *per Mariam quæramus.* Si solatia, *per Mariam quæramus:* Si super omnia divinam gratiam, *per Mariam quæramus.* Quæramus gratiam, ô Peccatores charissimi, quæramus gratiam, hisce pœnitentiæ diebus, *& per Mariam quæramus.* Hæc enim fortunatissima illa mulier est, quæ, ut ab initi-

tio diximus, gemmam tam pretiosam  
 invenit, qualis est divina gratia. Cui-  
 nam enim eam invenit, nisi nobis,  
 quondam sceleratis, quondam perfid-  
 is? Ad illam ergo, ad illam acceda-  
 mus, illamque audacter petamus, nec  
 enim illam negare poterit. O Mater  
 dilecta, non te laet, quicumque inve-  
 nerit rem quampiam pretiosam, quæ-  
 conque illa sit, severis legibus teneri  
 ad rem domino restituendam. Quis  
 autem gratiam perdidit? an tu forsi-  
 tan, quæ semper fuisti illius ditissi-  
 ma, atque plena? Gratia plena? mi-  
 nimè sanè. Nos infelices eam per-  
 didimus, Tu verò, cum eam inve-  
 neris, invenisti gratiam. Convenit

ergo illam nobis restituere, hoc enim  
 illud bonum est, pro quo hodie, die  
 tam fausta Tibi supplicamus. Non  
 à te argentum, non aurum, nec ter-  
 renam felicitatem postulamus, quam-  
 vis nobis probè constet, etiam penes  
 te esse hæc munera clientibus largi-  
 ri; unicam à Te petimus divinam  
 gratiam, nosque in grati animi pig-  
 nus, ob tantum bonum, si tamen  
 tibi placebit id nobis restituere,  
 mentes precabimur Angelicas, ut ti-  
 bi grates referant, omnesque Cæli-  
 tes, atque ut cælum universum alijs  
 vocibus non resonet per sæcula, quàm  
 solis his: Gratiarum actio illi, quæ  
 gratiam invenit. Amen.



Yyy 3

INDEX